SANCTI DOCTORIS ECCLESIAE

ALBERTI MAGNI

ORDINIS FRATRUM PRAEDICATORUM EPISCOPI

OPERA OMNIA

AD FIDEM CODICUM MANUSCRIPTORUM EDENDA
APPARATU CRITICO NOTIS PROLEGOMENIS INDICIBUS
INSTRUENDA CURAVIT
INSTITUTUM ALBERTI MAGNI COLONIENSE
MARC-AEILKO ARIS ET HANNES MOEHLE PRAESIDIBUS

TOMUS I PARS IB

DE PRAEDICAMENTIS

MONASTERII WESTFALORUM IN AEDIBUS ASCHENDORFF

2013

ALBERTI MAGNI

ORDINIS FRATRUM PRAEDICATORUM

DE PRAEDICAMENTIS

EDIDERUNT

MANUEL SANTOS NOYA

CARLOS STEEL

SILVIA DONATI

MONASTERII WESTFALORUM IN AEDIBUS ASCHENDORFF

2013

S. ALBERTI MAGNI
OPERUM OMNIUM
TOMUS I PARS 1B
HUIUS EDITIONIS NUMERUS CURRENS 29

Imprimatur
Coloniae, die 27 septembris 2013
Jr.-Nr. 106 250 I 90
Dr. Stefan Heße, vic. gen.

Michael Trauth exemplar typographicum huius operis ope instrumenti computatorii
TUSTEP (Tübinger System von Textverarbeitungsprogrammen)
usa confecit.

© Aschendorff, Monasterii Westfalorum, 2013 Printed in Germany
Omnia iura cuiusvis reproductionis, etiam partialis vel photomechanicae
vel phthongomechanicae, atque translationis reservatur.

Typis Aschendorffianis
Monasterii Westfalorum

relig. charta dura ISBN 978–3–402–10108–7
relig. dorso scorteo ISBN 978–3–402–10109–4
relig. dorso membraneo ISBN 978–3–402–101010–0

PROLEGOMENA

§ 1. De Alberti Magni libro De praedicamentis et de tempore quo scriptus est

Inter Alberti opera commentarius De praedicamentis subsequitur librum De V universalibus, quo auctor noster exponit explicatque doctrinam praedicabilium secundum Isagogen Porphyrii. Quem librum prius scriptum esse docent non modo operis De praedicamentis ipsa prima verba: 'In antehabitis dictum est quod logica est scientia …' (p. 1 v. 7), sed etiam multi alii loci, ut: 'Quia autem iam in antecedentibus ad logicam probatum est' (p. 1 v. 40–41) vel: 'secundum doctrinam, quae iam praecessit, de universalibus' (p. 27 v. 31–32).[1] Post commentarium De praedicamentis Albertus conscripsit librum De sex principiis, ubi disseruit copiose de sex categoriis posterioribus, quas Aristoteles nonnisi summatim tractaverat; qua in re duce utitur tractatu illo, qui vulgo Gilberto Pictaviensi attribuitur. Primis operis De sex principiis verbis lectorem revocat ad De praedicamentis: 'Quamvis de ordinatione praedicabilium iam in Praedicamentis sufficienter … determinatum sit'. Post opus De sex principiis Albertus absolvit Librum divisionum et commentarium in Aristotelis Perihermenias, ultimum Logicae veteris opus, in quo transitur a doctrina praedicabilium et categoriarum ad doctrinam syllogisticam quae in Analyticis tractatur. In ultimi operum logicorum exordio, scil. De sophisticis elenchis tr. 1 c. 1 (Ed. Paris. t. 2 p. 525a–526a), Albertus enumerat ordinem omnium librorum, quos ad logicam conscripsit: '… principia remota [syllogismi], (quae sunt praedicata et subjecta), in libris de Universalibus et Praedicamentis et Sex principiis jam determinata sunt ex antecedentibus, (…) et per consequentia sunt determinata in libro Divisionum. Principia vero propinqua syllogismi (…) in libro Perihermenias jam determinata sunt. … Forma vero ipsa syllogistica … et etiam potestas syllogistica determinata sunt in Prioribus Analyticis. (…) et cum (…) in Posterioribus Analyticis jam determinatum sit, in Topicis autem etiam dictum sit … restat nunc determinare …' Quae opera ad logicam pertinentia omnia conscripta esse ab Alberto sine ullo dubio constat cum propter multos locos, ubi lectorem remittit ab alio ad aliud opus suum, tum propter indicia et codicum manu scriptorum et catalogorum medio aevo confectorum, quae auctorem Albertum nominant.

Etiamsi constat, quo ordine Albertus opera sua logica absolverit, cave credas eum illo tempore nihil aliud tractavisse nisi res ad logicam pertinentes. Nam scimus Albertum, cum opera logica conficeret, etiam laboravisse in aliis operibus conscribendis, scil. Physicis, libris De caelo et De anima et Parvis naturalibus. Librum De praedicamentis ante opus De anima absolutum esse apparet inde, quod Albertus in hoc opere lectorem ad illud remittit: 'sicut manifestum est ex determinatis in Praedicamentis …' (Ed. Colon. t. 7, 1 p. 7 v. 44–45); 'in Praedicamentis vero logicas quasdam et communes posuimus rationes, et ideo ibi non inquisivimus qualiter …' (ibid. p. 96 v. 32–35). Opus autem De anima, ad quod Albertus spectare videtur in Libro divisionum (tr. 4 c. 2),[2] confectum est inter a. 1254 et 1257.[3] Qua re est, quod conicias auctorem nostrum laborem in opera logica impensum inter De sex principiis et Librum divisionum intermisisse, ut conscriberet opus De anima, quod Alberto fortasse potius componere visum est, quandoquidem eo tempore controversia de animae et intellectus natura magis magisque incaluit. E contra Albertus certe iam primam partem Physicae suae absolverat, cum se convertit ad logicam tractandam. Nam in De V universalibus lector revocatur ad Physicorum l. 2 c. 2: 'Probatum est autem a nobis in Physicis, quod …' (Ed. Colon. t. 1, 1a p. 28 v. 56–59). Simili modo legimus in De sex principiis: 'sicut nos probavimus demonstrative in IV Physicorum' (Ed. Colon. t. 1, 2 p. 46 v. 22–23). In ultimo autem tractatu libri De praedicamentis (p. 172 v. 30–31) ad commentarium quinti Physicorum videtur spectare: 'Haec autem cum studio subtiliter in quinto Physicorum habent determinari'.[4] Physica autem constat inter a. 1251/2 et 1253 conscripta esse. Ergo liber De praedicamentis, si confectus est, antequam Albertus Physicam absolvit et se convertit ad De anima, scriptus esse possit Coloniae circa a. 1252. Verisimile est librum De sex principiis statim subsecutum esse quandoquidem ille liber hoc continuatur. Liber autem divisionum et reliqua opera logica quinque circiter annis postea in lucem prodierunt.[5] Illa quidem verba 'explicit liber divisionum expositus a fratre Alberto episcopo', quae in codicibus antiquissimis leguntur, indicare videntur Albertum hoc opus eo tempore conscripsisse, quo episcopatu Ratisbonensi fungeretur, i. e. a. 1260–1263.[6]

1 Cf. etiam p. 16 v. 14–15; p. 37 v. 60–61; p. 40 v. 56–57; p. 76 v. 43–44; p. 101 v. 69–70. **2** Cf. H. Möhle, Prolegomena. Ed. Colon. t. 1, 2 p. LVI. **3** Cf. H. Anzulewicz, De forma resultante in speculo. Die theologische Relevanz des Bildbegriffs und des Spiegelbildmodells in den Frühwerken des Albertus Magnus, Münster 1999 (Beiträge N. F. 53/1), 16–17, ad quem H. Möhle, Prolegomena. Ed. Colon. t. 1, 2 p. LVII n. 32 remittit lectorem. **4** Cave credas Albertum per haec verba ad opus adhuc scribendum spectare. Ipsa enim verba "habent determinari in" solum denotant in quo opere Aristotelico aliqua quaestio philosophica suo loco determinatur. Additio autem "cum studio et subtiliter" possit indicare Albertum non iam de hoc opere tractavisse. **5** Secundum Möhle Liber divisionum conscriptus est 'aliquot annis post 1257' (H. Möhle [n. 3], p. LVII). **6** Simili modo legimus in fine Topicorum: 'scientia totius libri Topicorum tradita a domino Alberto episcopo ordinis fratrum praedicatorum'.

Albertus ipse Categoriarum paraphrasim suam variis titulis nominat. In opere De sex principiis, quod statim subsequitur, spectat ad hanc verbis velut 'In praedicamentorum libro' (Ed. Colon. t. 1,2 p. 1 v. 13. 15) et 'in libro praedicamentorum' (ibid. p. 1 v. 19. 38–39, p. 54 v. 21), sed etiam modo breviore loquitur de Categoriis ('in Categoriis', ibid. p. 9 v. 45–46, p. 36 v. 48; cf. Metaphysica. Ed. Colon. t. 16,1 p. 280 v. 62) vel inprimis de Praedicamentis suis 'in Praedicamentis' (ibid. p. 49 v. 11; p. 57 v. 5), quo titulo plerumque utitur in scriptis posterioribus: cf. Liber divisionum (Ed. Colon. t. 1,2 p. 100 v. 29. 33, p. 105 v. 14, p. 124 v. 45); De anima (Ed. Colon. t. 7,1 p. 7 v. 45, p. 96 v. 32); Physica (Ed. Colon. t. 4 p. 418 v. 25, p. 422 v. 20); Metaphysica (Ed. Colon. t. 16,1–2 p. 256 v. 8. 19, p. 263 v. 5, p. 264 v. 45, p. 270 v. 11). Singulari modo loquitur de hoc opere in Libro divisionum (Ed. Colon. t. 1,2 p. 103 v. 13–14): 'hoc autem iam nos scientia praedicamentorum edocuit'. In Metaphysica autem invenimus etiam communem titulum 'in Logicis' (Ed. Colon. t. 16,1–2 p. 167 v. 82, p. 441 v. 44, p. 442 v. 75, p. 486 v. 75). In primis Alberti operum catalogis nominantur 'predicamenta'.[7]

Ex omnibus locis, quos collegimus, apparet Albertum ad expositionem suam in Categorias Aristotelis conscriptam nullo alio modo spectavisse nisi sub titulo eius operis Aristotelici, quod erat fundamentum huius expositionis. Ergo Albertus titulum 'Praedicamenta' non solum ad Aristotelis, sed etiam ad suum ipsius opus adhibere potuit.[8]

§ 2. De codicibus manu scriptis et editionibus typis expressis[9]

a) Codices, qui textum conservant integrum

Saec. XIII

Ca 1. Cambrai, Bibliothèque municipale, Cod. 961 (859)

Saec. XIII, membr., 300×210 mm, ff. 96, 2 col. (f. 96^{r-v}: 3 col.)

f. 30^{rb}–62va: De praedicamentis

Inc.: Incipit liber predicamentorum cuius primus tractatus est de antecedentibus ad scientiam libri predicamentorum. C. primum de intentione(?) libri et ordine et modo et alijs que queri consueuerunt.

Expl.: … ideo ista sufficiant.

Prov.: Bibliotheca Cathedrali.

P1 2. Paris, Bibliothèque nationale de France, Cod. lat. 14382

Saec. XIIIex. (1293), membr., 390 × 260 mm, ff. II + 118 + I, 2 col.

f. 36va–74ra: De praedicamentis

Inc.: Jncipiunt predicamenta. Jncipit liber predicamentorum cuius primus tractatus est de antecedentibus. C. primum de subiecto libri et ordinatione et modo et alijs que consecuntur ad istum librum perfecte et bene intelligendum (ad – intelligendum *canc. P1*^{1}) IN ante habitis dictum est quod logica est scientia …

Expl.: … Jdeo ista sufficiant.

Prov.: In folio I^{v} et in inferiore margine f. 1^{r} legitur: Hic liber est sancti victoris parisiensis.

P2 3. Paris, Bibliothèque nationale de France, Cod. lat. 15449

Saec. XIIIex. (ante 1306), membr., 360 × 255 mm, ff. 191, 2 col.

f. 101ra–138^{vb}: De praedicamentis

Inc.: Jncipiunt predicamenta. In antehabitis dictum est quod logica est scientia …

Expl.: … Jdeo ista sufficiant.

Prov.: f. 1^{r}: Iste liber est collegii pauperum magistrorum de Sorbona studentium in theologica facultate ex legato magistri Godefridi de Fontibus.

Saec. XIII–XIV

Sh 4. Schaffhausen, Ministerialbibliothek, Cod. Min. 112

Saec. XIV (ante 1318), membr., 220 × 160 mm, ff. 136, 2 col.

f. 32ra–59^{vb}: De praedicamentis

Inc.: Incipit liber predicamentorum Cuius primus tractatus est de antecedentibus ad scientiam libri predicamentorum. C. 1. de subiecto libri et ordine et modo et aliis que queri consueuerunt. IN antehabitis dictum est quod loyca est scientia …

Expl.: … ideo ista sufficiant. Explicit liber predicamentorum aristotilis. Explicit liber predicamentorum domini alberti episcopi quondam Ratisponensis.

Prov.: f. 1^{r}: Bibliotheca ecclesiae scaphusianae ad D. Johannem.

Textus saeculo XIV alia manu passim correctus est (*Sh*^{2}).

Saec. XIV

Bs1 5. Basel, Öffentliche Bibliothek der Universität, Cod. F. I.17

Saec. XIII/XIV, membr., 284 × 196 mm, ff. 63 (olim ff. 65), 2 col.

f. 26va–53^{vb}: De praedicamentis

Inc.: JNcipit Commentum Alberti predicamentorum. JN antehabitis dictum est quod logica est scientia …

7 Cf. B. Geyer, Der alte Katalog der Werke des hl. Albertus Magnus, in: Miscellanea Giovanni Mercati, II, Città del Vaticano 1946 (Studi et testi 122), 399, 400, 404. **8** Cf. Metaphysica (Ed. Colon. 16,1 p. 256 v. 19): 'in Praedicamentis *nostris*'. **9** Invenies ampliorem descriptionem et bibliographiam omnium codicum Alberti in Prolegomenis editionis De sex principis a Ruth Meyer confectae (Editio Colon. t. 1,2 p. VII–XXV).

Expl.: … ideo ista sufficiant. Albertus super predicamenta finit.
Prov.: Monasterium praedicatorum S. Petri Basileae.

O1 6. Oxford, Merton College Library, Cod. C.2.4 (Coxe 253)[10]
Saec. XIV, membr., 200 x 140 (170 x 110) mm, ff. 190 (v + 185), 2 col.
f. 57ra–113va: De praedicamentis
Inc.: Incipiunt predicamenta. [f. 57^{rb}] Jncipit liber predicamentorum cuius primus tractatus est de antecedentibus. Capitulum primum de subiecto libri et ordine et modo et aliis que sequuntur. In antehabitis dictum est quod logica est scientia …
Expl.: … ideo ista sufficiant. Explicit liber predicamentorum deo gratias.
Prov.: f. 3^{v}: Liber domus scolarium de merton hallo in oxon' ex dono magistri Johannis Burbache doctoris in theologia et quondam socij eiusdem domus.

Saec. XV

Bl 7. Bologna, Biblioteca Universitaria, Cod. lat. 103
Saec. XV, chart. et membr., 302 × 217 mm et 300 × 212 mm, ff. 198 et ff. 34, 2 col.
f. 1ra–67^{rb}: De praedicamentis
Inc.: Incipit liber predicamentorum aristotelis cuius primus tractatus est de antecedentibus ad scientiam libri predicamentorum. Capitulum primum de subiecto libri et ordine et modo et alijs que queri consueuerunt. ⟨I⟩n ante habitis dictum est quod logica est scientia …
Expl.: … Jdeo ista sufficiunt. Et sic est finis expliciunt dicta libri predicamentorum alberti magni.
Prov.: f. 1ra: E bibliotheca Fratrum S. Pauli in Monte.

Br 8. Brugge, Bibliotheek van het Grootseminarie, Cod. 105/53
Saec. XV, membr., 325 × 245 mm, ff. I + 133 + I, 2 col.
f. 41^{rb}–84^{rb}: De praedicamentis
Inc.: Jncipiunt predicamenta eiusdem doctoris primus Tractatus erit de antecedentibus ad scientiam predicamentorum. Capitulum primum de inscriptione libri ordine et modo procedendi. JN antehabitis dictum est quod logica est scientia …
Expl.: … ideo ista sufficiant. Expliciunt predicamenta venerabilis Alberti magni.
Prov.: Ex abbatia Dunensi OSB.

Es 9. El Escorial, Real Biblioteca del Monasterio de San Lorenzo, Cod. f. III.5
Saec. XVin., chart., 275 × 205 mm, ff. 210, 2 col.
f. 60ra–117^{rb}: De praedicamentis
Inc.: Jn antehabitis dictum est quod logica est scientia …
Expl.: … Jdeo illa sufficiant. Explicit sentencia edita et comppillata(!) a venerabili alberto magno omnium latinorum philosophorum Reuerendissimo principe super libro predicamentorum Aristotilis etc.
Prov.: Real Monasterio San Lorenzo, El Escorial.

Mz1 10. Mainz, Stadtbibliothek, Hs. I 81
Saec. XV (1453), chart., 290 × 205 mm, ff. 314, 2 col.
f. 64va–125^{vb}: De praedicamentis
Inc.: Jncipit liber predicamentorum cuius primus tractatus est de antecedentibus capitulum .j. de subiecto libri et ordine et modo et hijs que secuntur. IN ante habitis dictum est quod logica est scientia …
Expl.: … ideo ista sufficiant.
Prov.: Monasterium Cartusiense S. Michaelis, Moguntiae.

P3 11. Paris, Bibliothèque de l'Arsenal, Cod. 729
Saec. XVin., membr. et chart., 293 × 210 mm, ff. 158, 2 col.
f. 57^{vb}–112^{vb}: De praedicamentis
Inc.: Jncipit liber predicamentorum cuius primus tractatus est de antecedentibus ad scientiam libri predicamentorum capitulum primum de descriptione libri et ordine et modo et alijs que queri consueuerunt. [f. 58ra] IN antehabitis dictum est quod logica est scientia …
Expl.: … ideo ista sufficiant etc.
Prov.: f. 1^{r}: Ex libris Bibliothecae Sancti Victoris Parisiensis (saec. XV); f. 58^{v}: Nicholaus Petri Roskaldensis (saec. XV).

R1 12. Roma, Biblioteca Casanatense, Cod. 210 (A II 31)
Saec. XVin., membr., 298 × 220 mm, ff. I + 210 + I, 1 col.
f. 63^{v}–130^{r}: De praedicamentis
Inc.: Jncipit liber predicamentorum Cuius primus tractatus est de antecedentibus ad scientiam libri predicamentorum. Capitulum primum de subiecto libri et de ordine et modo et alijs que queri consueuerunt. In antehabitis dictum est quod logica est scientia …
Expl.: … ideo illa sufficiant. Explicit liber predicamentorum.

R2 13. Roma, Biblioteca Apostolica Vaticana, Cod. Vat. Lat. 2118
Saec. XV (1424), membr. et chart., 290 × 220 mm, ff. 161, 2 col.
f. 31^{rb}–70^{rb}: De praedicamentis
Inc.: Jncipit liber predicamentorum cujus primus tractatus de antecedentibus ad scientiam libri predicamentorum. c. j. de subiecto libri et de modo et ordine et alijs que querj consueuerunt. ⟨I⟩N ANTEHABITJS dictum est quod loyca est scientia …

10 Cf. etiam R. M. Thomson, A Descriptive Catalogue of the Medieval Manuscripts of Merton College, Oxford. With a description of the Greek Manuscripts by N. G. Wilson, Oxford 2009, p. 195–196.

Expl.: … ideo ista sufficiant. Finita commenta albertj super libro predicamentorum et consequenter postpredicamentorum. Deo gratias Amen.

R3 14. Roma, Biblioteca Apostolica Vaticana, Cod. Vat. Lat. 719
Saec. XV (1425), chart., 297 × 216 mm, ff. 158, 2 col.
f. 52ra–102rb: De praedicamentis
Inc.: ⟨I⟩N antehabitis dictum est quod loyca est scientia …
Expl.: … ideo ista sufficiant. Amen. Amen. Amen. Finita conmenta(!) Alberti super libro predicamentorum et consequenter postpredicamentorum. deo gratias amen.

R4 15. Roma, Biblioteca Apostolica Vaticana, Cod. Rossianus 693 (olim X,73)
Saec. XV (1427), chart., 304 × 215 mm, ff. 221, 2 col.
f. 70ra–151rb: De praedicamentis
Inc.: Jncipit exposicio libri predicamentorum secundum fratrem Albertum magnum cuius tractatus primus est de antecedentibus ad scientiam libri predicamentorum. Capitulum primum de subiecto libri et aliis que consueuerunt queri. JN ante habitis dictum est quod logica est scientia …
Expl.: … Jdeo ista sufficiunt etc. Antonellus. (*fortasse alia manu scriptum*) Et sic est finis. Expliciunt dicta libri predicamentorum liber (*exp.*) Alberti magni.

Si 16. Siena, Biblioteca comunale, Cod. G VI 32
Saec. XV, chart., 325 × 220 mm, ff. 132, 2 col.
f. 42ra–85ra: De praedicamentis
Inc.: Jncipit Liber predicamentorum cuius primus tractatus est de antecedentibus ad scientiam Libri predicamentorum. Capitulum primum de subiecto Libri et de modo et ordine Et de alijs que queri consueuerunt. Capitulum Primum. ⟨I⟩N antehabitis dictum est quod logica est scientia …
Expl.: … ideo ista sufficiant. Explicit liber predicamentorum alberti magni ordinis predicatorum.

V1 17. Venezia, Biblioteca Nazionale Marciana, Cod. Lat. Z 294 (1986)
Saec. XV, membr., 332 × 242 mm, ff. 161, 2 col.[11]
f. 46vb–97rb: De praedicamentis
Inc.: Jncipit liber predicamentorum Cuius primus tractatus est de antecedentibus ad scientiam libri predicamentorum. Capitulum primum de subiecto libri et ordine et modo et alijs que queri consueuerunt. IN antehabitis dictum est quod logica est scientia …
Expl.: … ideo illa sufficiant. Explicit liber predicamentorum.
Prov.: E donatione Bessarionis Cardinalis, ut ex indice librorum donatorum anno 1474 confecto scimus.

V2 18. Venezia, Biblioteca Nazionale Marciana, Cod. Lat. (fondo antico) Z 286 (1530)
Saec. XV (1425), membr., 295 × 210 mm, ff. 285, 2 col.
f. 47ra–91ra: De praedicamentis
Inc.: ⟨I⟩ncipit liber predicamentorum primus tractatus est de antecedentibus ad scientiam libri predicamentorum. Capitulum primum de (*in rasura*) subiecto libri et ordine et modo et alijs que queri consueuerunt. Jn antehabitis dictum est Quod logica est scientia …
Expl.: … ideo ista sufficiant. Et sic est finis libri predicamentorum aristotelis fratris alberti magni etc. Explicit liber predicamentorum reuerendissimi in Christo fratris domini alberti magni episcopi. Laus sit Christo.
Prov.: E donatione Bessarionis Cardinalis, ut ex indice librorum donatorum anno 1474 confecto scimus.

b) Codices, qui textum non conservant integrum

Saec. XIV

O2 19. Oxford, Bodleian Library Canon Misc. 239
Saec. XV, membr. et chart., 238 × 348 mm, ff. 110, 2 col.
f. 56vb–110rb: De praedicamentis (exemplar in fine mutilatum)
Inc.: Jncipit liber predicamentorum [f. 57ra] INcipit liber predicamentorum primus tractatus est de antecedentibus ad scientiam libri predicamentorum capitulum primum de scriptione libri et ordine et modo et alijs que queri consueuerunt. Jn antehabitis dictum est quod loyca est scientia …
Expl.: … sciendum enim quod affirmatio dicitur tripliciter et similiter negatio (textus abruptus est in tr. 7 c. 6, p. 147 v. 12).

Wo 20. Worcester, Cathedral Library F. 23
Saec. XV, membr., 345 × 215 mm, ff. 126, 2 col.
f. 79va–86vb: De praedicamentis (exemplar in fine mutilatum)
Inc.: Jncipit liber predicamentorum cuius primus tractatus est de antecedentibus. C. .j. de subiecto libri et ordine et modo et alijs que sequuntur etc. ⟨In⟩ Antehabitis dictum est quod logica est scientia …
Expl.: … dicit modo qui dictus est. Differentia enim dicit formam et actum (textus abruptus est in tr. 2 c. 8, p. 37 v. 50).
Prov.: f. 8v: Liber ecclesie cathedralis beate Marie Wygorn (saec. XV).

11 De duobus codicibus Bessarionis vide recenter J. Monfasani, Bessarion scholasticus. A Study of Cardinal Bessarion's Latin Library, Turnhout 2012, p. 94 et p. 96–97.

Saec. XV

Pi 21. Pisa, Biblioteca del Seminario di Santa Caterina, Cod. 115
Saec. XV, chart., 286 × 206 mm, ff. 217 + VII, 2 col.
f. 194ra–220^{vb}: De praedicamentis (exemplar in fine mutilatum)
Inc.: ⟨I⟩n ante habitis dictum est quod loyca est scientia …
Expl.: … Et ideo opportet quod quantitas sit in materia ante omnia proprie // (textus abruptus est in tr. 3 c. 11, p. 71 v. 40).

c) Fragmenta

Saec. XIV

Bu 22. Budapest, Magyar Tudományos Akadémia Könyvtára T 27 & T 35
Saec. XIV, membr., 310 × 188 mm, f. I et II, 2 col.
f.I$^{ra–vb}$: De praedicamentis (fragmentum)
Inc.: vel duplum vel melius propter quod sequitur … (tr. 4 c. 9, p. 99 v. 64).
Expl.: … et passio principium passionis et quando et ubi (tr. 5 c. 1, p. 103 v. 7).
Hoc folium I et folium II (quod fragmentum libri De sex principiis continet), et etiam folium Gy, quod aliud fragmentum operis De praedicamentis continet, ad tegumenta codicum conficienda olim adhibita sunt et sic conservata (cf. R. Meyer, p. XX–XXI).

Gy 23. Györ, Kathedralbibliothek Fragm. 13
Saec. XIV, membr., 310 × 188 mm, f. I (in Cod. IV. d.18), 2 col.
f.I$^{ra–vb}$: De praedicamentis (fragmentum)
Inc.: predicari nomine et re sic scilicet quod subiectum de quo predicacio fit … (tr. 2 c. 7, p. 36 v. 41).
Expl.: … paucis esse contraria vel magnum paruo vel breue longo qve qvaliter (tr. 2 c. 9, p. 39 v. 68).
Hoc folium eiusdem codicis est atque illa duo folia fragmenti *Bu* supra allati.

d) Editiones

pa Editio Papiensis ca. 1490
Albertus Magnus, De praedicabilibus et de Praedicamentis
Officina: Christophorus de Canibus, Pataviae ca. 1490
ff. 47^{r}–95^{r}: De praedicamentis
Inc.: In antehabitis dictum est quod …
Expl.: Explicit scriptum singularissimum insignis doctoris Alberti magni super predicabilibus Porphirii et predicamentis Aristotelis diligentissime emendatum.

v^{1} Editio Veneta 1494
Opera Alberti Magni ad logicam pertinentia
Officina: Johannes et Gregorius de Gregoriis, Venetiis 1494
ff. 33va–66^{rb}: De praedicamentis
Inc.: In antehabitis dictum est quod …
Expl.: Explicit scriptum singularissimum insignis doctoris Alberti magni super predicabilibus Porphirii, et predicamentis Aristotelis diligentissime emendatum.

v^{2} Editio Veneta 1506
Opera Alberti Magni ad logicam pertinentia
Officina: sumptibus heredum D. Octaviani Scoti per Bonetum Locatellum presbyterum, Venetiis 1506
ff. 33^{v}–66^{r}: De praedicamentis
Inc.: In antehabitis dictum est quod …
Expl.: Explicit scriptum singularissimum insignis doctoris Alberti magni super predicabilibus Porphyrii, et predicamentis Aristotelis diligentissime emendatum.

v^{3} Editio Veneta 1532[12]
Opera Alberti Magni ad logicam pertinentia
Officina: mandato et sumptibus nobilium heredum nobilis domini Octaviani Scoti civis Modoetiensis, Venetiis 1532
ff. 33ra–65^{rb}: De praedicamentis
Inc.: In antehabitis dictum est quod …
Expl.: Explicit scriptum singularissimum insignis doctoris Alberti Magni super predicabilibus Porphyrii, et predicamentis Aristotelis diligentissime emendatum.

l Editio Lugdunensis 1651
Opera omnia Alberti Magni ed. Petrus Jammy, Lugduni 1651
t. 1, pp. 94–193: De praedicamentis

p Editio Parisiensis 1890
Opera Omnia Alberti Magni ed. Augustus Borgnet, Parisius 1890
t. 1, pp. 149a–304b: De praedicamentis

Gr Editio partialis:
Albertus Magnus, Tractatus secundus libri Praedicamentorum. De substantia. Auf handschriftlicher Grundlage mit Einleitung und Textanalyse hg. v. Waldemar Gremper, Diss. Freiburg (Schweiz), in: Freiburger Zeitschrift für Philosophie und Theologie 3 (1956), p. 369–387 et 4 (1957), p. 34–51 et p. 175–196.

12 Gratiam habemus Prof. Kent Emery, Jr., Prof. Bernd Goehring, et Dr. Stephen M. Metzger, qui consilio et ope adiumenta ad illam editionem spectantia attulerunt.

§ 3. De Alberti in Logicam veterem commentariorum traditione

E traditione manu scripta apparet Alberti in Logicam veterem commentarios iam saeculo XIII esse congestos in unum corpus, quod constat ex his quinque textibus certo ordine exhibitis:

1. De V universalibus
2. De praedicamentis
3. De sex principiis
4. Liber divisionum
5. Perihermenias.

Totum corpus traditur duobus illis principibus testibus, codicibus *Ca* et *Sh*[13], quorum uterque praebet collectionis titulum, qui authenticus videtur esse, quamquam verba non omni ex parte inter se congruunt:

'Incipit Logica domini Alberti ordinis predicatorum quondam episcopi Ratisponensis' (*Ca*).

'Incipit Loyca domini Alberti episcopi quondam Ratisponensis de ordine predicatorum' (*Sh*).

Huius corporis Parisius a stationario exemplar factum est, e quo omnis pendet traditio universitaria, ut demonstrabimus infra, § 5. Ex eo, quod idem corpus invenitur etiam in codice *Sh*, qui non pendet ex illa traditione Parisiensi, elucet id non congestum esse Parisius. Vero proximum est illos quinque commentarios in Logicam veterem in aliquo Praedicatorum ordinis scriptorio in Germania recta via ab Alberti autographis descriptos et in unum corpus coniunctos esse. Titulus corporis autem, cum loquitur de operibus logicis '*domini* Alberti … *quondam* episcopi Ratisponensis', indicat hoc apographum conscriptum esse postquam Albertus episcopatu Ratisbonensi defunctus est, i. e. post annum 1263. De hoc apographo, quod conservabatur in aliquo conventu ordinis Praedicatorum in Germania, exemplar illud transcriptum (*A*) est, quod Parisios missum est. Ex eodem apographo codex Scaphunianus (*Sh*) transcriptus est.

Quoniam liber De praedicamentis ab initio traditus est una cum ceteris commentariis in Logicam veterem in uno corpore, opineris traditionem textus eius eandem esse ac ceterorum operum, si non in omnibus codicibus eius corporis, at tamen in vetustioribus. Postquam manuscripta libri De praedicamentis contulimus, magna ex parte confirmare possumus ea, quae editores Colonienses de textibus 1, 3, 4 eruerunt, sed etiam nonnulla indicia nova repperimus, quibus fulti possumus, ut credimus, textus traditionem melius intelligere et ea, quae in voluminibus prioribus ad illos textus iam exposita sunt, huc illuc supplere vel corrigere. Traditionem libri De V universalibus perscrutatus Manuel Santos Noya docet tres codicum familias (A, B, C) esse internoscendas, quarum maxima, A, divisa est in A.1 et A.2; A.1 complectitur *Ca* et illos codices, qui pendent ex exemplari universitatis (*P1 P2 O1Wo Bs1 Mz1*), A.2 codices *BrO2P3V2*. Altera familia (B) constat ex *Sh* et *R5*, tertia (C) ex aliquot codicibus Italis saec. XV, qui tradunt textum contaminatum. Santos Noya recte concludit traditionem B in restituendo Alberti textu nullo modo neglegendam esse et inprimis codicem *Sh* idoneum esse ad traditionem A corrigendam.

Hannes Möhle dispertit codices Libri divisionum in duas familias eodem quidem modo appellatas A et B, sed eius familia B complectitur manuscripta traditionis Italae (i. e. testes familiae C apud Santos). A autem divisa est in A.1 et A.2; A.1 complectitur *Ca* et codices traditionis universitatis Parisiensis, A.2 codices *Sh* et *Br*. Quia *O2P3V2* textum Libri divisionum non tradunt, difficile ipsi erat locum rectum attribuere codici *Br*, quippe qui in aliis tribus operibus logicis nulla propiore cognatione cum *Sh* coniunctus sit. Dubitandum etiam est, an codex *Sh* non secus ac traditio Parisiensis pars familiae A habendus sit. Exempla communium mendorum a Möhle allata (p. LIX) non sufficiunt ad communem textus originem familiae Parisiensis et *Sh* demonstrandam. Quin immo animadvertendum est, illas duas omissiones per homoeoteleuton factas, quas ipse enumerat, non nisi in codicibus traditionis Parisiensis inveniri. Illa autem menda minoris momenti, quae tam in *Sh* quam in A.1 (et inprimis in *Ca*) inveniuntur, communem originem ab exemplari corporis ex Alberti autographis descripto trahere possunt (cf. infra, § 7). Postremo, ut Möhle notavit (p. LXI), *Sh* una cum duobus codicibus Italis, *Si* et *R2*, conservavit in p. 108 v. 38–39 illam textus partem, quam ceteri codices omnes per homoeoteleuton omiserunt.

Ruth Meyer quoque traditionem libri De sex principiis perscrutata duas familias distinguit: A (traditionem universitariam[14]) et B (traditionem seiunctam ab A). Codicem *Sh* autem lectiones utriusque traditionis confundentem praebere textum contaminatum ei persuasum est: '*Sh* textum, ut ita dicam, mixtum praebet, qui lectiones ex duabus textus traditionibus composuit' (p. XXXVI). At non modo desunt argumenta, quibus ea opinio fulciatur,[15] verum etiam elucet e lectionibus in apparatu

13 Codex *Sh* conservat sub fine etiam Alberti paraphrasim Analyticorum posteriorum (f. 95^{r}–133^{v}). Sed haec codicis pars non modo alia manu exarata est, verum etiam propriam exhibet quaternorum numerationem (ab I usque ad IIII). Inde colligi potest hunc textum non fuisse partem eius exemplaris, ex quo illi quinque in Logicam veterem commentarii descripti sunt. At tamen hic Analyticorum posteriorum textus sine dubio in eodem scriptorio exaratus est ac ceteri quinque textus in hoc codice. **14** Notandum est codicem *Ca* non ipsum esse traditionis universitariae, sed pendere ex archetypo a quo exaratum est exemplar traditionis universitariae: vide infra, § 4. **15** Eo, quod codex *Sh* interdum menda minoris momenti cum *Ca* communia habet, non probatur textum eius contaminatum esse traditione A (cf. infra, § 7). Neque probatur illis locis, ubi *Sh* et *R6* inter se congruunt, textum codicis *Sh* contaminatum esse; nam *R6*, codex Italus recentior, quasdam lectiones ex illa traditione a Parisiensi disiuncta, quae est origo textus codicis *Sh*, recipere potuit. Sunt quidem aliquot loci, qui in *Sh* ope alterius traditionis correcti inveniuntur, sed semper monstrant manum recentioris aetatis.

critico allatis illud manuscriptum tradere textum, qui non pendet a traditione Parisiensi. Multo saepius quam ab editrice in p. XXXVI suae editionis conceditur, codex *Sh* solus ex omnibus veram textus lectionem praebet. Cuius codicis ope, si ei pretium maius adiudicetur et inde locus dignior inter reliquos libri De sex principiis testes attribuatur, fortasse textus editionis aliquot locis melior reddi possit.[16]

Si autem ad librum De praedicamentis spectamus, traditionem textus perscrutati satis superque invenimus codicem *Sh* non praebere textum contaminatum (exceptis aliquot locis manu recentiore Sh^2 correctis), sed esse principalem testem traditionis textus, quae neque a traditione Parisiensi derivatur neque erroribus eius deformatur.

Ut infra demonstrabimus, traditio textus De praedicamentis duplex est: (1) Traditio Parisiensis (A), quam praebent *Ca* et traditio universitaria (A.2) necnon illae recentiores familiae A partes, A.3 et A.4, pendet ex exemplari, quod ex primo apographo corporis in Germania praeservato descriptum est et circa annos 1270–1280 Parisios advenit. (2) Altera traditio seiuncta ab A praesertim invenitur in codice *Sh*, qui circa annum 1300 ex illo apographo in Germania videtur esse descriptus, et quadam ex parte etiam in aliquot saeculi XV codicibus Italis (*Bl, Es, Pi, R2, R3, R4*), praeterea in A.3 (*R1, V1, Si*), ubi textus universitarius collato codice alterius traditionis correctus est. Hanc duplicem traditionem textus reperimus etiam in illis tribus commentariis in Logicam veterem, qui iam editi sunt. Dixerit quispiam hanc textus traditionis rationem fortasse esse libri De praedicamentis propriam neque valere in cetera opera logica. Certe concedendum est tantum textus corpus e variis exemplaribus descriptum esse posse, quod re vera factum est in aliquot saec. XV codicibus Italis, ubi etiam medio in tractatu scribam exemplar mutavisse iam editores librorum De V universalibus et De sex principiis docuerunt[17] et nos ipsi monstrabimus. Quod autem fieri potuisse in exarando *Sh*, quod manuscriptum antiquum immediate ab exemplari authentico Alberti dependet, nullo modo verisimile est. Itaque ex diligenti perscrutatione traditionis textus De praedicamentis sequitur, ut retractanda sit illa sententia de Logicae veteris traditione, ad quam tres priores editiones pervenerint. Hoc autem magnopere refert, ut in textu constituendo codici *Sh* maius pondus attribuamus quam editiones praecedentes.[18]

§ 4. De textus De praedicamentis duplici traditione

In codice *Sh* et in aliquot codicibus Italis recentioribus nonnullis locis partes textus quae in *Ca* et manuscriptis, quae pendent e Parisiensi exemplari, propter homoeoteleuton omissae sunt, conservatas invenimus. Praeterea ope eorundem codicum corrigi possunt multa minora menda, saepe ex abbreviaturis verborum perperam intellectis exorta, quibus traditio Parisiensis per totum librum infecta est. Inde concludendum est codices traditionis Parisiensis facere unam familiam (A), quae originem traxit ab uno archetypo, quod erat iam illis omissionibus et erroribus infectum.

Afferamus nunc omissiones maioris momenti, quas invenimus in A:

p. 56 v. 24–25: haec vel non inveniuntur [vel, si inveniantur], hoc non est nisi
[…] *hab. ShBlPiEs R1SiV1 post. corr. V2*
om. (*hom.*) *CaBs1Mz1O1P1P2BrO2P3V2*[19] *R2R3 R4 pap*

p. 64 v. 3–5: linea est [sed ponitur in diffinitione lineae rectae et finitae; finita enim et recta linea est] longitudo
[…] *hab. ShBlPiR2R3EsR4*
om.(hom.) CaBs1Mz1O1P1P2BrO2P3V2R1SiV1 pap

p. 74 v. 50–53: sed essentiali distant repugnantia. [Unde illa quae ad se invicem multum vel maxime distant essentiali repugnantia], et sunt de numero
[…] *hab. ShBlR2R3EsR4 R1SiV1*
om. (*hom.*) *CaBs1Mz1O1P1(qui* repugnantia[2] *habet) P2 BrO2P3V2 pap*

p. 98 v. 27–29: omnibus relativis [hoc est esse, quod sunt ad aliquid. Hoc enim non convenit nisi relativis] secundum veritatem
[…] *hab. Sh*
om. (*hom.*) *cet. codd., edd.*

Solus codex *Sh* praebet hanc textus partem, sine qua intelligi non potest quid Albertus demonstrare velit. Est autem animadvertendum codices *BlR2R3* hoc loco ex omissione longiore laborare.

p. 101 v. 2–4: fiunt in eodem [sed contra hoc est, quia duo accidentia eiusdem speciei non possunt esse simul in eodem] secundum
[…] *hab. ShBlR2R3EsR4 R1SiV1 pap*
om. (hom.) CaBs1Mz1O1P1P2BrO2P3V2

p. 101 v. 54–55: paternitas simpliciter [sed destruitur respectus eius ad hoc, et hoc non est destrui simpliciter]. Et si

16 Dolendum esse putamus nonnullas codicis *Sh* lectiones detrusas esse in apparatum criticum, quamvis praebeant certe meliorem textum. Cf. ex. gr. p. 1 v. 4 quando] et quare *Sh*; p. 1 v. 16 scientiam] sententiam *Sh*; p. 5 v. 38 magis] maius *Sh*; p. 5 v. 51 essentiale] esse naturale *Sh*; p. 5 v. 58 dictum] additum *Sh*; p. 6 v. 27 perstructorie] perfunctorie *Sh*; p. 7 v. 19 eorum] rerum *Sh*; p. 11 v. 11 actus] artis *Sh*; p. 15 v. 27 eorum] rerum *Sh*; p. 18 v. 33 una] via in *Sh*; p. 21 v. 13 dirigens] digerens *Sh*; p. 22 v. 6 remota] recto motu *Sh*; p. 25 v. 59 maxime] secundum *add. Sh*; p. 26 v. 2 continuatur] generatur *Sh*; p. 31 v. 53 et v. 53–54 acceptione] a receptione *Sh*; p. 34 v. 55 nunc] numerus *Sh*; p. 51 v. 31–32: adhuc quidam modo etiam mathematicis dant locum] adhuc quodammodo etiam mathematicis datur locus *Sh* ; p. 65 v. 1 paratus] paratior *Sh*; p. 70 v. 13 determinatum] satis *praem. Sh*; p. 71 v. 11 humorosis] luminosis *Sh*; p. 71 v. 12 albedinem] albedine *Sh*; p. 71 v. 43 enim] qui *Sh* (corrigendum esse putamus in 'quae', ita ut p. 71 v. 42–43 legatur : 'fieri secundum utrumque istorum quae asserunt [sc. alii], scilicet …'); p. 71 v. 53 persciendum] praesciendum *Sh*. **17** Cf. R. Meyer, Prolegomena. Ed. Colon. t. 1,2 p. XXXVII de codice *R3* : 'non nisi inde a tr. 7 c. 3 codices *Bl* atque *R4* sequitur'. **18** Prima investigatio codicum libri Perihermenias a Roberto Andrews facta confirmat hanc conclusionem. **19** *BrO2P3 ante corr. V2* praebent verba 'haec – est' hoc modo mutata: 'hoc (hic *Br* enim *add. O2*) non invenitur hoc vel hoc' ('hoc vel hoc non invenitur' *pap*). Inde apparet conatum esse scribam exemplaris, ex quo ii codices omnes pendent, sensum textus corrupti restituere.

[…] *hab. ShBlR2R3EsR4 R1SiV1 pap*
om. (*hom.*) *CaBs1Mz1O1P1P2BrO2P3V2*
p. 112 v. 16–18: dispositio et habitus [insunt secundum aliquas potentias naturales et impotentias, et sic dispositio et habitus] supponunt
[…] *hab. ShBlR2R3*
om. (*hom.*) *CaBs1Mz1O1P1P2BrO2P3V2R1SiV1 EsR4 pap*
p. 123 v. 17–22: qui sciunt de arte sive disciplina illa, [sed qui afficiuntur per informationem qualitate, quae dicitur potentia naturalis ad pugnandum, sicut dicitur pugil vel cursor, qui forte nihil sciunt de arte sive disciplina illa,] et ideo a disciplina
[…] *hab. ShBlR2R3 pap*
om. (*hom.*) *CaBs1Mz1O1P1P2BrO2P3V2R1SiV1 EsR4*
p. 129 v. 52–54: istorum [singularium accipiuntur per se sunt et non sunt ad aliquid. Huius autem causa est quia] singulariter accepta ut
[…] *hab. ShBlR2R3 pap*
om. (*hom.*) *CaBs1Mz1O1P1P2BrO2P3V2R1SiV1 EsR4 pap*
p. 137 v. 41–44: Et tale ens sufficit relationi, quae [est posita super intentiones. Ad aliud autem dicendum quod, quamvis relatio sit genus unum,] non tamen propter hoc sequitur …
[…] *hab. ShBlR2R3EsR4* (uno *Bl* unum *om. R2*) *R1Si V1 pap*
om. CaBs1Mz1O1P1P2
relationi – propter hoc] ad relationem sed tamen non *Br*
relationi – tamen] ad relationem (ex hoc patet *add. P3*) quod tamen non *O2P3V2*
aliud] hoc *EsR4*
autem *om. BlR2R3*
p. 166 v. 4–5: sed se invicem [ponunt et se invicem] perimunt
[…] *hab. ShEs* (se[1] *om. Es*) *pap*
sed] secundum *Bs1Mz1O1P1P2BrP3SiV1 Bl R4*
ponunt – perimunt] perimunt *R2R3 lac. P2* per (*lac.*) *Ca P1 R4* per simul *O1* per accidens tamen *Br om. R1SiV1 Bl*
se – perimunt *om. O2*

Postremo afferamus locum, ubi solus codex *Sh* integrum capituli titulum praebet:
p. 50 v. 1–3: Tractatus de quantitate. Capitulum I. De divisione quantitatis et quare immediate sequitur substantiam.
Tractatus – substantiam *om. PiR3EsR4 P2V2 pa* Tractatus tertius de praedicamento quantitatis *Br* tractatus tertius de quantitate *v*[1] (*in indice capitulorum*) De praedicamento quantitatis quantum ad ordinem et eius divisionem et quo ad aliqua notabilia *Bs1*
et – substantiam *om. BlR2 BrO2P3R1SiV1 v*[1]*lp* et quare in inesse *Ca* et quanto invicem *Mz1O1P1*

Manifestum est ergo codicem *Sh* semper integrum textum tueri, ubi *Ca* et universitariae traditionis manuscripta (*Bs1Mz1O1P1P2*) ex omissione laborant. Sunt autem aliquot Itali codices recentiores, qui nonnullis in tractatus partibus congruant cum *Sh* iis locis, qui desunt in testibus traditionis A: *Pi* (qui subito deficit in III, p. 71 v. 40), *Bl, Es* nec non *R2R3*. Alia pars familiae, A.3 (*R1SiV1*), concinit quinque locis cum *Sh* contra traditionem A (p. 56 v. 24–25; p. 74 v. 46–47; p. 101 v. 2–4; p. 101 v. 54–55; p. 137 v. 41–44); quos tamen codices verisimile est ex exemplari, quod originem traxit a traditione universitaria, pendere et teste alterius traditionis collato correctos esse (cf. infra, § 5).

Praeter illas omissiones inveniuntur in traditionis Parisiensis textu multa menda minoris momenti, quibus in locis *Sh* (et interdum *Bl, Es, Pi, R2, R3*) bonas lectiones conservaverunt. At in codicibus classis A.3 ea menda raro corrigebantur. Cf. haec exempla:[20]
p. 2 v. 1 paratae *ShEs*] finitae *cet. codd., edd.*
p. 5 v. 12 signa *ShEs*] signaculum *cet. codd., edd.* (significativa *Si*)
p. 9 v. 20 secundum *ShEs*] quod *cet. codd., edd.*
p. 9 v. 26 possunt *ShEs pap*] posse *cett. codd.*
p. 9 v. 48 tunc *ShEs*] ratio *cet. codd., edd.*
p. 11 v. 30–31 vocum *Sh*] vocis *Es* nomen *cet. codd. pa* nominum *p*
p. 11 v. 39 in *ShEs*] ab *cet. codd., edd.*
p. 19 v. 22 lemures *Es p* lemores *Sh*] phantasmata *O1P1 V1 pa* fantasma *Si lac. Ca om. Br*
p. 27 v. 4 secundae *ShEs*] *om. cet. codd., edd.*
p. 30 v. 2 assignando *ShEs*] designando *cet. codd., edd.*
p. 30 v. 23 secundae *ShEs*] *om. cet. codd., edd.*
p. 35 v. 29 sic *ShBlEs*] *om. cet. codd., edd.*
p. 42 v. 4 vero *ShBlEs*] quo *Ca* autem *cet. codd., edd.*
p. 45 v. 44–45 philosophorum *ShBlEs*] philosophiae *cet. codd., edd.*
p. 48 v. 32 affectus nostros *ShBlEs*] affectiones *cet. codd., edd.*
p. 51 v. 21 essentiali *ShBlR2Es*] corporali *cet. codd., edd.*
p. 51 v. 49 vices *ShBlR2Es*] voces *cet. codd., edd.*
p. 54 v. 9 principia *ShBlR2Es*] principium *cet. codd., edd.*
p. 54 v. 17 aggregationis *ShBlR2Es pap*] congregationis *cet. codd.*
p. 54 v. 25 fuit convenientius *ShBlR2Es*] conveniens fuit *cet. codd., edd.*
p. 61 v. 8 similiter *ShBlPiR2Es*] *om. cet. codd., edd.*
p. 63 v. 55 oporteret *ShBlPiR2Es*] oportet *cet. codd., edd.*
p. 65 v. 56 dicere *ShBlPiR2Es SiV1*] *om. cet. codd., edd.*
p. 65 v. 1 omne *ShBlR2Es*] esse *cet. codd., edd.*
p. 67 v. 8 ergo *ShBlPiR2Es*] et *CaO1P1Br* igitur *SiV1 edd.*
p. 67 v. 32 ab *Sh Br*] ad *CaO1P1SiV1 pap* aliquid *BlPiR2Es*
p. 69 v. 34 dicuntur *ShBlR2Es pap*] dicitur *cet. codd.*
p. 69 v. 53 sic *ShPi Br* sic est *Bl* sic se *R2Es* sit *Ca* situm *O1P1SiV1 pa*
p. 69 v. 66 eis *Es pap*] ei *ShBlPiR2 om. CaO1P1BrSiV1*

20 Non omnes codices familiae Italae hic afferuntur: vide etiam infra, appendicem I.

p. 73 v. 35 simpliciter *ShBlR2Es Si om. cet. codd., edd.*
p. 75 v. 15 iterum *ShBlR2Es*] verum *cet. codd. (om. Br), edd.*
p. 76 v. 14 in[2] *ShBlR2Es*] *om. cet. codd., edd.*
p. 76 v. 41 formae *ShBlR2Es*] *om. cet. codd., edd.*
p. 77 v. 1 angulatis *ShBlR2Es*] angularis *CaO1P1* angularibus *BrSiV1 pap*
p. 79 v. 21 similiter *ShBlR2Es*] sic *cet. codd.* sic etiam *pap*
p. 101 v. 30 tantum *Sh*] unum *cet. codd., edd.* (*desunt BlR2*)
p. 103 v. 10 distensionem *Sh*] distructio *Bl* distractio *R2* dimensionem *CaO1P1SiV1* -num *Br pap*
p. 104 v. 15 aliud *ShBlR2*] alterum *cet. codd., edd.*
p. 110 v. 35 tantum *ShBl*] tamen *R2* totum *cet. codd., edd.*
p. 113 v. 50 materiales *ShBlR2*] naturales *cet. codd., edd.*
p. 115 v. 63 nunc talem *ShBlR2*] *in lac. Ca*[1] naturalem *cet. codd., edd.*
p. 119 v. 20 sed copulativa *ShBlR2*] *om. cet. codd., edd.*
p. 119 v. 21 nominibus *ShBl*] modis *cet. codd., edd.*
p. 123 v. 7–8 artium *ShBlR2*] ab actu *Br* a casu *cet. codd., p om. pa*
p. 125 v. 52 vicissim *Sh*] maxi *Bl lac. Ca* contraria *cet. codd. om. edd.*
p. 127 v. 30 ductae *ShBlR2 Br*] directae *CaO1P1SiV1* rectae ductae *pap*
p. 128 v. 17 multi *ShBlR2*] *om. cet. codd., edd.*
p. 129 v. 18–19 qualitatis *ShBlR2*] *om cet. codd., edd.*
p. 129 v. 43 alicuius *Sh p*] *om. cet. codd., pa* (*desunt BlR2*)
p. 130 v. 24 sufficiant *Sh*] sint *CaO1P1V1* sunt *BlR2 BrSi pap*
p. 131 v. 42 impotentia *ShBlR2 Br pap*] *om. cet. codd.*
p. 134 v. 5 exteriorem *ShBlR2 pap*] interiorem *cet. codd.*
p. 136 v. 8 coordinata *ShBl*] ordinata *cet. codd., edd.*
p. 136 v. 16 differentiae *ShBlR2 Br p*] diffinitione *cet. codd., pa*
p. 137 v. 20 oppositio *ShBlR2*] oppositorum *cet. codd., edd.*
p. 147 v. 3 rem *ShR2 pap*] esse *cet. codd.*
p. 153 v. 13 diu *ShR2*] actu *cet. codd., edd.*
p. 155 v. 25 omne *ShR2 pap*] nunc *CaO1P1Br* quod *SiV1*
p. 158 v. 51 fiunt *ShR2*] sunt *cet. codd., edd.*
p. 161 v. 6 claudae *ShR2 pap*] *om. cet. codd.*
p. 161 v. 49 quantum *ShR2*] quo *cet. codd., edd.*
p. 169 v. 11 sed *ShR2*] secundum *cet. codd., edd.*
p. 170 v. 47 secundum speciem *ShR2 pap*] species *cet. codd.*
p. 174 v. 19 habentis *Sh*] habitus *cet. codd., edd.*

Vide etiam infra sub § 5 elenchum lacunarum in *Ca*, ubi *Sh* validam lectionem offert, et appendicem I.

Itaque perspicuum est codicem Scaphusianum (*Sh*) et familiam Italorum saeculi XV ineuntis codicum praebere textus traditionem, quae omissionum errorumque traditionis Parisiensis expers est. Quia autem, ut infra, § 6, monstrabimus, aliter ac testes traditionis A, codices illi Itali non congruunt cum *Sh* omissionibus vel aliis errorum generibus, quae commune archetypum demonstrent, non possunt stricto sensu una codicum familia existimari. Attamen, cum necesse fuerit hos omnes communiter designare, loquemur de testibus traditionis B seiunctae a Parisiensi traditione.

§ 5. De traditione Parisiensi (A)

Parisiensem textus traditionem exhibent codex Cameracensis (*Ca*) et codices traditionis universitariae (A.2) et duae classes saeculi XV manuscriptorum, quae textum transmittunt correctum et contaminatum (A.3 et A.4). Codex *Ca* omnimoda menda habet, quae cum traditione universitaria communia sunt (inter ea illas omissiones maioris momenti quas supra, § 4, attulimus), sed ipse ex universitariae traditionis exemplari nullo modo pendere potest (quippe cui desint multa menda omissionesque illius traditionis universitariae), neque ab ipso exemplar universitatis exaratum esse potest: habet enim *Ca* errores proprios, qui desunt huic traditioni. Igitur nobis videtur tum codex *Ca* cum exemplar traditionis universitatis (A.2) pendere ex eodem manuscripto (A), quod ab Alberti Logicae veteris corpore in Germania descriptum est et circa annos 1270–80 Parisios missum est. Verisimile etiam est manuscriptum *Ca* ante universitatis exemplar exaratum esse ex illo manuscripto A.

a) A.1 Codex Cameracensis (Ca)

Prorsus assentimur illorum trium operum logicorum, quae iam in lucem prodierunt, editoribus, qui codicem *Ca*, opus unius scribae, propter eximium textus pretium summis laudibus extulerunt. Nam praeter errores communes cum codicibus universitariae traditionis paucissimis propriis mendis infectus est. Qui est autem maximi momenti inter errores eius, reperitur in ipsa prima pagina libri De praedicamentis, scil. p. 1 v. 36–38: 'ordinanda ad subici et [praedicari sunt determinanda secundum omnem sui diversitatem, quae consistit in decem generibus] praedicabilium'. Quo loco *Ca* praebet 'subiectum' pro 'subici' et omittit totum textum uncis inclusum, quem in uno versu exemplaris eius scriptum esse conicimus. Ceterae omissiones codicis *Ca* minimi ponderis sunt, ut p. 2 v. 3: quod *om. Ca*; v. 12: quod *om. Ca*; v. 60: principia *om. Ca*; p. 7 v. 26–27: de praedicabili *om. Ca*; p. 21 v. 33: possunt *om. Ca*; p. 22 v. 8: quod *om. Ca*; p. 25 v. 54: rationem *om. Ca*; p. 54 v. 38: quod *om. Ca*; p. 56 v. 1: eius *om. Ca*; p. 76 v. 1 quod *om. Ca*; p. 84 v. 56 scientiae *om. Ca*; p. 96 v. 9 inductam *om. Ca.*

Scriba codicis *Ca* textum exemplaris sui summa cura et diligentia descripsit et paucissimos errores fecit. Quotienscumque dubitaverat, an textum exemplaris recte legeret, eo loco scrupulose lacunam relinquebat, quam interdum ipse postea supplebat. In aliquibus locis lacuna iam in exemplari suo erat. At contra scriba exemplaris universitarii minorem diligentiam adhibebat. Saepe pro verbis, quae legere non poterat, coniciendo falsas lectiones introducebat in textum, interdum etiam omittebat vocem difficilem vel textum per coniecturam mutabat. Ope codicis *Sh* saepenumero authenticum Alberti textum iis locis possumus restituere, qui in exemplari

Parisiensi (A) aegre legi poterant et cum lacuna in *Ca* omittuntur. Quam ad rem illustrandam exemplum egregium afferamus:

p. 19 v. 22 lemures *Es lp* lemores *Sh*] *lac. Ca* phantasmata *O1P1V1pav*[1] fantasma *Si R2R3 om. BrO2P3V2*.

Scriba codicis *Ca* in exemplari suo legere non potuit 'lemures', vocem sane raram, quae solum conservata est codicibus traditionis B. Qua de causa lacunam reliquit, quam probabiliter iam in exemplari suo (A) invenerat. Scriba exemplaris universitatis supplevit lacunam coniciendo 'phantasmata' (cf. p. 19 v. 21 phantasma). Quam lectionem velut abundantem delevit scriba exemplaris codicum *BrO2P3V2*.

Vide etiam p. 25 v. 46, qui locus traditionem textus egregie manifestat:

denominativis *Sh PiEsR4 p post corr. Bl*] *lac. Ca* nomine dictionis *Bs1Mz1O1P1P2* concretis *R1SiV1 pav*[1]*lp* hoc quod (quoddam *V2*) est album et (in *O2V2*) similibus *BrO2P3V2 R2R3*

Hic etiam solus *Sh* et codices recentiores traditionis B lectionem authenticam tuentur. Ubi scriba codicis *Ca* lacunam reliquit, scriba exemplaris universitatis supplevit coniciendo 'nomine dictionis', quod postea in exemplari classis A.3 in 'concretis' commutatur; scriba exemplaris classis A.4, ut eius est mos, radicitus textum restituit scribendo ad sensum 'hoc quod est album et similibus'.

Alia exempla sunt haec:

p. 15 v. 5–6 negationibus *O1ShSi*] *lac. Ca* incionibus(!) *P1* negatione *Br pap* negativa *V1*

p. 20 v. 12–13 secundum quod *lac. CaP1 om. O1*

p. 22 v. 41 finiuntur *BrSh*] *lac. Ca* finitae sunt *O1P1SiV1 pap*

p. 26 v. 26 praedicatur *BrSh*] *lac. Ca om. O1P1SiV1 pap*

p. 87 v. 45 inscientia *ShSiV1*] necessario *O1P1Br* necessario *in lac. Ca*[1] *pap*

p. 111 v. 26 a prius *Sh*] *lac. Ca* a principiis *O1P1BrSiV1 pap corr. in marg. Ca*[1]

p. 115 v. 63 nunc talem *Sh*] *in lac. Ca*[1] naturalem *cet. codd., edd.*

p. 117 v. 31 fellis] sensus *O1P1SiV1* sensus *in lac. Ca*[1]

p. 125 v. 52 vicissim *Sh*] *lac. Ca om. pap* contraria *cet. codd.*

p. 135 v. 7 communissimo *Sh*] communi *O1P1BrV1* communi *in lac. Ca*[1] communi nomine *pap om. Si*

p. 143 v. 24 virum *editor*] eum *O1P1SiV1* eum *in lac. Ca*[1] qui *Br* omnem *Sh pap in* omnis *corr. Sh*[1]

p. 143 v. 32 quicumque *Sh*] *lac. Ca om. O1P1BrSiV1 pap*

p. 153 v. 13 tenent *Sh pap*] *lac. Ca om. O1P1BrSiV1*

p. 162 v. 4 lucis *lac. CaP1 om. O1*

p. 163 v. 33 est *lac. Ca om. O1P1*

p. 165 v. 44 aetanica *Sh pap*] *lac. Ca* coaequaevis *O1 om. SiV1* quae aetanica] *lac. P1* talia autem *Br*

p. 166 v. 4–5 ponunt – perimunt *Sh pap*] per *(lac.) CaP1* per simul *O1* per accidens tamen *Br om. SiV1*

p. 167 v. 43 reducatur *Sh pap*] *lac. Ca* radica[ur] *O1* radicantur *P1* reducuntur *Br om. SiV1*

p. 168 v. 42 in nunc *Sh*] *lac. CaP1* totaliter *Br* mutatione *O1SiV1 om. pap*

p. 169 v. 58 minui *Sh p*] mo (*lac.*) *Ca* moveri *O1P1BrSiV1* motus *pa*

Nonnumquam fit, ut scriba exemplaris universitatis veram lectionem praebeat, ubi *Ca* habet lacunam:

p. 5 v. 17 clystere *lac. Ca* (omni eo *Br*)

p. 5 v. 43 nocivo *lac. Ca*

p. 15 v. 6 negentur *lac. Ca*

p. 37 v. 21 nomine *lac. Ca*

p. 81 v. 22 moti] nulli *Sh lac. Ca*

Interdum lacunae a correctore postea suppletae sunt:

p. 45 v. 12 mirum *in lac. Ca*[1]

p. 47 v. 68 Heracliti *in lac. Ca*[1]

p. 94 v. 32 in ethicis *in lac. Ca*[1]

p. 124 v. 34 abiciente *in lac. Ca*[1]

p. 142 v. 15 quia simpliciter *in lac. Ca*[1]

b) Traditio universitaria (A.2)

Bs1Mz1O1P1P2Wo + *BlPi* (in prima parte usque ad tr. 2 c. 5 p. 30 v. 32) et *Bl* (in tractatu VII inde a c. 3) + *EsR4* (inde a tractatu V).

His omnibus codicibus communes sunt permulti errores, qui desunt in *Ca*. Magnus est numerus locorum, ubi singula vel plura verba omissa (saepe propter homoeoteleuton, ut p. 1 v. 43–45; p. 14 v. 36–40; p. 18 v. 36–37; p. 30 v. 39; p. 34 v. 16–17; p. 39 v. 2–4; p. 43 v. 70; p. 67 v. 14–15; p. 76 v. 35–37; p. 115 v. 42; p. 123 v. 12–13; p. 168 v. 22) aut ordine inter se commutata vel in alium locum transposita sunt. Iam in titulo primi tractatus et primi capituli verba aliqua omittuntur.

Incipit liber praedicamentorum cuius primus tractatus est de antecedentibus [ad scientiam libri praedicamentorum]. Capitulum primum de subiecto libri et ordine et modo et aliis quae [quaeri] consueverunt.

ad scientiam – praedicamentorum *om. Mz1O1P1Wo* (*deest Bs1*)

aliis quae quaeri consueverunt] his quae sequuntur *Mz1* aliis quae consequuntur ad istum librum perfecte et bene intelligendum (ad – intelligendum *canc. P1*) *P1* aliis quae sequuntur *O1Wo* (*deest Bs1*).[21]

Omissio verbi 'quaeri' in exemplari communi scribas induxit ad scribendum 'consequuntur' (et postea 'sequuntur') pro 'consueverunt'.

Cum tot erroribus et propriis lectionibus inter se congruant, sine dubio apparet omnes codices istius classis (A.2) pendere ab eodem exemplari, scilicet ab universitatis exemplari, ut suspicari possumus ex eo, quod unus ex antiquissimis codicibus, Parisinus Latinus 15449 (*P2*), certis peciarum indiciis instructus est.

21 *P2* solum titulum abbreviatum habet 'incipiunt praedicamenta', qui etiam invenitur ante longiorem titulum in *O1P1*.

Codex Parisinus Latinus 15449, quem conscribendum curavit Godefridus de Fontibus, monstrat, quam variae disciplinae huic viro doctissimo cordi fuerint, qui summo studio tot diversa opera colligebat. Praeter tres primos super Logicam veterem commentarios et Alberti opus De causis et processu universitatis a prima causa hic codex continet tractatum De regimine principum Aegidi Romani et duo Roberti Kilwardby opera, scilicet Librum de modo agendi et De ortu scientiarum, et etiam aliquos textus ex antiquitate, scilicet Apuleium, Hermetem Trismegistum, Ciceronis Paradoxa et De officiis. Operis De ortu scientiarum non totus textus praebetur, sed ecloga capitum, quibus agitur de divisione scientiarum. Scriba, cum spatium ei deficeret, addidit textus partem in duobus foliis, quae in fine logicae Alberti inania restabant, ut ipse adnotavit: 'Residuum require supra in fine veteris logicae fratris Alberti'.[22] Quae collectio tam variorum operum conscripta est ab uno eodemque scriba, qui saepe operam suam Godefrido locabat. Ipse autem Godefridus textus plerumque corrigebat. Fauser textum Alberti operis De causis et processu universitatis descriptum esse ex aliquo Parisiensi exemplari demonstravit,[23] quam ad sententiam Judy accessit opus De ortu scientiarum respiciens.[24] Quocumque ex fonte cetera opera profecta sunt, constat illos tres in Logicam commentarios suum et proprium locum in hoc codice obtinere. Nam hi soli peciarum notis instructi sunt: .vi.pe^{a} (f. 80^{vb}); .vii.pe^{a} (f. 83va); .viii. pe^{a} (f. 86va), …, .xx9. (f. 145va).[25] Etiam illud, quod adscriptum est in superiore folii 66^{r} margine ad ipsum textus De V universalibus initium '*edicio* logice fratris alberti', indicare possit scribam textum e quadam universitaria editione Logicae Alberti descripsisse.[26] In illo exemplarium universitatis indice stationario ab Andrea de Sens confecto (Parisius a. 1304) legimus sub titulo 'Commenta fratris Alberti' primo loco: [122] 'In Veteri Logica .xlii. pec' .iii.sol.'.[27] Quae subsequuntur in indice, sunt opera quae pertinent ad Logicam novam: Analytica Priora, Analytica Posteriora, Elenchi, Topica. Quamquam ex illo indice non discimus, quos Alberti commentarios in Logicam veterem hoc exemplar complexum sit, concludi tamen potest *omnes quinque* commentarios ibi coniunctos fuisse. Nam cum nobis praesto sint numeri peciarum a scriba codicis *P2* adnotati, inde colligere possumus, quid exemplar Parisiense continuerit. Scribae illius codicis, ut computari potest, fere tribus foliis opus erat, ut unam peciam absolveret. Quoniam autem sexta pecia in f. 80^{vb} adnotata sit, licet conicere primae peciae initium fuisse in f. 66ra, ubi scriba, ut iam diximus, ad initium textus De V universalibus etiam adnotavit 'edicio logice fratris alberti'. Ultima peciarum nota (xx9) legitur f. 145va; sed quandoquidem textus libri De sex principiis continuatur usque ad f. 154^{vb}, insuper tribus peciis videtur opus fuisse. Ergo illa tria opera logica, quae in *P2* traduntur, fere respondent textui 32 peciarum. Cum autem secundum indicem ab Andrea de Sens confectum Logicae veteris exemplar universitatis fuerit textus 42 peciarum, suspicandum est illas decem pecias in *P2* non descriptas continuisse reliquos duos Alberti commentarios in Logicam veterem, scilicet Librum divisionum et Perihermenias, qui profecto complectuntur circiter quartam partem textus Logicae veteris. Itaque apparet coniciendum esse universitatis exemplar quinque in Logicam veterem commentarios continuisse neque solum, ut Murano opinatur, illos tres, quos *P2* conservavit. Sententia nostra confirmatur etiam eo, quod *P1*, codex eodem tempore (a. 1293) Parisius descriptus, cui multa propria cum *P2* communia sunt, omnia quinque opera eodem ordine atque *Ca* continet. Qui ordo etiam in *Mz1* reperitur. Codex *Bs1* tres tantum textus conservavit, *Wo* nullos nisi duos, sed uterque codex mutilatus est. In *O1* quinque quidem textus inveniuntur, sed ordine mirum in modum mutato: 12 5 34.[28] Omnes codices, quos nominavimus, corpus logicum inscripserunt eodem titulo atque *Ca*, nisi quod pro 'domini Alberti' illud 'fratris Alberti' habent,[29] quod etiam in indice ab Andrea de Sens confecto legimus ('Commenta fratris Alberti'). Inde elucet eos codices omnes pendere ex illo exemplari universitatis, quod quinque Alberti commentarios secundum ordinem 12345 continebat. Quod autem *P2*, qui solus omnium peciis instructus est, tres primos tantum commentarios continet, fortasse imputandum est Godefrido de Fontibus, qui solum tres primos commentarios describendos curavit.

P1 plerumque meliorem textum praebet quam *P2*. Inter testes traditionis universitariae *Mz1* et *Bs1* minimi pretii sunt. *O1* et *Wo*, duo codices Britanni, pendent quidem, ut iam Santos Noya traditionem textus operis De V universalibus perscrutatus cognovit, e communi exemplari, sed non recta via ex illo universitario: 'Haec manuscripta raris exceptionibus lectiones familiae A1 monstrant. In hac consensione generali tamen nonnullae

22 Cf. Robert Kilwardby, De ortu scientiarum, ed. A. G. Judy, Toronto 1976 (Auctores Britannici Medii Aevi 4), p. XXII–XXIII. **23** Cf. W. Fauser, Ed. Colon. t. 17,2 p. XXIV–XXV. **24** Cf. G. Judy (n. 22), p. XVIII–XLIX. **25** Cf. G. Murano, Opere diffuse per *exemplar* e pecia, Turnhout 2005 (Textes et études du moyen âge 29), p. 222. **26** De sensu vocis 'editionis' cf. P. Bourgain, La naissance officielle de l'œuvre: l'expression métaphorique de la mise au jour, in: O Weijers (ed.), Vocabulaire du livre et de l'écriture au moyen âge. Actes de la table ronde, Paris, 24–26 septembre 1987, Turnhout 1989 (Études sur le vocabulaire intellectuel du moyen âge 2), p. 194–205, impr. p. 200. **27** Cf. G. Murano (n. 25), p. 125 **28** Quem ordinem invenimus etiam in *R2*, sed non in *R3*, ubi quidem quartus textus deest. Tamen sine dubio codices *R2* et *R3* e fonte inter se communi pendent, quandoquidem ambo textum 5 exordio instructum praebent, quod in nullo ceterorum codicum reperitur. **29** Praeter codicem *Bs1*, qui titulum hoc modo commutatum praebet: 'incipit commentum magistri Alberti super libros veteris loyce'. Qui codex (ut *P2*) tres tantum priores commentarios continet.

communes aberrationes duorum codicum ab ceteris manuscriptis statuendae sunt' (Ed. Colon. t. 1,1a p. XIII). Quam ad rem illustrandam afferimus haec exempla:

p. 4 v. 50 proprietas, a] propria *O1Wo*

p. 4 v. 50–51 impositum – omnino] compositum est omnia *O1Wo*

p. 6 v. 9 conceptionum] conceptionis *O1Wo*

p. 6 v. 20 eadem semper *inv. O1Wo*

p. 6 v. 21–22 quidem *om. O1Wo*

Traditionis universitariae sunt etiam *Bl* in prima et ultima parte libri et codices *Es R4* inde a tractatu V (cf. infra, § 6).

c) Codices recentiores, qui textum traditionis Parisiensis correctum et contaminatum praebent (A.3 et A.4)

Aliquot saec. XV codices maxima ex parte traditionis Parisiensis sunt, sed pendent ex exemplaribus, quae variis modis, et coniecturis et lectionibus ex alia textus traditione allatis, correcta sunt. Qui codices dispertiendi sunt in duas familias.

Familia A.3: [V1 + R1] + Si

Haec tria saec. XV manuscripta Itala tradunt illud quinque Logicae veteris commentariorum corpus ordine 12345 servato, cui tamen duobus locis nonnulla ex aliis Alberti operibus excerpta inserta sunt: nam post librum De V universalibus leguntur aliquot partes vel particulae textus Topicorum, Physicorum, operis De anima; post librum De praedicamentis iterum quaedam ex Topicis excerpta. Accedit autem, quod ea manuscripta non modo magno errorum communium numero infecta sunt, sed imprimis multis in locis laborant eisdem omissionibus propter homoeoteleuton. Inde manifestum est ea originem a communi textus fonte traxisse. Paene omni in pagina nostrae editionis apparatus criticus praebet exempla lectionum propriarum, quibus *Si* congruit cum *V1*. Codices autem *R1* et *V1* etiam propiore cognatione inter se coniuncti sunt. Nam praeter menda utrique propria congruunt inter se in tot erroribus, ut sine dubio ex eodem exemplari pendeant. Itaque de his codicibus confirmare possumus, quod iam editores librorum De V universalibus (Ed. Colon. t. 1,1a p. XV) et De sex principiis (Ed. Colon. t. 1,2 p. XXXVII) eruerunt.

Huius familiae manuscripta cum universitatis traditione Parisiensi multa propria habent communia, imprimis lectiones variantes et aliquot omissiones, ut ex. gr.:

p. 43 v. 70 falsa [similiter autem fit opinio vera vel falsa] in talibus

[...] *hab. CaBrO2P3V2 ShBlPiR2R3EsR4*

om. (hom.) Bs1Mz1O1P1 R1SiV1 pap

p. 123 v. 11–13 disciplinae [denominari non potest qui artis illius vel disciplinae] est ignarus

[...] *hab. CaBrO2P3V2 ShBlR2R3 pap*

om. (hom) Bs1Mz1O1P1P2 R1SiV1 EsR4

p. 124 v. 37–39 contrarium [cum tamen in V Physicorum dicatur quod medium comparatum extremo est contrarium] et cum

[...] *hab. Ca ShBlR2R3*

om. (hom) Bs1Mz1O1P1P2 O2P3V2 R1SiV1 EsR4 pap eis *Br*

Alia exempla omissionum, quibus congruunt inter se *O1P1* et *SiV1*, inveniuntur in p. 14 vv. 1.9; p. 39 v. 2–4; p. 42 v. 23; p. 64 v. 38; p. 74 vv. 4.43; p. 88 v. 18; p. 112 v. 42; p. 119 v. 71; p. 168 v. 22; p. 173 v. 25. Sunt etiam nonnullae lectiones, quae demonstrare videantur codices *SiV1* propiore cognatione coniunctos esse cum *O1* (vel exemplari eius) quam cum *P1*. Quia autem *R1SiV1* non omnes omissiones et errores traditionis universitariae praebent, maxime verisimile esse nobis videtur eos originem trahere a quodam exemplari, quod praebebat textum universitariae traditionis interdum correctum manuscripto traditionis a Parisiensi disiunctae collato. Inde potest quoque intellegi, quomodo *R1SiV1*, ut supra iam vidimus (§ 4), quinque locis una cum *Sh* textum in traditione Parisiensi omissum conservaverunt. Saepe codex *Si* etiam propius ad textum traditionis a Parisiensi seiunctae accedere videtur quam *R1 + V1*. Quod indicare possit codicis *Si* exemplar pluribus locis correcturam subiisse quam exemplar codicum *R1V1*.

Familia A.4: BrO2P3V2 + R2R3 (in tractatu I et II, c. 1–6)

Codices *BrO2P3V2* unius esse familiae iam Santos Noya cognovit: 'cohaerentia huius familiae subalternae, ex qua *Br* interdum propter retractationes posteriores excedit, ex serie lectionum singularium, quae ex coniecturis ortae esse videntur, apparet' (Ed. Colon. t. 1,1a p. XIV). Qui eodem loco etiam de pretio eorum ita iudicat: 'haec familia propter multa et communia et singularia menda qualitatem deteriorem omnino habet.' Quod iudicium confirmare possumus collatis omnibus textus De praedicamentis testibus. Manuscriptis huius familiae non solum aliquot errores inter se communes sunt, sed etiam haud parvus numerus coniecturarum, quae sine dubio ab aliquo viro docto factae sunt. Saepe textum esse denuo conscriptum vel certe radicitus retractatum credas. Cf. praeter illa duo exempla, de quibus supra iam disseruimus, etiam quae infra afferimus:

p. 25 v. 46 denominativis *ShPiEsR4 post corr. Bl*] *lac. Ca* nomine dictionis *Bs1Mz1O1P1P2* concretis *R1SiV1 pap* hoc quod (quoddam *V2*) est album et (in *O2V2*) similibus *BrO2P3V2 R2R3*

p. 56 v. 24–25 haec vel non inveniuntur vel, si inveniantur, hoc non est] hoc (hic *Br* enim *add. O2*) non invenitur hoc vel hoc *BrO2P3V2 in marg. corr. V2*[1] hoc vel hoc non invenitur *pap* vel si inveniantur *om. (hom.) CaBs1Mz1O1P1P2 R2R3 R4*

Inter huius familiae codices *O2* et *V2* multo maiore errorum communium numero inter se congruunt quam ceteri, quare nobis videntur e communi exemplari pendere (vide exempla in specimine collationum, appendix II). Etiam codex *Br*, qui praebet omnes commentarios ordine 12345 servato, segregandus est a ceteris, quippe qui originem videatur trahere a quodam exemplari aliis insuper locis correcto.

R2 et *R3*, manuscripta Itala, quorum unum a. 1424, alterum a. 1425 exaratum est, multo propiore cognatione inter se quam cum ceteris coniuncta sunt (ut etiam confirmant Santos Noya et Meyer). Quod iam inde elucet, quod ambo contra omnes ceteros testes manu scriptos proprium tradunt prooemium libri Perihermenias. Praeterea eodem loco mutant exemplar. Nam cum in tr. 1 et tr. 2 c. 1–6 textum traditionis familiae A.4 legamus, inde a tr. 2 c. 7 una cum *Bl* textum traditionis a Parisiensi seiunctae praebent. Afferemus haec exempla, quae monstrent *R2R3* sine dubio in prima parte eiusdem esse textus traditionis atque *BrO2P3V2*:

p. 1 v. 38 in decem] *post corr. V2* ex *BrO2P3 R2R3*
p. 1 v. 40 autem iam] *om. Br R2R3* iam *om. O2P3V2*
p. 1 v. 45 sermonem[1]] ad significandum *add. BrO2P3V2 R2R3*
p. 2 v. 4 vocibus] pro rebus *BrO2V2* (vocibus *sup. lin. V2*[1]) pro *praem. P3 R2R3*
p. 4 v. 11 habentia] *transp. post* aequaliter *Br (deest O2)V2P3 R2R3*
p. 4 v. 35–36 principaliter in aequivoco] in aequivoco principaliter *BrO2P3V2 R2R3*
p. 5 v. 17 clystere] omni eo *BrO2P3V2 R2R3*
p. 5 v. 36 marino] pisce (pisci *O2 R2R3*) *add. BrO2P3V2 R2R3*
p. 5 v. 37 caelesti] sydere *add. BrP3* sydore *praem. O2V2* sideri *praem. R2R3*
p. 5 v. 51 rei] notitiam *add.O2P3V2 R2R3 praem. Br*
p. 6 v. 15–16 quam dat actus imponentis ad] per quam affectus (actus *O2P3V2 R2*) imponentis inclinatur ad *BrO2P3V2 R2R3*
p. 7 v. 20 Per hoc igitur patet] patet igitur *BrO2P3V2 R2R3*

Manuscripta huius familiae A.4 mendis omissionibusque totius traditionis Parisiensis infecta sunt (cf. § 4). Saepe autem praebent varias coniecturas, quibus conantur corrupto textui sensum reddere, sed eae aliter atque nonnullae lectiones familiae A.3 numquam ad traditionem a Parisiensi seiunctam possunt referri. Tradunt quidem semper textum traditionis Parisiensis, sed separanda sunt a codicibus traditionis universitariae (A.2), quia carent erroribus maioris ponderis, qui sunt huius traditionis proprii. Contra atque codicibus familiae A.3 una sola omissio iis communis est cum *O1P1*, scil. in p. 124 v. 37–39 (vide supra), quam etiam in *R1SiV1* invenimus; quod autem casu factum esse possit.[30] Ut iam diximus, exemplar familiae A.4 a quodam viro docto penitus correctum et editum est. Quamquam textui, qui correcturam subiit, locum in codicum stemmate attribuere difficile est, haud pauca sunt indicia, quibus fulti contendere audeamus familiam codicum *BrO2P3V2* (+ *R2R3*) esse partem Parisiensis traditionis, quae quidem neque e codice *Ca* neque ex universitatis exemplari (A.2) pendet, sed ex ipso archetypo A, a quo etiam *Ca* et exemplar universitatis originem traxerunt. Quod ita esse etiam Santos Noya traditionem commentarii De V universalibus perscrutatus sibi persuaserat.

Codices familiae A.4 omnes omissiones maioris momenti cum codicibus *Ca* et *O1P1* communes habere apparet ex illis exemplis in § 4 allatis. Mirandum tamen est, quomodo exemplaris huius familiae scriba, cui nullus testis textus traditionis a Parisiensi seiunctae praesto erat, corruptis textus locis sensum reddere conatus sit. Exemplum egregium est textus p. 137 v. 41–44 (non per homoeoteleuton!) omissus (cf. supra, § 4):

Et tale ens sufficit relationi, quae [est posita super intentiones. Ad aliud autem dicendum quod, quamvis relatio sit genus unum,] non tamen propter hoc sequitur…
[…] *hab. ShBlR2R3EsR4* (uno *Bl* unum *om. R2*) *R1SiV1 pap*
[…] *om. CaBs1Mz1O1P1P2*
relationi – propter hoc] ad relationem sed tamen non *Br*
relationi – tamen] ad relationem (ex hoc patet *add. P3*) quod tamen non *O2P3V2*

Scriba exemplaris a quo familia A.4 derivatur eandem illam maiorem omissionem repperit atque *Ca* et exemplar universitatis, sed conatus est textum corruptum suo arbitrio corrigere. Cum scriba exemplaris familiae A.3 (*R1SiV1*) textum omissum ope traditionis a Parisiensi disiunctae supplere potuerit, scriba exemplaris familiae A.4 nullum textum extra Parisiensem traditionem adhibuisse videtur ad emendandum.

Aliud exemplum invenimus in p. 39 v. 64–65:[31]
decem enim sive denario nihil est contrarium
decem *Sh SiV1 pap*] dicit *CaO1P1*

Mendum ‘dicit’ iam erat in exemplari Parisiensi. Scribae exemplaris familiae A.4 testis familiae B praesto non erat ad corrigendum mendum (ut factum est in *SiV1*). Correxit igitur textum corruptum suo ingenio: ‘dicitur enim denarii numero nihil esse contrarium’.

Reperies multa alia exempla locorum, in quibus scriba exemplaris codicis *Br* conatus est errores vel omissiones traditionis Parisiensis corrigere:
p. 5 v. 50 ei speciem] aspectum *CaO1P1* rationem *Br*
p. 6 v. 24 stans et] factas et *CaO1P1 pa* est faciens *Br*

30 In p. 61 v. 11–12 et p. 167 v. 33–34 partes textus et in *Br* et in *R1SiV1* per homoeoteleuton omissas invenimus, cum codices *O1P1* textum integrum conservaverint. Etiam his locis omissiones fortuito communibus scribarum erroribus factae esse possint. **31** In exemplis sequentibus e codicibus familiae A.4 solum codicem *Br* respicimus.

p. 136 v. 15 in quibus] quae *CaO1P1* per quae *Br*
p. 142 v. 10 dicit] dant *CaO1P1* dat *Br*
p. 148 v. 16 anima] autem *CaO1P1* intellectus *Br*

Sed etiam in multis aliis locis, ubi exemplar traditionis Parisiensis non habebat menda propria, scriba exemplaris traditionis A.4 ad retractandum Alberti textum suo ingenio intervenisse videtur, ita ut textus in illa classe traditus potius 'editio' quam simplex apographum vocetur. Notandum est nos ipsos in hanc editionem octoginta locis emendationem ex *Br* recepisse.

§ 6. De textus traditione, quae a Parisiensi seiuncta est (B)

Codex Scaphusianus (*Sh*), ut iam vidimus, principem in traditione libri De praedicamentis locum obtinet, quippe qui solus conservaverit lectiones validas, quae in vulgata textus traditione (A) perierunt. Quas lectiones servatas reperimus etiam in nonnullis recentioribus manuscriptis Italis, quae ex ipso codice *Sh* pendere non possunt, quia non praebent errores eius proprios.

a) B.1 Codex Scaphusianus (Sh)

Codex Scaphusianus (*Sh*) continet totum illud in Logicam veterem commentariorum Alberti corpus, quod etiam exemplar Parisiense A praebebat.[32] Ut vir doctus Robert Wielockx summa benevolentia nobis docuit per litteras, codicem in conventu quodam Teutonico ortum esse liquet. 'Non consideratis marginalibus, interlineariis reliquisve interventibus secundariis, textus a scriptoribus pluribus, ut saepius in conventibus, exaratus est et, hoc in casu, ab his septem: L (ff. 1ra–13^{vb}), M (ff. 14ra–29^{vb}20; expl. : 'sunt'), N (ff. 29^{vb}20 [inc.: 'et']–59^{vb}), O (ff. 60ra–65ra3; expl. : 'minus'), P (ff. 65ra4 [inc.: 'Quando'] – 71^{vb}), Q (f. 72ra–^{b}; f. 79va–^{b}), N (ff. 72va–78^{vb}), R (ff. 80ra–86^{rb}8; expl. : 'interpretationis'), N (ff. 86^{rb}9 [inc. : 'pertinent']–94^{vb}). L et P certo, R fortassis e Teutonicae linguae partibus oriundi sunt. De reliquis, quorum Q, annotator doctus, cognoscitur, non liquet. Proportio scriptorum e regionibus linguae Teutonicae comparative modesta (2/7 vel 3/7) huic loco originis non obstat, immo factis ceteroquin notis congruit. Etenim constat, in primo studio generali provinciae Teutoniae Ordinis Praedicatorum inde ab anno 1248 ac inde ab anno 1303 in pluribus istius provinciae studiis generalibus, lectores et studentes non solum ex regionibus Teutonicis oriundos esse.' Quod codex non Parisius factus est ex quinque indiciis patet. 'Regula iuxta C. R. Gregory (1885)[33] nuncupata isto in codice cum recognoscitur tum vero minime apparet, quinimmo inde a secundo fasciculo (ff. 13–22) pluries desideratur, ac inde a tertio fasciculo (ff. 23–31) minus adhuc certificatur. Latitudo et altitudo eiusdem folii rationi 2/3, quae regulae aureae typica est (inter alia Parisius), insufficienter appropinquant. Secus quam oportet ad alteram regulae aureae normam, altitudo spatii scripti non satis aequatur latitudini folii in isto quoad hoc saepius impari sibi codice. Atramentum duabus notis parisinis caret: levissime varians tincturam intra vel eiusdem scriptoris opus, coloris nigri constantia ac tincturae nigrae nitore caret. Decoratio litterarum initialium secundaria, quandoque stylum parisinum imitari temptans, inconcinna evadit, et colores alterna vice rubri et caerulei in signis paragraphorum vitantur, ut saepius apud Mendicantes. Litterarum initialium exaratio non secundum partes diversorum scriptorum diversa est, sed per totum codicem est Teutonicae linguae regionum characteristica'. In ultimo codicis folio (135^{v}) possessor et terminus quo codex conscriptus aut acquisitus est(?), nominantur: 'ge … f anno domini 1318; Iste liber per fratrem pro remedio anime mee'.[34] Secundum Wielockx scriptura indicat hunc codicem saec. XIII exeunte vel saec. XIV exaratum esse. 'Spatium relative exiguum observatur tam inter scripturam et lineam sustentantem plumbo ductam quam inter cunctas scripturae lineas. Quae observatio saeculum XIV ut tempus originis commendaret, nisi etiam in Teutoniae partibus similis exiguitas quandoque iam ante medium saeculum XIII notaretur. Diligentia scriptionis ad morem conventualem non necessario saeculi XIII propria est, potest nimirum idoneis in coetibus etiam saeculo XIV subsistere'.

Sh fere semper tradit textum egregium. Nimirum non omnino caret erroribus. Invenimus aliquot scribae lapsus, qui sunt minoris momenti, et singulas voces omissas (vide exempla in prima parte appendicis I allata); sunt aliquae omissiones per homoeoteleuton sed quasi semper correctae sunt ab ipso scriba. In p. 135 v. 24 scriba post vocem 'posterius' addidit 'et per quae fit divisio coordinatorum tunc erit tractatus de simul quia et individua in quibus stat coordinatio', quae verba postea (p. 136 v. 6) suo loco iterum leguntur. Scribam per errorem proximam columnam exemplaris describere coepisse verisimile est. Simili modo vidimus in codicis f. 38^{vb} scribam post vocem 'individuantis' (p. 42 v. 24) addidisse longiorem textus partem, scil. p. 36 v. 52 – p. 37 v. 11, quam iam antea in f. 37va suo loco, exscripserat: 'hoc aliquid significare […] unde Boethius in libro de hebdomadibus omne quod est ab alio habet'. Videtur scriba denuo coepisse describere initium paginae, quam iam antea descripserat. Sed simulac

32 Insuper addidit commentarium An. Posteriorum: vide n. 13 supra. **33** Cf. C. R. Gregory, Les cahiers des manuscrits Grecs, in: Comptes rendus de l'Académie des Inscriptions et des Belles Lettres (1885), p. 261–268. **34** In illo indice, quo Werner de Wollishofen a. 1322 perscripsit libros, quos Constantiae comparaverat vel sibi conficiendos curaverat ('venditis aliquibus meis libris comparatis et scriptis mihi in Constantia') legimus 'Item loica domini Alberchti predicatoris, valens III libras denariorum Thuricensium'. (Cf. Mittelalterliche Bibliothekskataloge Deutschlands und der Schweiz. vol. 1: Die Bistümer Konstanz und Chur, ed. Paul Lehmann, München 1918, p. 3–5). Interrogandum est, num his verbis fortasse agatur de illo codice, qui postea pervenit in bibliothecam municipii Schaffhausen.

errorem animadvertit, totum illud additamentum per lineam delevit. Inde apparet, quantam diligentiam scriba in describendo exemplari adhibuerit. Sunt autem re vera nonnulli loci, ubi textus primum scriptus (*ShI*) discrepat a textu ab eodem scriba iterum scripto (*ShII*):

p. 36 v. 57 videatur etiam *inv. ShI + ShII*

p. 36 v. 60 determinatam *ShI + Br*] terminatam *ShII + cet. codd., edd.*

p. 36 v. 60 signatam *ShI*] significatam *ShII*

p. 37 v. 3 determinatam *ShI + Br pap*] terminatam *ShII + cet. codd.*

p. 37 v. 3 signatam] significatam *sed delevit et* signatam *scr. ShI* significatam *ShII*

p. 37 v. 4 agitur *post* pluralitatem *transp. ShI + ShII*

p. 37 v. 6 servatur *ShII + cet. codd., edd.*] salvatur *ShI*

p. 37 v. 47 determinatione *ShI*] determinatione *sed deexpunxit ShII* terminatione *cet. codd., edd.*

Illae variae lectiones textus bis scripti praebent nonnulla indicia de natura exemplaris, quo scriba noster usus est. Qua in re maioris momenti sunt lectiones variantes 'servatur' / 'salvatur' et ille modus incertus, quo scriba reddebat voces 'terminat-' et 'signatam', quas in exemplari abbreviatas invenerat. Inversiones (p. 37 v. 57; p. 38 v. 4) bis scriptae indicant se iam in exemplari fuisse: inveniuntur etiam in codicibus Italis classis B.

b) B.2 Familia Itala BlPi R2R3 EsR4

Hos codices Italos saeculi XV quadam cognatione inter se coniunctos esse perspicuum est. Sed quae ratio inter eos intercedat, difficile dictu est, cum scribae eorum etiam in uno atque eodem tractatu exemplaribus variarum traditionum usi sint. Itaque si aliquem codicem ex primae textus partis collatione inter traditionis universitariae testes numeres, idem fortasse alterius traditionis esse videatur, si extremam partem examines. Omnes praebent textum valde corruptum, saepe retractatum, multis erroribus propriis et omissionibus depravatum. Labor eos codices deteriores examinandi et conferendi periret, nisi tuerentur lectiones traditionis textus a Parisiensi disiunctae, ita ut testimonium unius codicis *Sh* confirmare aut infirmare possint.

Per collationem examinavimus codices *Es* et *Bl* totos, in textus partibus selectis codices *R2, Pi* (qui proxima cognatione coniunctus est cum *Bl*, sed textum non tradit integrum), *R4* (qui in prima quidem textus parte fere semper congruit cum *Es*), *R3* (qui est quasi geminus codicis *R2*, sed textum, quoad fieri potest, etiam peiorem praebet).

R2R3

Ut iam vidimus, codices *R2R3* praebent textum traditionis codicum *BrO2P3V2* in tr. 1 et tr. 2 c. 1–6, sed inde a c. 7 usque ad finem sequuntur traditionem textus a Parisiensi disiunctam.

Bl (+ Pi)

In prima parte usque ad tractatum 2 c. 5 (p. 30 v. 38) codex *Bl* sequitur exemplar traditionis universitariae. Inde a f. 11[r] autem scriba exemplari traditionis a Parisiensi seiunctae usus est. Postea alia manus etiam primam partem textus collato huius traditionis codice correxit. Exempla:

p. 14 v. 36–40 dicuntur – praedicantur *om. (hom.) O1P1 Bl* (*sed marg. suppl. Bl*[1])

p. 25 v. 46 denominativis *ShEs post corr. Bl*

p. 26 v. 48 praedicatur *in marg. Sh*[2] *post* ratione *Es sup. lin. Bl*[1]

p. 27 v. 4 secundae *ShEs, sup. lin. Bl*[1]] *om. cet. codd., edd.*

p. 30 v. 8 principalium *post corr. Bl*] principalis *CaO1P1 pa*

Sed in p. 30 v. 39 *Bl* caret illa omissione (quam – dicat) traditionis *O1P1*.

Inde a tractatu 7 c. 3 codex *Bl* iterum revertitur ad exemplar traditionis universitariae. Codicem *Pi* proxima cognatione coniunctum esse cum *Bl* didicimus ex illa textus parte, ubi manuscripta contulimus (vide exempla infra allata).

Es (+ R4)

Hic codex sequitur in tractatibus 1–4 traditionem disiunctam a Parisiensi, inde a tractatu 5 traditionem codicum *BrO2P3V2*.

Ut breviter comprehendamus, quae eruimus, nunc enumeremus, quae manuscripta una cum *Sh* praebeant textus traditionem a Parisiensi disiunctam:

Tract. 1: *Sh + Es*

Tract. 2: *Sh + Es + Bl* (inde ab c. 5 p. 30 v. 38) (+ *Pi*) + *R2R3* (inde ab c. 7)

Tract. 3–4: *Sh + Es + Bl*(+ *Pi*) + *R2R3*

Tract. 5–6: *Sh + Bl + R2R3*

Tract. 7: *Sh + Bl* (c. 1–2) + *R2R3*

Praeter hos codices etiam prima commentarii De praedicamentis editio (*pa*) videtur usa esse manuscripto eiusdem traditionis, cum praebeat multas lectiones varias, quae in traditione Parisiensi non inveniuntur.

Sine dubio codices familiae Italae (B.2) artius cohaerent in illis textus partibus, ubi traditionem a Parisiensi disiunctam sequuntur. Contulimus eos, ubi omnes textum huius traditionis praebent, scilicet in fine tractatus 2 et in prima pagina tractatus 3 (vide appendicem I).

Exempla, quae infra afferimus, demonstrant codices *Es* et *R2R3* ex uno exemplari pendere, *Bl* et *Pi* communem originem ab alio exemplari traxisse. Sed ambo exemplaria pendere ex eodem archetypo indicant etiam duo homoeoteleuta, quibus *BlPiR2Es* in una pagina laborant.

p. 48 v. 46 signum] significandum *BlPi*

p. 48 v. 53–54 in concipiente] *lac. Es* concipiente *lac. R2*

p. 48 v. 58–60 secundum – opinando *om. (hom.) BlPiR2Es*

p. 48 v. 65 dicit] dicitur *R2Es*

p. 48 v. 66–67 quia – veritate *om.* (*hom.) BlPiR2Es*
p. 49 v. 2 falsum *om. BlPiR2Es*
p. 49 v. 5 illa *om. R2Es*
p. 49 v. 7 aequatum – aequatum] adaequatum … adaequatum *R2Es*
p. 49 v. 7 illo] illius *BlPi*
p. 49 v. 9 corrumpitur – signo] mutatur et corrumpitur corrupto signo *BlPi*
p. 49 v. 11 ad] id *BlPi praem. R2Es*
p. 49 v. 12–13 quia – est *lac. R2Es*
p. 49 v. 12–13 quia – veritate *om. BlPi*
p. 49 v. 13 ordinatum est] ordinata *BlPi*
p. 49 v. 19 igitur] ergo *R2Es*
p. 49 v. 20 dicta *om. BlPiR2Es*
p. 50 v. 6 sequitur] advenit materiae *BlPi* in substantia est *R2Es*
p. 50 v. 7 potentia] prima *BlPiR2Es*
p. 50 v. 15 potentia est *inv. R2Es*
p. 50 v. 15 trinae dimensionis] tres dimensiones *R2Es* trinae *om. BlPi*
p. 50 v. 16 autem] et *Bl* est *Pi om. R2Es*
p. 50 v. 18 et – motus *om.* (*hom.) BlPi*
p. 50, v. 26 his] omnibus *add. R2Es*
p. 50, v. 26 rationabiliter *om. BlPi*
p. 50 v. 27 accidentium enim *inv. R2Es*
p. 50 v. 34 adhaeret] est *R2Es*

Denique in tractatu 5, ubi *Pi* deest et *Es* traditionem universitariam sequitur, codici *Bl* multi errores sunt communes cum *R2*.

Quae cum ita sint, apparet tam archetypum codicum *Bl* + *Pi* quam archetypum codicis *Es* + exemplaris codicum *R2* + *R3* et inde omnes codices, qui conservaverunt lectiones traditionis a Parisiensi disiunctae, in iis commentarii partibus, quibus hanc traditionem sequuntur, originem traxisse ab uno eodemque manuscripto. Itaque cognationem codicum huius familiae hoc modo illustrare possumus: {[*R2* + *R3*] + *Es*} + {*Bl* + *Pi*}.

Ut autem iam diximus, haec manuscripta Itala, quamquam sunt pessima et per se ipsa minimi pretii ad textum constituendum, tamen editori magnum adiumentum afferunt, quia eorum ope in *Sh* lectiones (errores et correcturae) huic codici propriae a lectionibus exemplaris eius separari possunt.

Lectiones Italorum codicum recentiorum, qui textum passim corruptum et depravatum praebent, non afferimus in apparatu critico, sed adiungimus editioni nostrae appendicem, in qua lectiones codicis *Sh* comparantur cum lectionibus Italorum, quoad fieri potest. In una autem textus parte, scilicet p. 55 v. 6 – p. 69 v. 68, praebemus omnes lectiones proprias codicis *Sh* et indicamus, utrum concordent cum lectionibus codicum *BlPiR2Es* an non. Ut inde manifestum est, duae tertiae partes lectionum codicis *Sh* errores proprii scribae huius manuscripti existimandi sunt. Qui cum in codicibus Italis non inveniantur, evidenter ostendunt hanc familiam non pendere e *Sh*. Cum autem lectiones codicis *Sh* etiam in *BlPiR2R3Es* inveniantur, necesse est eas in exemplari codicum Italorum traditas esse, una cum non exiguo propriorum huius exemplaris mendorum numero. Ut autem intelligamus originem lectionum codicibus Italis cum *Sh* communium, necesse est existimemus illum scribam doctum, qui exemplar codicum Italorum confecit, usum esse manuscripto, cuius textus originem traxit ab eodem exemplari ac textus codicis *Sh*, scilicet a Logicae Alberti apographo authentico.[35]

Rogandum est, quae ratio intercesserit inter eum Italorum subarchetypum deperditum et codicem *Sh*? Fueruntne eis errores inter se communes, ita ut facere non possimus, quin existimemus fuisse etiam archetypum totius traditionis a Parisiensi seiunctae, manuscriptum B, ab originali apographo alienum, quod comparandum sit manuscripto A, e quo tota Parisiensis traditio pendet? Ut hanc quaestionem absolvamus, primum examinandae sunt lectiones, quae sunt codici *Sh* cum manuscriptis Italis communes. Quas omnes in primam appendicem congestas variis notis discripsimus: lectionibus ab editore receptis attribuimus notam '+', reiectis notam '–'. Sed longe maximam partem lectiones sunt variantes nullius momenti (quibus attribuimus notam '?'), scilicet verba transposita vel ordine inverso reddita, verba cognominata velut ergo / igitur; sive / vel; ut / sicut; supra / super; praeterea / propter hoc; praedictis / praehabitis; secundum rem / secundum esse. Utramcumque lectionem editor recipit, sensus textus non mutatur. Praeter opinionem nostram numerus lectionum communium, quae sine dubio pro scribae erroribus habendae sunt, admodum parvus est. Nullam omissionem communem invenimus,[36] nullum errorem separativum. Afferre possumus tantum errores minoris ponderis ut p. 2 v. 62: dari] dici; p. 4 v. 56: rationi] nomini; p. 51 v. 32: divisiones] -is; p. 78 v. 50: Catone] Platone; p. 81 v. 22: moti] nulli (*sed Ca lacunam habet*); p. 93 v. 20: convenienter] inconvenienter (*sed* non convenienter *pap*); p. 119 v. 53: composita] -tum; p. 132 v. 35: tantum] nam;

35 In codice Veneto Bibl. Marciana lat. VI, 227 scriba in fine textus libri Perihermenias a. 1459 descripti adnotavit: 'Est enim iste liber periyermeneias cum originali Alberti manibus eius propriis scripto collacionatus ac de verbo ad verbum correctus'. Idem scriba a. 1461, cum descripsit Alberti Analytica priora, iterum Alberti autographo usus est: 'sumptum ex originali propriis manibus eiusdem Alberti scripto ac cum eodem collacionatum et de verbo ad verbum correctum' (R. Meyer [n. 48], p. XIX). Sed ut Robert Andrews, qui editionem libri Perihermenias praeparat, nobis communicavit, codex Venetus non videtur habere textum meliorem quam ille qui in *Sh* et *Ca* transmittitur. Vix credi potest scribam exemplaris totius familiae Italae, cuius textus valde corruptus et depravatus est, autographo Alberti usum esse. **36** Sola omissio in l. 99,42 etiam invenitur (fortasse casu) in *Bl* (sed non in *R2*). Notandum est hoc homoeoteleuton etiam in *P1* reperiri, qui nulla cognatione cum *Sh* coniunctus est.

p. 140 v. 1–2: relative] -va. Cuius modi errores (cum ex. gr. pro 'Catone' scribitur 'Platone', quod nomen minus alienum a 'Socrate' videtur esse quam 'Catone') scribae per se ipsos facere possint. Licet fieri non possit, ut prorsus refutemus conicientem tam codicem *Sh* quam exemplar Italum pendere ab uno archetypo (B), quod alienum est ab apographo originali Alberti, verisimilius est *Sh* immediate descriptum esse ex ipso apographo, a quo etiam exemplar Italum, indirecta via, traditionem textus hausit, eam permiscens cum elementis traditionis Parisiensis. Non extat igitur sensu stricto una familia B codicum quadam cognatione inter se coniunctorum et pendentium ex communi exemplari quae propter communes errores separanda sit a reliqua textus traditione. Quae si ita sunt, magnus numerus lectionum indifferentium quibus consentiunt *Sh* et codices Itali, testimonium det de statu ipsius archetypi totius traditionis, idest ipsius apographi operum Alberti. Illius traditionis testimonium etiam dant tria illa folia manuscripti deperditi saeculi XIV, quae conservantur Budapestini (Magyar Tudományos Akadémia Könyvtára T 27 & T 35) et Arrabonae (Györ, Kathedralbibliothek, fr. 39). 'Codex ille deperditus continebat ad minimum tres primos commentarios Alberti in Logicam' (Ed. Colon. t. 1,2 p. XX). *Bu* continet tractatum 4, p. 99 v. 64 ('vel duplum') – p. 103 v. 7 ('quando et ubi'), *Gy* tractatum 2, p. 36 v. 41 ('praedicari nomine') – p. 39 v. 68 ('quae qualiter'). Quae fragmenta satis longa sunt, ut cognosci possit textum prorsus alienum esse a traditione Parisiensi. Sed neque lectiones cum codice *Sh* communes aut codicibus Italis praebet. Quamquam parum conservatum est, quam ut ad certum iudicium pervenire possimus, tamen manifestum est hoc manuscriptum non secus atque *Sh* fuisse ineuntis saeculi XIV testem traditionis a Parisiensi seiunctae. Itaque valde dolendum est, quod nulla nisi tria folia eius manserunt. Cum autem ille codex Hungaricus sit deperditus et textus familiae Italorum valde depravatus, non facere possumus, quin attribuamus principalem in textu constituendo locum codici *Sh*, quandoquidem videtur esse immediate descriptus ab illo antiquo apographo Logicae Alberti neque ullo pacto pendere ab exemplari Parisiensi. Robertus Wielockx animadvertit scribam codicis *Sh* saepius conservavisse originalem scribendi modum ipsius Alberti, ut cognoscitur ex autographis.

§ 7 De ratione, quae intercedit inter codices Ca et Sh

Ut elucet ex apparatu critico tam huius editionis quam trium priorum editionum, codici *Ca* cum *Sh* communes sunt nonnullae parvae omissiones, additamenta, aliae lectiones propriae, quas editores reiecerunt. Cave tamen credas textum codicis *Sh* contaminatum esse traditione A. Nam cum sine ullo dubio constet codicem *Sh* alienum esse a traditione Parisiensi, necesse est communes errores inde exortos esse, quod uterque scriba eos in exemplari suo invenerit. Quare suspicandum est iis erroribus iam Alberti apographum, fortasse ex parte etiam ipsa iam autographa eius laboravisse.[37] Illi quidem errores, qui proficiscuntur ex diminuta propter fatigationem vel alienis rebus distracta diligentia scribae, ex verborum mutationibus festinanter confectis, ex correcturis ambiguis vel inchoatis relictis, etiam inveniuntur in Alberti autographis, quae exstant, et in primis apographis eorum, ut ex. gr. in Postilla Super Matthaeum.[38] Omissiones vocum 'est' vel 'sunt' vel 'quod' iis locis occurrunt, ubi lector eas exspectet. Quod autem nonnumquam aliqua vox sine causa bis scripta est, Albertus ipse fortasse alienis rebus distractus vocem geminatam delere oblitus est. Exempla:

p. 5 v. 54 dat *om. CaSh*
p. 6 v. 56 est univoco] est *add. CaSh*
p. 13 v. 55 cum ultima sint in descendendo] cum ultima sint *add. CaSh*
p. 14 v. 18 quod] est *add. CaSh*
p. 14 v. 36 ordine] de praedicato *add. CaSh* scilicet de praedicato dicuntur *add. Br*
p. 17 v. 63 primum] et *add. CaSh*
p. 18 v. 4 est[1] *om. CaSh*
p. 18 v. 27 et 28 modo *om. CaSh*
p. 18 v. 50 est *om. CaSh*
p. 43 v. 49 est in talibus] est *add. CaSh*
p. 44 v. 49 in *om. CaSh*
p. 61 v. 52 in hoc] quod *add. CaSh*
p. 67 v. 48 est *om. CaSh*
p. 132 v. 18–19 illam virtutem] illam *add. CaSh*
p. 138 v. 23 est. *om. CaSh*

Errores eius modi facile corrigebantur a scribis et lectoribus doctis, qui textum postea recenserunt. Ut ex exemplis supra allatis discimus, magna pars errorum codicibus *Ca* et *Sh* inter se communium non invenitur in textus traditione universitaria. Inde manifestum est eos iam in exemplari universitatis correctos esse. Ex eo autem, quod multo plura exempla afferre possumus, ubi traditio universitaria concordat cum codicum *Ca* et *Sh* erroribus (vel lectionibus, quas editores errores esse arbitrabantur), concludendum est illis locis errorem apographi Alberti non esse correctum in exemplari traditionis universitatis (A.2). Exempla:

p. 15 v. 55–57 quantitatis, [secunda est], quae sunt diversa genera et non subalternatim posita. Secunda est
[secunda est] *add. CaP1Sh (O1 deest)*

Verisimile est Albertum, cum iam coepisset secundam obiectionem exponere, quaedam verba ad primam pertinentia addidisse et tum iterum 'secunda est' scripsisse

37 Vide etiam exempla quae Santos Noya inspexit in capitulo, cui titulus est 'Manuscriptorum archetypo utrum confidendum sit necne' (Ed. Colon. t. 1,1a p. XVIII). **38** Cf. quae B. Schmidt, Prolegomena. Ed. Colon. t. 21,1 p. XL–XLVII, ad commentarium Super Matthaeum scripserit.

oblitum illud primum 'secunda est' delere. Vide etiam p. 45 v. 62–63 ut dicit Damascenus, natura sunt vertibiles ad utrumque, [ut dicit Damascenus]

[ut dicit Damascenus] *add. CaP1Sh*

Alia exempla errorum codicibus *CaO1P1Sh* inter se communium:

p. 7 v. 43 est *om. CaO1P1Sh*
p. 8 v. 18 non *om. CaO1P1Sh pap*
p. 8 v. 34 quod *om. CaO1P1Sh*
p. 12 v. 33 esse *om. CaO1P1Sh*
p. 14 v. 36 dicuntur *om. CaO1P1BrSh*
p. 16 v. 4 est *om. CaO1P1Sh*
p. 22 v. 30–31 per aliquid *om. CaO1P1Sh*
p. 22 v. 61 est *om. CaO1P1Sh*
p. 25 v. 24 est *om. CaO1P1Sh*
p. 26 v. 14 accidens] quod *add. CaO1P1Sh pap*
p. 34 v. 19–20 forma materialis] formalis *CaO1P1Sh* natura formalis *Br*
p. 37 v. 14 nisi *om. CaO1P1Sh*
p. 40 v. 22 illud] esse *add. CaO1P1Sh* omne *add. Br*
p. 40 v. 25 est *om. CaO1P1Sh*
p. 46 v. 35 rara *om. CaO1P1Sh*
p. 58 v. 4 post] ante *CaO1P1Sh pap*
p. 71 v. 42 ergo *om. CaO1P1Sh*
p. 73 v. 46 contingit] quod *add. CaO1P1Sh*
p. 73 v. 54 sit *om. CaO1P1Sh*
p. 78 v. 42 dici] non *add. CaO1P1Sh*
p. 79 v. 22 Socrates est] Socratis *CaO1P1Sh*
p. 89 v. 46 enim *om. CaO1P1Sh*
p. 93 v. 57 uno *om. CaO1P1Sh*
p. 99 v. 57 hoc] propter *praem. CaP1Sh om. O1Br*
p. 101 v. 56 non est *om. CaP1Sh* est *O1*
p. 113 v. 5 est *om. CaO1P1Sh*
p. 115 v. 19 quamvis] quam *CaO1P1Sh*
p. 124 v. 14 quae *om. CaO1P1Sh*
p. 124 v. 24 est *om. CaO1P1Sh*
p. 127 v. 22 minus] non *add. CaP1Sh*
p. 132 v. 45 autem] non *add. CaO1P1Sh pa*
p. 127 v. 48 dicit *om. CaO1P1Sh*

Editores codicum saeculi XV tales errores corrigere et textum politum reddere solebant. Quos et nos in hac editione fere semper secuti sumus. Quamquam obliviscendum non est fere omnes 'bonas lectiones' cum contra *CaSh*, tum contra *CaO1P1Sh* esse coniecturas editorum recentium. Re vera oporteret tales lectiones ut coniecturas considerare et ut tales indicare in apparatu ('*editor cum* …'), quod tamen in editione nostra non facimus nisi iis locis, ubi solummodo editionibus aut uno e recentioribus manuscriptis solo fulti sumus.

§ 8. De editionibus

Editor princeps (*pa*) procul dubio usus est aliquo manuscripto Italo ex traditione universitaria, sed textum correxit ex altera traditione. Praebet enim fere textum traditionis universitariae, ut manifestum est ex variantibus supra enumeratis ad duplicem traditionem dinoscendam (§ 4) et ex illis in appendice I allatis. Notantur etiam errores communes cum *P1O1*:

p. 16 v. 45 numeremus] inveniemus *O1P1 pap*
p. 17 v. 29: generis *om. O1P1 pap*
p. 20 v. 49 et[1]] proprium *add. O1P1 pap*
p. 21 v. 53–54: talis *om. O1P1 pap*
p. 29 v. 22 praehabitis] physicis *O1P1 pap*
p. 44 v. 59 essentialiter *om. O1P1 pap*
p. 52 v. 38 manent *om. O1P1 pap*
p. 92 v. 26: dicit[2] *om. O1P1 pap*
p. 117 v. 52: simpliciter] sed *O1P1 pap*

Ex altera autem parte editor Papiensis saepius videtur supplere textus partes in traditione universitaria omissas: vide exempla supra allata sub § 4 et 5. Ut omissa supplere posset, verisimile est eum etiam codicem ex altera traditione adhibuisse, nisi forte correctiones iam factae erant ab aliquo scriba in illo codice Italo, quo nixus est in editione sua conficienda, quod etiam factum est in exemplari communi codicum A.3 (*R1SiV1*), ut supra (§ 5) vidimus. Utcumque est, videmus textum editum proximum esse traditioni familiae A.3. Notantur enim octo omissiones per homoeoteleuton exortas, quae editioni *pa* communes sunt cum *R1SiV1*: p. 18 v. 67; p. 27 v. 36; p. 39 v. 60–62; p. 57 v. 44; p. 64 v. 49–50; p. 68 v. 9–10; p. 91 v. 12; p. 173 v. 46–47; aliae lectiones editionis in *Si* solo leguntur. Non laborat autem textus editionis *pa* permultis mendis, quae propria sunt familiae A.3, qua de causa factum esse non potest, ut originem ex exemplari illius familiae traheret. Dolendum autem est editorem ipsum addidisse magnum numerum omnis generis errorum, qui in editionibus sequentibus ($v^1v^2v^3lp$) iterantur ac multiplicantur. Sed aliquot variae lectiones exortae videntur esse ex considerata recognitione textus, ita ut etiam ad nostram editionem constituendam interdum prosint (quas notavimus in apparatu hoc modo: *editor cum pap*). Nihilo minus editio *pa* textum pessimum praebet, ut patet exempli gratia ex collatione integra paginae 135 editionis nostrae:[39]

v. 5: omnibus] igitur *add. pav*^{1}*v*^{2}*lp*
v. 7 communissimo] communi nomine *pav*^{1}*v*^{2}*lp*
v. 8 non] enim *add. pav*^{1}*v*^{2}*lp*
v. 9 ideo] ideoque *pav*^{1}*v*^{2}*lp*
v. 10 coordinabilia] coordinanda *pav*^{1}*v*^{2}*lp*
v. 14 et[1] *om. pav*^{1}
v. 14 habere] habitus *pav*^{1}*v*^{2}*lp*
v. 15 quae] cum *pav*^{1}*v*^{2}*lp*
v. 15 suis *om. pav*^{1}*v*^{2}*lp*
v. 15 dicunt] habentia *pav*^{1}*v*^{2}*lp*
v. 18 ergo] igitur *pav*^{1}*v*^{2}*lp*

39 Non afferuntur variantes editionis v^3, quae est secunda impressio editionis v^2.

v. 21 metaphysicus] metaphysica *pav*^{1}*v*^{2}*lp*
v. 22 et] cum *add. pav*^{1}*v*^{2}*lp*
v. 22 dicens] dicat *pav*^{1}*v*^{2}*lp*
v. 23 coordinationis] ordinationis *pav*^{1}*v*^{2}*lp* (*Si*)
v. 23 considerare logicus *inv. pav*^{1}*v*^{2}*lp*
v. 24–25 prius – sunt *om. (hom.) pav*^{1}*v*^{2}*lp*
v. 26 vel[1]] per *v*^{2}*lp*
v. 26 et] vel *pav*^{1}*v*^{2}*lp*
v. 27 vel[2]] et *pav*^{1}*v*^{2}*lp* (*O1P1BrSi*)
v. 27 forma *editor cum v*^{2}*lp Br*] formae *pav*^{1}*, cet. codd.*
v. 28 simultatis] simul *pav*^{1}*v*^{2}*lp*
v. 29 autem] aut *pav*^{1}
v. 29 differentias] defectus *pav*^{1} (*O1P1SiV1*)
v. 31 cum motus *inv. pav*^{1}*v*^{2}*lp*
v. 31–32 quidam] quidem *pav*^{1}*v*^{2}*lp*
v. 32 oportuit] oportet *pav*^{1}*v*^{2}*lp*
v. 32 logico] et *add. pav*^{1}*v*^{2}*lp*
v. 33–34 a logico *del. editor cum BrV1 pav*^{1}*v*^{2}*lp*
v. 34 tractaretur *pav*^{2}] tractetur *v*^{1}*lp*
v. 35 sive habiti cum] sive habitum *pav*^{1} sicut habitum in *v*^{2}*lp*
v. 36 quae] quod *pav*^{1}*v*^{2}*lp*
v. 43 et eorum] rerum *pav*^{1}*v*^{2}*lp*
v. 43 praedicantur] componitur *pav*^{1} praedicatur *v*^{2}*lp*
v. 44 horum] eorum *pav*^{1}*v*^{2}*lp* (*O1*)
v. 46 unam – coordinationem] coordinationis unam rationem *pav*^{1}*v*^{2}*lp*
v. 47 diversitatem – generum] omnium generum diversitatem sunt *pav*^{1}*v*^{2}*lp*
v. 49 ordinabilitatem aliorum generum] coordinabilium coordinationem *pav*^{1} aliorum coordinationem *v*^{2}*lp*

Omnes editiones, quae postea in lucem prodierunt, pendent ex illa editione principe. Editio Veneta (*v*^{1}) editionem Papiensem (*pa*) fideliter reddit, addita tamen in initio tabula omnium capitulorum. Desunt equidem tituli capitulorum tam in editione principe quam in *v*^{1}, sed tabulae ope possunt suppleri in *v*^{1}.[40] Ad hanc tabulam conficiendam editor *v*^{1} certe usus est aliquo codice ex traditione A.4.[41] Anno 1506 Venetiis nova editio totius logicae Alberti in lucem prodiit a Bernardino Plumatio curata (*v*^{2}). Editor studebat quidem textum recognoscere et expurgare ab erroribus (ut ipse dicit),[42] sed expurgatio minime diligens fuisse videtur, ut ex exemplis infra allatis patebit. Quamquam editio Papiensis tot omissionibus laborabat, Bernardinus solum in paucis locis textum supplere temptavit. Supplevit tamen ex codice aliquo titulos capitulorum, qui in editionibus praecedentibus (*pa* et *v*^{1}) defuerunt. Distinxit etiam expositiones secundum textum Aristotelis et in margine notulas addidit. In editione Lugdunensi (*l*) Petrus Jammy editionem a Plumatio confectam fideliter reddidit, ut patet ex titulis, ex notulis in margine additis, ex variantibus textus infra allatis.[43] Editio a Borgnet (*p*) curata paene nihil aliud est nisi editio Petri Jammy (*l*) denuo impressa.

Lectiones titulorum in editionibus v^{2} *lp variantes*

p. 1 v. 5 subiecto] intentione *Ca(?) v*^{2}*lp*
p. 3 v. 24 et[1] *om. O1 v*^{2}*lp*
p. 3 v. 25 sit – aequivocorum] sint aequivoca *v*^{2}*lp*
p. 8 v. 6 univocis] univocatis *v*^{2}*lp*
p. 12 v. 23 in praedicamento *om. Br v*^{2}*lp*
p. 14 v. 28 sive] vel *v*^{2}*lp*
p. 14 v. 29 praedicabilium ordini *inv. v*^{2}*lp*
p. 20 v. 2 libri praedicamentorum *om. Br v*^{2}*lp*
p. 20 v. 6–7 secundum – dicitur *om. Br v*^{2}*lp*
p. 22 v. 1–2 Quae – substantia] De substantia prima quid sit et declaratio diffinitionis eius *v*^{2}*lp*
p. 23 v. 45 sunt] sint *v*^{2}*lp*
p. 23 v. 45–47 de – illis] ipsae solae praedicantur de primis nomine et ratione *v*^{2}*lp*
p. 28 v. 43–44 inter – genera] species sint magis substantiae quam genera, non sic autem species specialissima respectu alterius specialissimae *v*^{2}*lp*
p. 36 v. 45 unum – significare] significare hoc aliquid *v*^{2}*lp*
p. 42 v. 1 proprietate] substantiae quae est *add. v*^{2}*lp*
p. 42 v. 2 mutationem] eadem numero manens *add. v*^{2}*lp*
p. 42 v. 3 sit] est *O1 v*^{2}*lp*
p. 44 v. 37–38 De – dicta sunt] De dubitationibus circa ea quae dicta sunt, quod substantia suscipit contraria *v*^{2}*lp*
p. 47 v. 59 dubitabilibus] dubitationibus *Br v*^{2}*lp (et sic deinceps)*
p. 50 v. 3 et quare – substantiam *om. BrSiV1 v*^{2}*lp*
p. 52 v. 5 de probatione *om. SiV1 v*^{2}*lp*
Hoc est igitur quod dicit Aristoteles, quod *aequivoca dicuntur, quorum solum nomen commune est, secundum nomen vero* illud *ratio substantiae diversa, ut animal homo et quod pingitur. Horum enim solum nomen*, quod est animal, *commune est; secundum nomen vero*, quod utrique impositum est ad significandum, *ratio* diffinitiva *substantiae* significatae *est diversa; si quis assignet* per propriam diffinitionem, *quid* secundum quiditatem et esse *utrumque horum* divisim sit, *quo* sive qua proprietate *sunt* dicta *animalia, propriam utriusque* divisim et non unam utrique communem *assignabit rationem* diffinitivam. De homine enim dicet quod est animal rationale mortale, de picto autem quod est imago per similitudinem lineamentorum et coloris hominem repraesentans. Per hoc igitur patet quod praedicabile ad rationem generis reduci non potest, quia transcendit omne genus et est omnium generum principium.

Quod autem hic DICIMUS quod 'aequivoca dicuntur' et non dicimus quod 'aequivocum dicitur' in singulari, cum tamen nomen unum sit per primam suam materiam et primam formam, ideo est, quia hic intendimus de praedicabili sive dicibili incomplexo, secundum quod ordinabile est in genus vel commune aequivocum vel per denominationem de uno praedicatum; et istae sunt res non a vocibus vel dictionibus absolutae sed per voces significatae. Et quia res multae sunt ad idem nomen relatae, ideo magis et competentius significantur in plurali quam in singulari. Aequivoca enim sunt res sub uno nomine aequivocatae. Et cum DICITUR quod 'solum nomen commune est', intendimus excludere rationem substantiae designatae per nomen; quae ratio substantialis est, quando datur per ea quae sunt substantiae, quae sunt genus et differentia. Ex his patere potest, quare aequivocatio propter pluralitatem significatorum actualem | operatur multiplicitatem. Sed de hoc tractabitur in ELENCHIS.

Adhuc autem, quia in aequivoco manet eadem forma, quae est actus significandi ad placitum instituentis secundum respectum ad aliquid rei significatae, quod ratio fuit instituendi signum illud, de facili patet quod in omni aequivoco, sicut DIXIMUS, aliquid est de univoco, per quod aequivocum ad univocum habet reduci. Unum enim signum diversis ad significandum ponentes, necesse est ad aliquod unum respicere, quod aliquo modo est in illis, quae substantia et ratione substantiae diversa sunt.

Haec igitur sic dicta sunt aequivoca, et de his sufficit quod dictum est, quantum ad praesentem spectat intentionem. De aliis pertractabitur in ELENCHIS.

Est autem notandum quod, cum in diffinitione aequivocorum ⟨dicitur⟩ quod 'ratio substantiae' sit diversa, non tantum dicitur 'ratio substantiae' diffinitio vera data per genus et differentiam, sed generaliter dicitur ratio quaecumque notificatio, quae maioris et melioris declarationis est quam ipsum nomen absolute positum. Et secundum hunc modum accepta ratione etiam individua habent rationem et aequivocationem in uno nomine, cum

CaO1P1BrShSiV1 pap 40 *Sh* f. 33ra

2 uno] et *add. Br* | transformatur] transformetur *pap* | et *om. Si* 3 secundum] sicut *Br* 4 modum] dicit *add. Br* 5 unum] unde *pa* | et[1]] omnia *add. Br* 6 entitatis] enuntiationis *Br* | vere] veri *Br* naturae *pap* | vere – relata] relata vere *Si* | entis – illud *om. V1* | ad illud] scilicet substantiae *Br* | illud] illum *p* 7 est *om. V1* 8 est *in marg. Sh*[1] | nomen[2]] tamen *CaP1* 8–9 nomen[2] – illud] tamen vero illud nomen *O1Br* tamen illud nomen *pap* 9 diversa] est *add. pap* 10 solum *post* nomen *in marg. Sh*[1] 11 utrique] vereque *CaP1* neque *O1* vere *Br om. pap* | impositum] imponitur *O1P1Br* 12 significandum] assignandum *pa* | ratio] vero *add. Sh* 13 quis] enim aliquis *pap* enim *add. sup. lin. Br* 14 utrumque *in marg. Sh*[1] | horum] eorum *Si pap om. Br* 14–16 sit – divisim *om. (hom.) P1 corr. in marg. P1*[1] 15 propriam] proprium *pa* 16 divisim – utrique] non *Br* | non *om. CaO1P1ShV1* 18 autem] animali *Br* | est *om. P1* 20 Per] et *praem. pap* | Per – quod] patet igitur quod *Br* | quod *om. CaO1P1* | praedicabile] ens *Br* 21 quia] sed *Sh* 23 hic *in marg. Sh*[1] | hic dicimus] dicit hic *Br* | dicuntur] dicantur *Ca* 24 et – dicitur *in marg. P1*[1] 25–26 primam – primam] propriam *pap* 26 ideo] ratio *pap* illud dictum *add. Br* 26–27 de praedicabili *om. Ca* 27 praedicabili sive *om. Br* 28 aequivocum] univocum *pap* 29 per denominationem] denominativum *Br* | praedicatum] predicato *Sh* 30 vel] dis(?)e *add. Sh* 31 idem] unum *Br* 32 significantur] dicimus *p om. pa* 33 res *om. O1* 34 cum] quod *O1P1V1 pap* | dicitur] dicimus *SiV1* | quod] ibi *add. Br om. pap* 35 est *in marg. Sh*[1] 38 quae sunt *om. Br* | differentia] differentiae *ShV1 pap* 38–39 quare aequivocatio] qualiter aequivoca *Br* 39 significatorum] aequivocorum *Br* 43 est *om. CaO1P1Sh* 44 significatae] signatae *pap* 45–46 ratio – diximus *in marg. Sh*[1] 47 per quod *inv. Sh* | quod *om. O1* | univocum] unicum *p* 48 ponentes] imponentes *Br* 49 ad *in marg. Sh*[1] | aliquod] aliquid *pap* | quod] quae *V1* 50 quae] in *add. Br* | substantiae *om. O1* 51 diversa sunt *inv. Sh* 54 De – pertractabitur] pertractabitur autem de aliis *pap* | pertractabitur] tractabitur *BrSi* 55 cum] quamvis *p om. O1P1Br pa lac. Ca* 56 dicitur *suppl. editor cum SiV1* dictum sit *pap* | dicitur quod *om. Br* 57 tantum] tamen *O1V1 pap* | ratio substantiae *post* differentiam *transp. Br* 59 maioris] multis *Sh* magis *add. in marg. Sh*[1] 61 etiam *om. pap*

21–22 De transcendentibus entis cf. Alb., De V univ. Ed. Colon. t. 1, 1a p. 64 v. 32–44, p. 69 v. 9–26. – 23–34 Quod – aequivocatae: Cf. Kilw., Super Praed. (ed. Conti p. 8 v. 22–23): 'Nota autem quod non definit in singulari numero, quia semper sunt multae res sub uno nomine aequivocatae vel univocatae'. – 23 Supra v. 7. – 34–38 Et – differentiae: Cf. Kilw., Super Praed. (ed. Conti p. 8 v. 19–21): 'unde dicit «nomen commune», non «vox», addendo hoc quod dico, solum (…) ad excludendam (…) orationem quae est definitio'. – 34 Supra v. 8. – 38–41 Ex – elenchis: Cf. Kilw., Super Praed. (ed. Conti p. 8 v. 19): 'operare actualem multiplicitatem'. – 41 Alb., De sophist. el. tr. 2 c. 1–2 (Ed. Paris. t. 2 p. 537–542). Cf. Arist., De sophist. el. c. 4 (165 b 30–166 b 19); transl. Boethii: Arist. Lat. VI, 1–3 p. 8 v. 12 – p. 10 v. 21. – 46 Supra p. 5 v. 2–28. – 54 Alb., De sophist. el. tr. 2 c. 1–2 (Ed. Paris. t. 2 p. 537–542). – 57–60 non – positum: Cf. Kilw., Super Praed. (ed. Conti p. 9 v. 7–8): 'sumitur hic «ratio» communiter ad rationem quae est vera definitio sive descriptio, sive prout dicitur «ratio» sermo maioris declarationis quam nomen'. – 60 – p. 8 v. 3 secundum – communicant: Cf. Kilw., Super Praed. (ed. Conti p. 9 v. 14–15): 'Isto etiam modo possunt dici individua habere rationem, et sic potest aliquid esse aequivocum illis'.

tamen ratio eorum a collectione accidentium sumpta non sit una secundum nomen illud, in quo communicant. Haec sunt igitur aequivoca, per quae omnia reducuntur non ad genus sed ad transcendentia omne genus, quae sunt esse et unum, ut dicit ARISTOTELES.

Cap. 3. De univocis

Univoca autem sunt, per quorum rationem praedicabile ordinatur in genere uno, quod sibi subiectis nomen suum dat et diffinitionem, et sine hac ratione univoci non esset reductio praedicabilium ad genus unum praedicatum de omnibus illis quae sunt generis illius. Et ideo diffinitur sic ab Aristotele quod *univoca dicuntur, quorum et nomen commune est et secundum nomen* illud *eadem substantiae ratio* sive diffinitio. Et dicuntur univoca per oppositum modum ad aequivoca, res scilicet univocatae in nomine uno, ut res ipsa ad dici et ad sermonem referatur, quia aliter non esset logicum quod dicitur, quia res in se considerata, non secundum quod stat sub dictione, non ad logicum sed ad physicum pertinet. Et ideo additur 'dicuntur' et non dicitur 'univoca sunt'. Adhuc autem, quia sermones finiti sunt quoad nos, res autem infinitae, ut dicit ARISTOTELES in ELENCHIS, necesse est plures res genere et specie et numero uno sermone significari. Quando igitur plures res in una natura, quae causa impositionis nominis est, conveniunt in unum nomen, erunt illa univoca. Et quia plura sunt sic uno nomine nominata, ideo dicuntur magis convenienter in plurali 'univoca' quam in singulari 'univocum'.

Quod autem ADDITUR 'quorum et nomen commune est', dicitur nomen 'quasi notamen' quoddam de re, quae est causa impositionis nominis in pluribus illis. Haec enim natura in omnibus illis est una et non per prius et posterius participata. Propter quod nomen tale simpliciter commune est omnibus illis, nihil nominans in uno quod non nominet in altero.

Quod autem ADDIT 'et ratio substantiae eadem', ratio quidem substantiae duo dicit sicut PRIUS in diffinitione aequivocorum. Dicit enim ratio non tantum diffinitionem sed etiam quamcumque declarationem, quae datur de eo quod nominatur per nomen, et dicit etiam formam, a qua nomen imponitur, quam oportet eandem esse. Et ita et nominata natura et ratio impositionis nominis erit una in talibus, ut sit et ratio substantiae et ratio substantialis eadem simul in his quae sunt univoca et quod illa natura in eis sit participata aequaliter, quod non secundum magis et minus nec secundum prius et posterius sit in ipsis sed uno modo, sicut esse est unum. Quod si magis et minus susciperet, non esset unum omnino, sicut in ANTEHABITIS determinatum est in libro DE UNIVERSALIBUS.

Quamvis enim nulla comparentur nisi per aliquod unum, quod est in illis, tamen illud unum, quod est in eis secundum magis et minus, non potest esse de esse ipsorum. Et ideo ratio ipsius non est ratio substantiae ipsorum. Substantia enim eorum consistit in participatione generis et participatione differentiae, quae sunt actus et potentia constituentia substantiam, eo quod termini esse substantialis sunt esse omnium eorum quae sunt, sicut homo dicitur animal et bos dicitur animal, ita quod 'animal' nomen unius naturae notam facit, quae

l a 6–12 (Arist. Lat. 47, 7–11): Univoca vero dicuntur quorum et nomen commune est et secundum nomen eadem substantiae ratio, ut animal homo atque bos. Communi enim nomine utraque animalia nuncupantur, et est ratio substantiae eadem; si quis enim assignet utriusque rationem, quid utrisque sit quo sint animalia, eandem assignabit rationem.

CaO1P1BrShSiV1 pap

2 non – una] est *Br* 3–4 reducuntur non *inv. Br* 5 esse] ens *pap* ad *praem. P1* 6 univocis] univocatis *p* 9 et[1]] rationem sive *add. SiV1* | hac ratione *in marg. Sh*[1] 10 genus unum *inv. Sh* 11 illius *om. Br* 13 et[1] *om. BrSi pap* 13–14 nomen[2] – sive] illud nomen commune substantiae ratio eadem vel *Br* | nomen[2] – ratio] id nomen substantiae ratio est eadem *Si* 13 nomen illud *inv. Sh* | eadem] est *add. pap praem. V1* 14–15 oppositum] expositum *Ca* 16 ut] et *pa* 18 non *om. CaO1P1Sh pa* 19 physicum] Philosophum *pap* 20 additur] dicitur *Br* 22–23 necesse est *inv. Sh* 23 est *in marg. O1 om. CaP1* | res] in *add. p* 24 sermone] secundum modum *pap* | significari *dub. Sh* 25 nominis *om. Br* 26 plura] multa *Br* illa *Sh* 27 sic] sit *P1 om. Br pap* 30 et *om. Br pap* 31 quoddam *editor cum Br* quod *CaO1P1Sh* quod est *pap om. SiV1* 32 illis] illius *p* 34 Propter quod] per *Br* | quod *om. CaO1P1Sh* 36 in[1] *om. O1* | quod *om. Si* | nominet] nominetur *pap* 37 addit] dicitur *p om. pa* | et] quod *Sh* | substantiae] est *add. Br pap* 37–38 ratio[2] – substantiae *om. Si* 40 datur] dicitur et *Sh* 41 nominatur – nomen] notificatur *Br* | et] ut *p* | etiam] eam *praem. Sh* 42 imponitur] ponitur *p* 43 nominata] nomina et *pa* nomen et *p* 44 erit] est *Sh om. P1* | sit] sic *pap* | et[2]] est *p* 45 eadem] addens *pap* | eadem simul *inv. Sh* 46 quod[1] *om. Br* | quod[2]] quae *O1P1SiV1 pap* et *Br* 47 non] nihil *Si* | et[2]] aut *O1P1SiV1 pap* 49 Quod] et *Sh* | non] est unum *add. Si* 53 illis – illud] eis … id *Si* | unum[2]] tantum *Sh* 56 Substantia – eorum *in marg. P1*[1] | eorum] ipsorum *O1ShSi* ipsorum vel *praem. Br* 58 constituentia] constituentes *Br* 58–59 termini] in *add. Si* 59 sunt *om. CaO1P1BrSh sup. lin. Br*[1] | esse[2]] omne *Ca* 61 animal *om. O1*

63 utraque *AbCsVa [Ch]* utrique *ed.* | enim[2] *CsCh a* autem *ed.*

5 Ex. gr. Arist., Metaph. l. 7 c. 16 (1040 b 16–27), l. 10 c. 2 (1053 b 20–21); transl. anon.: Arist. Lat. XXV, 2 p. 153 v. 7–17, p. 188 v. 17–18. Alb., Metaph. Ed. Colon. t. 16, 2 p. 382 v. 47 sqq., p. 440 v. 3–9. – 14–15 Cf. supra p. 7 v. 33. – 22 Arist., De sophist. el. c. 1 (165 a 10–12); transl. Boethii: Arist. Lat. VI, 1–3 p. 6 v. 7 sq. – 30 Supra v. 12. – 31 Cf. supra p. 4 v. 18. – 37 Supra v. 13. – 38 Supra p. 7 v. 55. – 50–51 Ex. gr. Alb., De V univ. Ed. Colon. t. 1, 1a p. 133 v. 19–43, p. 136 v. 3–42. – 56–58 Quod genus sit potentia et differentia actus cf. Alb., De V univ. Ed. Colon. t. 1, 1a p. 82 v. 46–49, p. 86 v. 7–11.

aequaliter est in homine et in bove, quae quidem natura est substantia animata sensibilis, et ideo si explicetur natura sive substantia, quae dicitur per nomen, sicut nomen est commune, sic explicans nomen ratio sive diffinitio erit communis aequaliter utrique, unde *si quis assignet utriusque rationem*, hominis scilicet et bovis, secundum hoc *quo sunt animalia*, hoc est secundum naturam, de qua notam facit nomen commune, quod est animal, *eandem* de necessitate *assignabit* utriusque, hominis scilicet et bovis, *rationem* diffinitivam. Et similiter est de Socrate et Platone in hoc nomine 'homo'. Et sic est in omnibus, quae ut genus vel ut species vel ut differentia vel ut proprium vel etiam ut accidens sub eodem nomine praedicantur, ut dicunt AVICENNA et ALGAZEL. Si enim dicam 'Socrates est albus' et 'Cicero est albus', si ratio sumatur secundum nomen commune praedicatum de Socrate et Platone, erit una et eadem ratio. Idem est, si dico Socratem esse risibile et Platonem esse risibile et idem erit, si dicam Socratem esse rationale et Platonem esse rationale, et ut generaliter dicatur, secundum omne nomen, quod ut | universale de multis ut de sibi subiectis praedicatur.

Sunt tamen qui SOPHISTICE contra haec obiciunt DICENTES – quod et verum est – nomen a forma esse impositum; diversorum autem diversae sunt formae; et ideo, ut dicunt, diversa unum nomen habere non possunt. Ad quod levissime respondetur quod diversorum in eo in quo diversa sunt, diversae | sunt formae et diversa nomina a formis illis imposita. Sed nihil prohibet diversa, non in eo in quo diversa sunt, sed in eo in quo unum sunt, unum habere nomen, sicut habent unam formam. Et ideo diversa individua in forma speciei nihil prohibet habere nomen unum speciei et quae diversa sunt specie nihil prohibet unam habere formam generis, et ideo unum habere nomen generis, et sic est in aliis. Et ideo necesse est quod secundum illam formam sive naturam, de qua notam facit nomen, diversa habeant unam et eandem illius substantiae rationem diffinitivam. Diffinitio enim illa non plura dicit explicite quam nomen illud nominet implicite.

Si autem contra hoc ALIQUIS adhuc obiciat dicens quod impossibile est unam esse naturam sive formam generis in pluribus speciebus, et sic impossibile sit unum esse nomen generis, quod dicatur de pluribus specie differentibus. Et probat, quod dicit, per hoc quod unum et idem non simul actu habet contraria; natura autem generis est una et eadem; et ideo, si est in pluribus specie differentibus actu et una et eadem, tunc unum et idem actu simul habet contraria. Habet enim rationale in homine et irrationale in bove vel asino; et cum hoc esse non possit, non potest esse nomen generis unum in homine et bove. Hoc autem confirmari videtur per hoc quod dicit ARISTOTELES in I DE ANIMA, quod 'ratio animalis secundum unumquodque' animal 'est altera' et altera. Falsum est ergo quod sit nomen unum et ratio una. Ad haec autem et similia non est difficile solvere. Dicimus enim quod una natura generis est in diversis specie differentibus et una natura speciei est in diversis differentibus numero. Et quod DICITUR quod idem non simul habet contraria, intelligitur de eodem numero et non de eodem genere vel specie. Et hoc quidem iam in ANTEHABITIS in libro DE UNIVERSALIBUS determinatum est. Et quod dicit Aristoteles quod ratio animalis secundum unumquodque est altera, sic punctandum est: ratio

CaO1P1BrShSiV1 pap 21 *Sh* f. 33rb 28 *Ca* f. 32ra

1 in^2 *om. pap* 2 est *om. O1* 4 est *om. p* | explicans] sive *add. O1* 5 erit] eadem *add. Br* 6 utriusque] hominis *add. pa* | rationem – scilicet] hominis rationem *Br* 7 quo] quod *P1BrSi pap corr. in* quod *O1*^{1} quot *V1* 9 utriusque *om. pap* 10 Socrate] Sorte *et sic saepe codd.* 11 sic] hic *p* | in^2 *ex* de *corr. O1*^{1} 12 ut^2 *in marg. Sh*^{1} | species] sunt *add. p* 13 etiam *om. O1Br pap* | accidens] vel *add. O1* 14 dicunt] et *add. Ca* 15 dicam] dicatur *p* | et – albus *om. (hom.) P1 corr. in marg. P1*^{1} 17 est *om. pap* 18 dico] dicam *Sh* | risibile^1] risibilem *Br p* | et^1 – risibile *om. (hom.) P1 corr. in marg. P1*^{1} | Platonem – risibile *om. pap* | risibile^2] risibilem *Br* 19 erit] est *O1 om. Sh* | rationale] rationalem *Br pa* 19–20 et – rationale *om. (hom.) pap* 20 secundum *Sh* quod *CaO1P1SiV1 pap lac. Br* 20–21 secundum – nomen] omne *pap* 21 ut^1 – universale *post* praedicatur *transp. Br* | ut^2] et *Sh pap corr. sup. lin. Sh*^{1} 22 praedicatur] univoce praedicatur *add. SiV1* ut universale *add. Br* univoce praedicatur *add. in marg. Br*^{1} univoce dicitur (dicatur *pa*) *add. pap* 23 haec] hoc *BrSi pap* 24 et *om. Br* | et verum] vero *pa* quia vere *p* | esse *om. p* 26 possunt *Sh pap* posse *CaO1P1BrSiV1* 28 in quo] quod *pap* | sunt^2 *sup. lin. P1*^{1} *om. O1* 29 a] cum *pap* 30 non – quo] in eo in quo non *Br* 31 unum habere *inv. Sh* 32 Et – forma *in marg. P1* | ideo] sic *Br* 33–34 habere – prohibet *om. (hom.) P1 corr. in marg. P1*^{1} 34 unam habere] habere unum *p* 36 sive naturam *om. pap* 39–40 explicite – nominet *in marg. P1* | illud nominet] id nominetur *pa* id *p* 41 hoc – adhuc] haec adhuc aliquis *Sh* | adhuc *om. Br* 44 esse] omne *Ca* 45 Et – quod] hoc probatur per hoc quod dicitur *pap* | Et – dicit] quod probatur *Br* | unum] existens *add. Br* | et^2 *om. pap* 47 et^2 – si] si igitur *Br* 48 actu] sic quod praedicetur de pluribus specie differentibus actu *add. Br* | et^1 *om. Sh* | et^2 *om. p* | tunc *Sh* ratio *CaO1P1BrSiV1 pap* 49 actu – habet] habet simul actu *O1* 50 irrationale] mortale *pa* | in] et *Sh* | bove – asino] brutis *Br* | vel] in *add. Si* 51 possit – potest] posset … posset *O1* 52 Hoc] haec *pap* | videtur] videntur *pap* 54 secundum – animal] in alio et in alio *Br* 55 est – unum] igitur est … unum nomen *Si* 56 Ad *om. pap* 57 generis] communis secundum genus *Si* 58–59 et – differentibus *om. (hom.) pap* 58 est *om. O1* 60 eodem] eadem *CaO1P1ShV1 corr. O1*^{1} 61 non] ratio *CaP1* | hoc] haec *pa* 62 antehabitis] determinatum est *add. Si* | universalibus] Praedicabilibus *pap* 62–63 determinatum est *inv. Si* 64 unumquodque] animal *add. O1* | altera] et altera *add. O1* | sic] sit *P1* | punctandum] punctuandum *Br* putandum *pap* | est^2 *sup. lin. Sh*^{1} 64 – p. 10 v. 1 ratio – est *om. (hom.) P1 corr. in marg. P1*^{1}

14 Avic., Logica (Venetiis 1508 f. 10ra). Algazel, Logica (ed. Lohr p. 252 v. 185–190). Cf. Alb., De V univ. Ed. Colon. t. 1, 1a p. 122 v. 11–32; cf. etiam infra p. 15 v. 5. – 23–26 Sunt – possunt: Cf. Kilw., Super Praed. (ed. Conti p. 9 v. 18–20). – 27–31 Ad – formam: Cf. Kilw., Super Praed. (ed. Conti p. 9 v. 21–23). – 41 Aliquis: Cf. Kilw., Super Praed. (ed. Conti p. 9 v. 24–28). – 53 Arist., De anima l. 1 c. 1 (402 b 5–7). Textus allegatur apud Kilw., Super Praed. (ed. Conti p. 10 v. 6–7). Cf. Alb., De anima. Ed. Colon. t. 7, 1 p. 8 v. 20–38. – 57–61 Dicimus – specie: Cf. Kilw., Super Praed. (ed. Conti p. 9 v. 29–34). – 59 Supra v. 45. – 62–63 Alb., De V univ. Ed. Colon. t. 1, 1a p. 90 v. 53 – p. 94 v. 28.

animalis secundum unumquodque, hoc est secundum esse quod habet in unoquoque singillatim, est altera. Hoc enim verum est non tantum in specie sed etiam in individuo, quia sic animal non accipitur ut essentia generis, sed ut habet esse speciale vel singulare in specie vel individuo. Sic autem non est genus, quia est in illo tantum et non extra illud in alio, et ideo sic non est in esse universalis sed particularis, quia, quamvis hoc quod est in uno, sit in alio in universali, tamen non secundum quod est in uno, est in alio, ut in tractatu DE UNIVERSALIBUS determinatum est. Relinquitur igitur *univoca* esse, *quorum et nomen commune est et ratio substantiae eadem.*

Attendendum autem est quod, quamvis multivoca sive synonyma et diversivoca non sint de his, quibus praedicabile ordinatur in linea generis – eo quod synonyma respiciunt unum particulare vel speciale per diversas proprietates, quae sunt in illo multis significatae nominibus, diversivoca autem, sicut sunt diversa nomina, sic diversis attribuuntur –, tamen, quia et AVICENNA et ALGAZEL et IOHANNES DAMASCENUS in suis PRAEDICAMENTIS ponunt ista, et nos ea hic ponemus, non ad necessitatem scientiae, sed ad doctrinae perfectionem. Sunt igitur multivoca sive synonyma, quando multa nomina uni rei attribuuntur ut ensis, mucro, spata, gladius, vel Marcus, Tullius, Cicero. His enim nominibus idem significatur secundum diversas proprietates, quae sunt in illo. Diversivoca autem sunt, quando diversa nomina diversis attribuuntur ut lignum, homo, lapis et huiusmodi. Sed his non indigemus ad istius scientiae necessitatem, in qua, sicut in GEOMETRICIS facit EUCLIDES, non praemittimus nisi diffinitiones eorum, quae requiruntur ad ordinationem praedicabilis ad unum, quod est in illo ordine praedicabile sive dicibile primum, sicut est principium transcendens, quod in omnibus generibus est, et sicut est genus generalissimum. Propter primum enim oportet ponere rationem aequivocorum, propter secundum vero necessaria est univocorum ratio.

Cap. 4. De denominativis

Quia vero, sicut dicit ARISTOTELES in PRIMA PHILOSOPHIA LIBRO IX, omnia accidentium genera reducuntur ad substantiam ut ad subiectum unum omnium aliorum per praedicabile, quod inter universalia vocatur accidens, et hoc non potest fieri nisi per denominationem factam | a principali, propter hoc in scientia ista, in qua intendimus de praedicabilium ordine, oportet etiam praemittere diffinitionem denominativorum. Dicimus igitur quod *denominativa dicuntur quaecumque ab aliquo* principali, *solo casu differentia*, *secundum nomen* ad casum inflexum *habent appellationem, ut a grammatica*, quae principale nomen est scientiae litterarum ad recte loquendum et ad recte scribendum, *dicitur grammaticus* per inflexionem, quae in finis est mutatione. Cum enim dicitur denominativum, propter compositionem praepositionis notatur transitio sive diversitas, quae est inter essentiam denominantem et inter essentiam denominatam. Et ideo | quae sunt eiusdem naturae denominationis non suscipiunt praedicationem vel appellationem, unde homo non dicitur humanus ab humanitate, sed dicitur essentialiter homo et animal et rationale et omnia, quae secundum essentiam praedicantur. Et quia etiam proprium essentiale est, quamvis non sit de essentia, ideo non congrue

l a 12–15 (Arist. Lat. 47, 12–14): Denominativa vero dicuntur quaecumque ab aliquo, solo differentia casu, secundum nomen habent appellationem, ut a grammatica grammaticus et a fortitudine fortis.

CaO1P1BrShSiV1 pap 44 *Ca* f. 32rb 55 *Sh* f. 33va

1 secundum[1] – est] et hoc *Br* | unumquodque] animal *add. O1* 2 habet *in marg. Sh*[1] | unoquoque] utroque *Sh* | singillatim] sigulatim *P1* singulari *Br* sigillatim *ShV1 pap* 5 in specie *in marg. O1* 6 vel] ī *Sh* in *add. O1BrSi pap* | quia] non *add. Br* 9 est] sit *O1* | in[3] *om. pap* 13 autem est] tamen hic *Br* | est] hoc *add. Ca* 14 synonyma *ex* symonia *corr. in marg. P1*[1] | sint] sic *Ca* sunt *pap* 18 sunt diversa *inv. pap* 19 Avicenna *an Augustinus legendum? (Vide notam ad locum.)* 21 non *om. V1* | ad *om. Sh* 23 multivoca] multiplicia *Sh* | quando] quia *Br* 25 enim *sup. lin. Sh*[1] 27 autem *Sh pap* enim *CaO1P1BrV1 om. Si* 28 diversis] nominibus *add. pa* 29 Sed] in *add. et exp. P1* | istius] huius *O1Si* 33 dicibile] subicibile *O1* discibile *Si* | primum] primo *p* 34–35 generibus] principiis *pap* 35 genus *om. pap* 35–36 primum *in marg. P1* 37 vero] autem *pap* | necessaria – ratio] rationem univocorum *Br* 40 omnia] omnium *Sh* | reducuntur] dicuntur *Ca* 42 per *om. O1* | universalia] universalium *CaP1* 43 fieri] esse *Br* 44 hoc] quod *Br* 47–48 principali *om. Si* 48 differentia] sunt *add. Br* 48–49 casum inflexum] casus inflexionem *Br* 51 ad *om. Br* | inflexionem] inflectionem *Sh* 52 in – est] est in finis *Sh* | in finis] infimus *CaO1P1* | mutatione] imitatione *CaP1* 53 praepositionis] propositionis *Si* propositionis de *p* | notatur] vocatur *CaO1P1 pa* 55 et – denominatam *in marg. P1*[1] 57 appellationem] denominationem *O1* | unde] et ideo *pap* 59 et[2] *om. p*

10–11 Alb., De V univ. Ed. Colon. t. 1, 1a p. 24 v. 20–36. 73 – p. 25 v. 6, p. 25 v. 35–41. – 19–21 Algazel, Logica (ed. Lohr p. 246 v. 79–82). Ioh. Dam., Dialectica c. 17–18 (ed. Colligan p. 18). In Logica Avicennae definitio multivocorum et diversivocorum non invenitur. Forsan 'Augustinus' pro 'Avicenna' legi oportet, ut R. Andrews editori communicat. Cf. Ps.-Aug., Categoriae decem (Arist. Lat. I, 1–5 p. 136 v. 10–25); aliud exemplum confusionis nominis Augustini et Avicennae infra invenitur p. 93 v. 57. – 23–29 De definitione multivocorum et diversivocorum cf. Alb., De V univ. Ed. Colon. t. 1, 1a p. 10 v. 61 – p. 11 v. 4 (ubi tamen Albertus Algazelem sequens ambas definitiones permutat), Top. l. 1 tr. 2 c. 7 (Ed. Paris. t. 2 p. 261b); cf. etiam Boeth., In Cat. Arist. l. 1 (PL 64, 168C–D) et Kilw., Super Praed. (ed. Conti p. 5 v. 24–33). – 30 Euclid., Elementa l. 1 diff. 1–24; transl. Adelardi versio I (ed. Busard p. 31 v. 3 – p. 32 v. 57). – 35 Circa genus generalissimum cf. Alb., De V univ. Ed. Colon. t. 1, 1a p. 61 v. 5–12. 29–32, p. 62 v. 13–18. 41–43, p. 64 v. 5–77. – 36 De ratione aequivocorum cf. supra p. 3 v. 49 et p. 4 v. 4. – 37 De ratione univocorum cf. supra p. 3 v. 32 et v. 50. – 39–40 Arist., Metaph. l. 9 c. 1 (1045 b 27–31); transl. anon.: Arist. Lat. XXV, 2 p. 168 v. 3–7. – 52–54 Quod praepositio 'de' transitionem et diversitatem notet cf. Alb., Top. l. 2 tr. 1 c. 2 (Ed. Paris. t. 2 p. 295b). – 60–61 Circa naturam proprii cf. Alb., De V univ. Ed. Colon. t. 1, 1a p. 109 v. 53 – p. 110 v. 78.

dicitur homo risibilatus; sed in accidentibus etiam, secundum quod ordinata sunt in generibus suis et speciebus, non recipiunt denominationis rationem; albedo enim nec dicitur alba nec dicitur coloratum, sed dicitur color, et sic est de omnibus aliis. Sed quando aliena natura, quae est post esse alterius, intelligitur et significatur alii quasi circumposita vel composita per unius naturae ad alienam congregationem, tunc fit denominatio, ut dicitur homo albus vel album quod est res alba.

Haec igitur sicut et univoca et aequivoca, quia multitudinem essentiarum significant, competentius diffiniuntur in plurali, ut dicantur 'denominativa', quam in singulari, ut dicatur 'denominativum'. Et additur 'dicuntur', quia totum, quod hic intendimus, ad dici principaliter et non ad esse refertur sicut in physicis et metaphysicis. Et quod additur 'quaecumque', significat indiffinitam accidentium multitudinem, a quibus fit denominatio. Et quod dicit 'ab aliquo', notat nomen illius accidentis, secundum quod in sua puritate et principalitate significatur. Dicit enim Avicenna in VI de naturalibus, ubi agit de anima, quod intellectus accidentis est absolutus, quamvis esse accidentis sit dependens. Et quod subditur 'solo casu differentia', dicitur hic 'casus' quaecumque inflexio nominis secundum finem nominis sive dictionis, sive fiat per derivationem sive fiat per declinationem, ut a 'iustitia' derivatur 'iustus' vel, verius dicendo, a 'iustitia' formatur 'iustus'; quamvis secundum grammaticum 'iustitia' derivetur et formetur a 'iusto', tamen secundum naturam et rationem denominationis et denominati a 'iustitia' formatur 'iustus'. Grammaticus enim vocum modos et formas attendit, et quia in declinatione, cum sic declinatur 'iustus', 'iusti', addito 'tia' fit 'iustitia', ideo dicit iustitiam formari vel derivari a iusto. Hoc enim modo iustum a iustitia formari non potest. Natura autem denominationis e contrario est, quia denominans aliena natura informans et ideo nomen illius naturae praeintelligere oportet, ut fine aliter in dictione inflexo denominatio fiat, sicut iustum dicitur cadens per inflexionem finis a iustitia et album ab albedine, et sic est in omnibus aliis. Fit autem haec inflexio in fine dictionis et non in principio, quia inflexio finis principale significatum non mutat sed modum significandi tantum, ut patet in omni declinatione, quando casus declinantur a recto et a se invicem secundum ordinem casuum. Casus autem a principio dictionis mutaret totum significatum et non tantum significandi modum, sicut si diceretur 'iustitia', 'prudentia' et huiusmodi, in quibus idem finis est et diversum principium et ideo diversum significatum. Et hoc notatur per hoc quod dicitur 'solo casu differentia'. Per hoc enim non differunt in principali significato, sed in modo significandi tantum.

In denominatione igitur haec tria necessaria sunt, scilicet natura aliena subiecto quasi extrinsecus aptata et quasi circumposita, in principali et denominativo eadem res significata et diversus modus significandi.

Quod autem additur 'secundum nomen', intelligitur secundum modum nominis, qui est inflexio finis, qui casus vocatur. Et quod additur 'habent appellationem', per hoc quod dicitur 'habent', notatur habitus quasi extra applicatus. Et quod dicitur 'appellationem' – quae dicitur quasi 'ad-pulsum' et componitur | a praepositione 'ad' et 'pello', 'pellis' – notat quod sicut alienum pulsum sit ad id quod denominatur, sicut et nomen proprium appellatum vocatur proprie, quia ex collectione accidentium ad id

CaO1P1BrShSiV1 pap 61 *Ca* f. 32va

1 risibilatus *illeg. O1* risibilitas *Si* risibilitus *V1* risibilitatus *pap* | sed] hoc *pa om. p* 2 ordinata] ordinabilia *Br* 3 recipiunt] suscipiunt *Sh* 4 dicitur[2] *om. Si* | coloratum] colorata *BrSi pap* 5 est *om. pap* | quando] est *add. P1* 6 est *scr. et exp. P1* 7 alii] alteri *O1Br om. pap* | vel] scilicet *pap* | composita] circumscripta *Br* 8 tunc] enim *add. O1* | fit] sit *Sh* 9 albus *editor cum Si* album *CaO1P1BrShV1 pap* | album] alba *pap* 10 et[1] *om. p* | quia *om. O1* 11 significant] significantur *p* 12 plurali] plus *pa* | ut – denominativa *om. Br* | dicantur] dicatur *CaSh* | in[2] *om. pap* 15 physicis – metaphysicis] praehabitis *pap* | et[2]] in *add. Sh* 17 fit] sit *p* 18 dicit] dicitur *Br p* | notat] notatur *Br* denotat *p* | illius] illis *CaSh om. pap* 20 vi] Naturalium vel *add. Br* | agit] agitur *V1* 21 est absolutus *iter. P1* 22 subditur] dicitur hic *Br* 25 derivationem – declinationem] determinationem *CaO1P1* | sive[2] – declinationem *om. Br* 26 derivatur] determinatur *CaO1* formatur *P1* 27 grammaticum] grammaticam *pap* 28 derivetur] denominetur *P1* | et formetur *om. pap* 30 formatur] forma *Sh* 30–31 vocum *Sh* nomen *CaO1P1Br pa* et nomen et *Si* nomen et *V1* nominum *p* 32 cum] est *CaO1P1Br pa om. p* | declinatur *om. Br* | iusti] .ti *BrShV1 pa* | addito] addita *BrSh pap* 33 vel] sive *Sh* 34 modo *om. P1* | non *om. O1* 36 aliena] alia *Sh* est *add. Si* | aliena natura] est alienam naturam *pap* | informans] est *add. Br* 37 fine *ex* in fine additur *corr. P1[1]* | aliter – inflexo] dictione inflexa alicui *Br* 38 sicut] ut *Sh* | iustum] iustus *Sh p* 39 album] albus *p* | et[2] *om. O1* | in *Sh* ab *cet. codd., edd.* 43 casus declinantur] obliquus declinatur *Br* | declinantur] declinat *pa* declinant *p* 47 huiusmodi] sic de aliis *Br* | finis] terminus *pap* 48 ideo] per consequens *Br* 49 notatur] notandum *SiV1* | per – quod] cum *Br* 49–50 solo – enim *in marg. P1[1]* 50 in[1] principali *iter. P1 corr. P1[1]* 53 quasi] quam *pa om. p* 54 quasi] quam *pa om. p* 54–55 eadem res] cadentes *CaO1P1Br* 55 et *om. Sh* | diversus modus] diversi modi *p* 57 modum] nomen *Br* | qui[1]] quod *Br* | inflexio] nominis *add. Si* | qui[2]] quod *CaBrSh* 59 notatur] vocatur *CaO1* | quasi *om. p* quam *pa* 60 quae dicitur] notatur *Br* 61 a – ad] ab a praepositione *pap* 62 pellis] -lis *O1ShSi* | notat – sicut] quod significat *Br* | sicut *om. Si p* | sit] fit *P1* 63–64 et – proprie] sicut et appellatio vocatur proprie nomen proprium *O1* 63 proprium] et *add. pa* | appellatum] appellatio *CaO1P1Br pap* 64 accidentium *om. Si*

10 Quare aequivoca et univoca convenientius in plurali dicantur cf. supra p. 7 v. 23 et p. 8 v. 28. – 20–22 Avicenna hanc doctrinam de accidente in libro VI De naturalibus (idest De anima) non exponit, sed vide Philos. prima tr. 3 c. 7 (ed. Van Riet p. 149 v. 97 – p. 157 v. 41). Cf. Alb., Metaph. Ed. Colon. t. 16, 2 p. 336 v. 16 sq.: 'Et sic dicit Avicenna, quod intellectus accidentis intellectus est absolutus' (in nota editor refert ad Avic., Metaph. tr. 3 c. 7); Super Ethica. Ed. Colon. t. 14, 1 p. 26 v. 29 sq.: 'dicit Avicenna, quod accidens est, cuius esse est dependens et intellectus eius absolutus' [in nota editor refert ad Avic., Logica (Venetiis 1508 f. 4vb)]; II Sent. d. 3 a. 4 ad 4 (Ed. Paris. t. 27 p. 69a); IV Sent. d. 12 a. 16 ad 12 (Ed. Paris. t. 29 p. 330b) et ad 8 (p. 330a); De corp. dom. d. 6 tr. 1 c. 1 (Ed. Paris. t. 38 p. 385b). H. Jorissen, Transsubstantiationslehre, 9–10. – 52 Circa tria in denominatione necessaria cf. Boeth., In Cat. Arist. l. 1 (PL 64, 168A).

significandum appulsum est. Nomen enim commune propter hoc dicitur appellativum, eo quod in eo multa pelluntur in unum et ideo est commune multorum. Huius autem exemplum est ut a 'grammatica', quod est nomen principale, 'grammaticus' formatur per finis inflexionem et a 'fortitudine' formatur 'fortis', et sic est in omnibus aliis accidentalibus denominationibus.

Ex his autem, quae dicta sunt, patet quod in substantialibus non potest esse denominatio. Substantialia enim omnia pertinent ad eandem naturam. Et si obicitur quod in substantialibus quaedam significantur concrete, quaedam autem abstracte, ut homo et humanitas, in quo videtur 'homo' per inflexionem casus derivari ab 'humanitate', dicendum quod haec inflexio facta est ad similitudinem accidentis et non est de ipsa rei natura; 'homo' enim non praedicatur de sibi subiectis ut ab alio derivatum, sed praedicatur ut esse substantiale eius de quo praedicatur. Et ideo iste modus intelligendi in re non potest poni, sed per assimilationem ad accidens est imaginatus et fictus, ut forma significetur in eo quod est formatum per formam. Hoc igitur est denominativum.

Cap. 5. De divisione ordinabilium in praedicamento et non ordinabilium in praedicamento

Cum autem quaedam sint ordinabilia in praedicamento, quaedam autem non in uno sed in pluribus et quaedam nec in uno nec in pluribus, oportet nos hic divisionem ponere, ut sciamus, | quae pertinent ad praedicabilium ordinem et quae ad praedicabilium non ordinem sed compositionem. Sunt enim praedicabilia per intellectum accepta. Hic ergo intellectus potest esse simplex intelligentia sive simplex per intellectum intuitus, vel potest esse compositus intellectus unum cum alio iungens et componens. Et penes haec duo sumitur divisio, quod *eorum quae dicuntur* et stant sub dictione intellectus, *alia quidem secundum complexionem dicuntur, alia vero* dicuntur *sine complexione*. Quamvis enim res omnes incomplexae sint, tamen compositionem formae cum materia vel praedicati cum subiecto non potest significare intellectus nisi per vocum complexionem. Complexio autem est designatio unius in altero vel non in altero, sicut cum dicitur: *homo currit* vel *homo vincit*. In his enim vocibus notatur cursus inesse homini et victoria, ut actus inest agenti. Et hanc complexionem componens facit intellectus, et non ⟨est⟩ in re per modum compositionis, quae media sit inter hominem agentem et actum eiusdem. *Ea vero quae sine complexione* sunt, exemplariter sunt, sicut cum per se dicimus *homo* et per se *vincit* et per se *currit*, ut in tractatu DE ANTECEDENTIBUS AD LOGICAM satis dictum est, ubi diffinitum est et complexum et incomplexum. Incomplexum autem sub voce acceptum ordinabile in praedicamento aliquo; complexum autem pertinet ad intellectum componentem secundum naturam compositionis.

Aliam autem praemittemus divisionem secundum rationem illam datam, secundum quam aliquid ponitur in

1 a 16 – b 9 (Arist. Lat. 47, 15–48, 7): Eorum quae dicuntur alia quidem secundum complexionem dicuntur, alia vero sine complexione. Et ea quae secundum complexionem dicuntur sunt ut homo currit, homo vincit; ea vero quae sine complexione, ut homo, bos, currit, vincit. Eorum quae sunt alia de subiecto quodam dicuntur, in subiecto vero nullo sunt, ut homo de subiecto quidem dicitur aliquo homine, in subiecto vero nullo est; alia autem in subiecto quidem sunt, de subiecto autem nullo dicuntur (in subiecto autem esse dico quod, cum in aliquo sit non sicut quaedam pars, impossibile est esse sine eo in quo est), ut quaedam grammatica in subiecto quidem est in anima, de subiecto vero nullo dicitur, et quoddam album in subiecto est corpore (omnis enim color in corpore est), de subiecto autem nullo dicitur, alia vero et de subiecto dicuntur et in subiecto sunt, ut scientia in subiecto quidem est in anima, de subiecto vero dicitur ut de grammatica; alia vero neque in subiecto sunt neque de subiecto dicuntur, ut aliqui homo vel aliqui equus; nihil enim horum neque in subiecto est neque de subiecto dicitur. Simpliciter autem quae sunt individua et numero singularia nullo de subiecto dicuntur, in subiecto autem nihil ea prohibet esse; quaedam enim grammatica in subiecto est.

CaO1P1BrShSiV1 pap 28 *Sh* f. 33vb

1 enim] est *CaO1P1* 3 pelluntur] appellantur *O1* 3–4 Huius] verius *pap* 6 formatur *om. Si* | fortis *om. V1* 9 denominatio] denominantia *CaO1P1* 10 omnia] sola *pap* | ad] obiectio *add. p* 14 dicendum] sciendum est *Br* 15 est *om. pap* 17 derivatum – praedicatur] derivetur sed *Br* 18 Et ideo] ut de subiecto *Br* 19 assimilationem] similationem *O1 pap* 20 significetur] significetur et forma *add. CaO1P1* et forma *add. BrSh* et formatum *add. pap* | eo] ea *Sh* 23 ordinabilium *CaSi* ordinabilis *O1P1ShV1* | in praedicamento *om. Br p* 24 ordinabilium *CaSi* ordinabilis *O1P1ShV1* | praedicamento] genere *Br* 25 quaedam] quidam *p* 26–27 et quaedam] quaedam vero *O1 pap* quaedamque *P1* 29 ordinem – praedicabilium *om. (hom.) P1* | non *sup. lin. P1*[1] 31 accepta – intellectus *om. (hom.) P1* 33 potest esse *om. pap* | esse *om. CaO1P1Sh* 35 sub] sic *add. p* | dictione] distinctione *Br* 36 secundum complexionem] sine complexione *pap* | vero] enim *Sh* 37 sine] si non *V1* cum *pap* | omnes] communes *V1* 38 formae] fortem *P1* 39 praedicati] praedicato *Sh* 40 nisi] non *pa* | vocum] notam *pap* 41 in[1]] cum *pap* | non *om. p* | in[2] *om. O1* 42 cum] est *pa* | dicitur] dicimus *Sh* | enim *om. Sh* 43 notatur] vocatur *P1* | victoria] vic(*lac.*) *Ca* 44 inest] est *O1* homini *add. et exp. Ca* 45 est *suppl. editor cum sup. lin. Br*[1] *et p* 48 et[2] *om. p* 49 ut] et *CaO1P1Si* 50 est[2] *sup. lin. Sh*[1] | et[1] *om. BrSiV1 pap* 51 acceptum] conceptum est *pap* est *add. Si* 51–53 ordinabile – componentem *in marg. P1*[1] 55 datam] dictam *pap* | aliquid] aliud *pap*

57 ut[2] *CsCh a om. ed.* 61–62 de[2] – dicitur *Ch om. ed.* 63 de[1] *CsCh om. ed.*

1–3 De nomine appellativo et proprio cf. Prisc., Inst. gramm. l. 2 n. 24–27 (ed. Hertz p. 58–60). – 31–34 Circa intellectum simplicem et compositum cf. Alb., De V univ. Ed. Colon. t. 1, 1a p. 9 v. 45–52. – 45–47 et – eiusdem: Cf. Alb., De V univ. Ed. Colon. t. 1, 1a p. 46 v. 52–56. – 49–50 Alb., De V univ. Ed. Colon. t. 1, 1a p. 9 v. 40–67.

eodem vel diverso praedicamento. Et hanc quidem dabimus quadrimembrem, super duas divisiones bimembres fundatam. Est enim praedicabilium, quae in praedicamento vel ad subiectum unum ordinantur, aliud substantia, aliud accidens; item aliud universale et aliud particulare. Et est accidens universale et accidens particulare, et est substantia universale et substantia, quae est particulare, per coniunctionem membrorum dividentium in duabus divisionibus inductis. Et ideo egreditur quadrimembris divisio, quod *eorum quae sunt* in natura et sua quiditate, *alia de subiecto quodam dicuntur* et non *sunt in subiecto* aliquo, sicut substantia universalis, *sicut homo* universale vel species *de subiecto*, hoc est sibi secundum rectam lineam iacto subter eum, *dicitur*, quando homo dicitur *de aliquo homine*, sicut cum dicitur per individuum vagum: 'aliquis homo est homo', vel per individuum signatum, sicut cum dicitur: 'Socrates est homo'. *In subiecto vero nullo est*, sicut accidens est in subiecto, quod sui esse causam habet subiectum; quando enim homo praedicatur | de aliquo homine, praedicatum est causa et essentia subiecti et non accipit sui esse causam a subiecto. *Alia autem* per oppositionem ad ista *in subiecto quidem sunt*, sed *de nullo dicuntur* ut de subiecto ordinata praedicatione, sed si dicuntur de aliquo, est sicut individuum praedicatur de seipso. Et ut hoc melius intelligatur, explanando dicimus, quid est *esse in subiecto*. In subiecto enim sunt quorum dependentia secundum esse est ad subiectum; et haec sunt quae, *cum in aliquo*, *non* est in eo *sicut quaedam pars* essentialis vel integralis, quia nihil confert ad esse subiecti, in quo est, et *impossibile est esse* secundum actum *sine eo in quo est*, quia ab eo in quo est, accipit esse, quod non habet extra ipsum, sicut accidens, quod, ut vult ARISTOTELES, potius est esse quam essentia. Et huius exemplum est accidens particulare, quod non individuatur nisi per subiectum, *sicut quaedam* vel haec *grammatica*, quae *in subiecto est in anima* sive in quadam anima grammaticam in se habente scientiam, *de subiecto vero nullo dicitur* sive praedicatur nisi particulari praedicatione, quae non est ordinata praedicatio; *et* similiter *quoddam album* vel hoc album *in subiecto est corpore* vel quodam corpore – *omnis enim color in corpore est* determinato, quia, sicut dicitur in libro DE SENSU ET SENSATO, 'color est extremitas perspicui in determinato corpore' –, *de subiecto* vero *nullo dicitur*, cum sit particulare. *Alia vero et de subiecto* quodam *dicuntur et in subiecto* quodam *sunt*, ut accidens universale, *ut scientia in subiecto quidem est in anima*, quia est accidens animae; *de subiecto vero dicitur*, *ut de grammatica*, de qua praedicatur sicut genus de specie. *Alia vero neque in subiecto* quidem *sunt neque de subiecto dicuntur*, sicut substantia particularis, *ut aliquis homo* et *aliquis equus; nihil enim horum*, quae sunt particularia substantiae, *neque in subiecto est neque de subiecto dicitur. Simpliciter* enim et universaliter *quae sunt individua et secundum numerum singularia*, hoc est quae sunt unum numero, *non dicuntur de* aliquo ut *de subiecto*, cum ultima sint in descendendo, et nihil sub se habeant, de quo dicantur. *Nihil* tamen *prohibet*, quin quaedam eorum *in subiecto* sint, quando accidentia particularia sunt; *quaedam enim grammatica* ut Donati *in subiecto est* in hac anima Donati. Hac igitur divisione cognoscuntur ea quae in genere sunt, ut universalia et particularia, et quae praedicantur ut universalia in genere substantiae et quae praedicantur ut particularia in eadem et quae praedicantur ut accidentia in utrisque generibus et quae praedicantur ut particularia.

Si autem quaeritur, quae sit ista divisio, dici potest quod est similis ei quae est generis in species. Cum autem commune dividitur, potius dicitur eorum quae sunt quam eorum quae dicuntur, quia potius sunt ista secundum esse quam secundum dici, quia esse sic vel sic in

CaO1P1BrShSiV1 pap 20 *Ca* f. 32vb

1 quidem *om. p* 5 substantia] et *add. Sh* | item *om. pap* | et *om. O1Br pap* 6–7 Et – particulare *om. (hom.) P1 corr. in marg. P1*[1] 7–8 universale – particulare] universalis et substantia particularis *O1* 7 et[2]] est *add. p* | substantia[2], quae *om. SiV1* 11 de – quodam] quidem de subiecto *Br* 14 rectam] totam *CaO1P1SiV1 pap* | iacto subter] in actu significatum *Br* | subter] subtus *ShSiV1* subicitur *pa* | subter eum *om. p* | eum] cum *CaO1P1* 15–16 individuum] singulare *Br* 16 per *om. Sh* 17 signatum] significatum *pap* 18 vero nullo] non nulla *pa* 19 habet] in subiecto vel *add. Br* | subiectum] subici *Si* 20 est] existens *add. Br* 22 oppositionem] oppositum *P1Br* 24–25 individuum] quod *add. pap* 25 praedicatur] dicitur *Br* | hoc] haec *V1 om. pap* 25–26 intelligatur] intelligantur *V1* 26 quid – subiecto *om. SiV1* | quid est] quidem *Ca* 28 haec – quae] hoc est quod *Si* | cum – aliquo] in aliquo sit *Si* | non est] sunt *(sicut pa)* non sunt *Br pap* 29 in eo *om. Sh* 30 confert] conferunt *Br pap* | est[1]] sunt *Br pap* | est[2]] aliquid huiusmodi *add. pap* 31 sine] sicut in *pa* | quo[1]] qua *pa* | est[1]] sunt *Br* | quo[2]] qua *pa* | est[2]] sunt *Br* 32 esse] omne *pa* 35 vel *om. pap* 36 quae] ut *add. pap* 36–37 quae – grammaticam *om. (hom.) O1* 38 dicitur sive] quae *O1* | sive] quae *P1* vel *Si* quia non *pap* | particulari] particularitatis *Ca* 39–40 similiter] simile *CaO1P1* 40 in] ut *praem. pap* | subiecto] quidem *add. Si* | est] in *add. pap* 41 est *om. O1* 42 dicitur] detur *pa* 46 quidem] quodam *Br om. pap* 47 vero *om. O1* | dicitur *editor cum Br pap* est *CaO1P1ShSiV1* 50 particularis] particularum *pa* | et] vel *pap om. O1P1BrSi* 51 particularia] particularis *pa* particulares *p* 52 est – subiecto *om. (hom.) P1 corr. in marg. P1*[1] 53 universaliter] ultima *Br* universalia *Si* 54 numero] etiam *add. O1* 55–56 ultima – descendendo] in descendendo ultima sint *pap* | descendendo] cum ultima sint *add. CaP1Sh* 56 et – habeant] nec (ne *pa*) habeant sub se *pap* 58 quando] quod *P1 in* quia *corr. sup. lin. P1*[1] 59 est] ut *add. BrSi* | hac *om. pap* 60 ea *om. pap* | ut *om. pap* 61 et[1]] vel *CaBrSh* 61–63 et[2] – particularia *om. (hom.) pap* 63 eadem] eodem *BrSiV1 pap* 66 quaeritur] quaeratur *O1P1BrV1 pa* | sit] est *pap* 69 quia] sed *O1*

15–17 De individuo vago et signato cf. Avic., Logica (Venetiis 1508 f. 12vb). Alb., De V univ. Ed. Colon. t. 1, 1a p. 49 v. 22–51, p. 76 v. 1–6; Phys. Ed. Colon. t. 4, 1 p. 11 v. 72 sqq.: 'oportet nos distinguere inter individuum vagum et individuum signatum'. – 23–25 De praedicatione individui de seipso et praedicatione ordinata cf. Alb., De V univ. Ed. Colon. t. 1, 1a p. 74 v. 17–30. – 33–34 Arist., Metaph. l. 7 c. 4 (1030 a 18 sqq.); transl. anon.: Arist. Lat. XXV, 2 p. 128 v. 14 sqq. Alb., De V univ. Ed. Colon. t. 1, 1a p. 105 v. 39–41. – 38–39 De praedicatione particulari et ordinata cf. supra v. 24 cum nota. – 42 Arist., De sensu et sens. c. 3 (439 b 11–12).

alio vel non in alio causa est eius quod est dici sive praedicari. Et accipiuntur secundum hanc | divisionem, quae sunt in linea praedicamentali ut genus et species et individuum. Et accipiuntur etiam ea quae sunt extra genus ut accidentia et quae secundum accidens praedicantur, sicut ea quae sunt in generibus accidentium praedicantur de substantia.

Si autem obicitur quod subiectum in hac divisione non accipitur in una et eadem ratione, eo quod subiectum accidentis et subiectum universalis non uno modo substant neque habent unam et eandem rationem substandi, dicimus quod una et communis ratio substandi est in utrisque, sed specialis non est una. In hoc enim una est, quod subiectum in se fundat et sustinet praedicatum quantum ad esse verum, quod est esse actuale in natura. Sic enim et secunda substantia est in prima et accidens in subiecto. Differt autem in speciali quoad hoc quod secunda substantia est causa essentiae et esse primae, subiectum autem e contra est causa accidentis secundum esse, quod habet. Haec autem divisio secundum partes, quas habet, notificat, quae et qualiter locantur in linea praedicamentali, sicut DICTUM EST.

Haec igitur omnia ut diffinitiones quaedam his, quae DICENTUR de ordine praedicabilium, praemissa sunt, quia etiam divisiones ad hoc fiunt, ut diffinitiones partium dividentium habeantur, per quas sciatur, qualiter et quo ordine in genere ponenda sunt. |

Cap. 6. De principiis sive suppositionibus quae debent praemitti praedicabilium ordini

Suppositiones autem sunt duae, quae pro principiis praemittendae sunt ordini praedicabilium. Quarum una quidem est quod, *quando alterum de altero praedicatur ut de* proprio sibi in recta linea *subiecto* et directo et substantialiter substante secundum omnium quinque universalium respectum ad ea quae directe sub ipsis sunt, *quaecumque de eo quod praedicatur dicuntur* in recto ordine, *omnia etiam de subiecto* dici sive praedicari necesse est. Et de hoc quidem in scientia DE UNIVERSALIBUS secundum omnem praedicandi modum quinque universalium dedimus exempla. *Ut homo* ut species *praedicatur de quodam homine, animal* autem in eodem ordine *de homine* praedicatur ut genus et substantia de animali, necesse est quod *animal* et substantia *de quodam homine praedicetur*. Similiter rationale praedicatur de quodam homine ut differentia, sensibile autem et vitale et animatum de rationali ut genera differentiae, necesse est quod et haec de quodam homine praedicentur. Similiter risibile de quodam homine praedicatur ut proprium, de risibili autem admirativum ut genus et de hoc suspensum ad apprehensa et adhuc scire secundum naturam desiderans, necesse est quod et haec de quodam homine praedicentur. Similiter album de quodam homine ut accidens praedicatur, de albo autem coloratum, de colorato autem quale quod color

1 b 10–24 (Arist. Lat. 48,8–19): Quando alterum de altero praedicatur ut de subiecto, quaecumque de eo quod praedicatur dicuntur, omnia etiam de subiecto dicuntur, ut homo de quodam homine praedicatur, animal vero de homine, ergo et de quodam homine animal praedicabitur; quidam enim homo et homo est et animal est. Diversorum generum et non subalternatim positorum diversae species et differentiae sunt, ut animalis et scientiae; animalis quidem differentiae sunt ut gressibile et volatile et bipes, scientia vero nulla harum est; neque enim scientia ab scientia differt in eo quod bipes est. Subalternorum vero generum nihil prohibet easdem esse differentias; superiora enim de inferioribus praedicantur, quare quaecumque praedicati differentiae fuerint, eaedem erunt etiam subiecti.

CaO1P1BrShSiV1 pap 2 *Sh* f. 34ra 27 *Ca* f. 33ra

1 vel – alio *om. (hom.) O1P1SiV1 pap* | causa] cum *CaO1P1* 1–2 est[2] – praedicari] dicitur vel praedicatur *Br* 1 sive *CaSh* vel *cet. codd., edd.* 3 et[2]] non *add. pap* 5 genus *in marg. Sh*[1] substantiae *add. Br* | quae *sup. lin. Sh*[1] 7 substantia] subiecto *Br pap* 8 Si autem] et si *Sh* 10 uno] eodem *Br* 15 quantum] quo *pap* | verum] iterum *Sh* | esse[2] *om. O1* | actuale] actu *pap* 16–18 est – substantia *om. (hom.) P1 corr. in marg. P1*[1] 18 quod] est *add. CaSh* | est] in prima et accidens in subiecto quia secunda substantia est *add. Br* | esse] in *add. P1* 19 primae] in prima *O1* pro se subiecti *Br* primum *Si* | e contra *om. O1P1V1 pap* 20 habet] in eo *add. V1* | Haec – divisio] divisio autem *pap* 22 dictum] deinde *pa* 24 de *om. pa* | de ordine] ordini *p* | praemissa] praemissae *Sh* 25–26 partium] et *add. pap* 26 qualiter] quae *Br* 27 sunt] sint *Sh* 28–29 Cap. – ordini *om. V1 pa* 28 sive] vel *p* 29 quae – praemitti] praemittendis *Br* 31 praemittendae *editor cum Br p* praemittenda *CaO1P1ShSiV1 pa* 32 quod *in marg. Sh*[1] 33 directo] directe *Br pap* 35 sub] sunt *pa* 36 dicuntur *om. CaBrSh* 36–40 dicuntur – praedicatur *om. (hom.) O1P1* 36 in *om. pap* | ordine] de praedicato *add. CaSh* scilicet de praedicato dicuntur *add. Br* et substantiali *add. pap* 37 de[1] – praedicari] dici de subiecto *pap* | sive] vel *Sh* | Et – hoc] haec *p* | Et de *om. pa* 39–40 exempla] extra *pa* 40 ut[2]] et *pa* | praedicatur] praedicantur *pa* 42 quod] et *add. Sh* 42–43 quod – quodam] igitur et animal et substantiam de quolibet *Br* 43 homine *om. Sh* | praedicetur] dici *Br* praedicentur *ShSi* 43–44 praedicetur – homine *om. (hom.) p* 43–47 Similiter – praedicentur *om. (hom.) Br* 46 differentiae] et *praem. O1P1SiV1 pap* 48 admirativum] ammi(*lac.*) *Ca* 48–49 admirativum – genus] omni ut genus admirativum *Br* 49 suspensum] suspensivum *p* | suspensum – apprehensa] suspensivum et apprehensivum *Br* | adhuc] de hoc *BrSiV1* 50 scire *om. pap* | desiderans] desiderationis *pap* ideo *add. Br* 50–51 et haec] adhuc *pa* 51 quodam] quolibet *Br* 52 accidens] activum *pa* 53 – p. 15 v. 1 quod – est] secundum colorem *Sh om. O1 pap* | color est] colorem *Ca* colorem habet ideo *Br*

57 species *CsCh* secundum speciem *ed.* | scientia *ReVcCb* scientiae *ed* 58 harum *ChVa a* earum *GlCs* eorum *ed.* 59 inferioribus *Gl* subterioribus *ed.* | praedicantur *CsVa* generibus *praem. ed.*

22 Supra v. 2. – 24 Infra p. 16 v. 44 – p. 17 v. 17. – 38–40 Alb., De V univ. Ed. Colon. t. 1, 1a p. 75 v. 44–47, p. 122 v. 11–34 cum nota. Cf. Avic., Logica (Venetiis 1508 f. 10ra). – 47–48 Quod risibile sit proprium hominis cf. Porph., Isag. (Arist. Lat. I, 6–7 p. 20 v. 1–3). Alb., De V univ. Ed. Colon. t. 1, 1a p. 122 v. 23–27. – 48–49 De admirativo et risibili cf. Alb., De V univ. Ed. Colon. t. 1, 1a p. 105 v. 52–58. – 50 Quod omnis homo secundum naturam scire desideret cf. Arist., Metaph. l. 1 c. 1 (980 a 21).

est, oportet quod et haec de quodam homine praedicentur. Et generaliter dicendo, quaecumque secundum rectam lineam ordinis individui ad speciem et speciei ad genus de praedicato quocumque dici possunt.

Et sicut dicunt AVICENNA et ALGAZEL, in negationibus est similiter, dummodo negentur ea de praedicato, quaecumque sunt secundum formam speciei aut generis praedicato opposita, ut si quidam homo non est lapis, lapis autem inanimatum, necesse est quod quidam homo non sit inanimatum. Similiter est in ordine differentiarum et propriorum et accidentium, sicut si homo est rationale, rationale autem non est insensibile, et sic de aliis, sequitur quod homo non sit insensibile. Et hoc est facile videre in omnibus, sicut si homo est risibile, risibile autem non potest esse non admirativum, sequitur quod quidam homo non potest esse non admirativum. Et si homo est album, album autem non est non coloratum, sequitur quod homo non est non coloratum, et sic est in omnibus. Et hoc principio utimur ad ponendam rectam lineam praedicamentalem et ad sciendum, quae extra lineam sunt praedicamentalem.

Ex his autem facile patet quod haec non sequitur: 'quidam homo est homo, homo est species, ergo quidam homo est species', et 'homo est animal, et animal est genus, ergo homo est genus'. Non enim species praedicatur de homine ut subiecto secundum rectum ordinem praedicamentalem, sed praedicatur de ipso ut accidens extraneum ab hoc ordine, et ideo in tali argumento fallacia accidentis est.

Per hoc etiam principium prima figura invenietur in syllogismis, sicut patebit in doctrina PRIORUM ANALYTICORUM.

Alterum autem principium est quod *diversorum generum et non subalternatim positorum diversae* sunt *species et differentiae* diversae, *sicut* diversa sunt genera *animal et scientia* secundum diversa praedicamenta – unum enim est genus in praedicamento substantiae, quod est animal, alterum autem est genus in praedicamento qualitatis – et non sunt in eadem praedicamenti linea subalternatim posita, ita quod unum directe sub altero contineatur, et ideo diversas habent species et diversas differentias non ad se invicem ut inferius et superius ordinatas. *Animalis* enim species sunt homo et equus, *differentiae* autem *ut gressibile*, quadrupes *et volatile et bipes* et natatile. *Scientia vero nulla harum* specierum vel differentiarum *est*, sed species | scientiae sunt grammatica, logica et physica; differentiae vero demonstrativum, opinativum, probabile et huiusmodi. *Scientia* enim una *non differt* ab alia, *in eo quod* una *bipes sit*, alia non, sed volatilis. Et similiter est de omnibus generibus non subalternatim positis, quae non in eadem continentur linea praedicamentali.

Ad haec tamen, quae DICTA SUNT, instantiae feruntur, sed sophisticae sunt. Quarum prima est de corpore, quod ponitur et species substantiae et species quantitatis, quae sunt diversa | genera et non subalternatim posita. Secunda est de scientia, quae ponitur et species qualitatis et relationis. Tertia est de quadrato, quod est differentia figurae, ut in II EUCLIDIS dicitur, et est differentia numeri, ut dicitur in II ARITHMETICAE. Quarta est de rectangulo, quod ponitur differentia trianguli, ut patet in I EUCLIDIS, et ponitur differentia quadranguli, ut patet EUCLIDIS SECUNDO.

Omnes autem istae instantiae sunt sophisticae, quia corpus, secundum quod est species substantiae et secundum quod est species quantitatis, aequivocum est et

CaO1P1BrShSiV1 pap 46 *Sh* f. 34rb 56 *Ca* f. 33rb

1 oportet] igitur *add. p* 1–2 praedicentur] similiter album de quodam *add. et exp. Ca* 2 dicendo] loquendo *pap* 3 ordinis] ordine *pap* 4 quocumque *om. Br* dicuntur illa etiam de subiecto *in marg. Br*^{1} 5 Avicenna – Algazel] Algazel et Avicenna in logica sua *Br* 5–6 negationibus] incionibus *(!) P1* negatione *Br pap* negativa *V1 lac. Ca* 6 negentur *lac. Ca* 7–8 quaecumque – praedicato *om. (hom.) P1 corr. in marg. P1*^{1} 7 sunt] insunt *Si* 8 opposita *om. SiV1* 9 autem] est *add. p* 11 sicut] sic *Sh* 13–14 et – insensibile *om. (hom.) P1 corr. in marg. P1*^{1} sequitur nec homo insensibile erit *O1* 15 esse *om. CaP1Sh* 16–17 sequitur – admirativum *om. (hom.) Br* 16 potest] possit *pap* | esse *om. Sh* 18–19 sequitur – coloratum *om. (hom.) Br* 20 ponendam] ponendum *BrSi* 23 haec] hoc *CaO1P1Si om. Br pap* 25 et^{2} *om. Ca* 27 ut] de *add. Br* 27–28 rectum – praedicamentalem] rectam lineam praedicamentalem sive rectum ordinem *SiV1* 30 est *om. CaO1P1V1* 31 Per] et *praem. pap* | etiam *om. O1* | invenietur] invenitur *BrSh* 36 diversae *om. BrSh pap corr. in marg. Sh*^{1} | sicut] enim *add. pap* | animal – scientia] animalia et animalia *Br* 37–39 in – genus *om. (hom.) pa* 38–39 substantiae – praedicamento *om. (hom.) P1 corr. in marg. P1*^{1} | quod – autem] et alterum *p* 40 eadem] eodem *Sh* 41 unum *in marg. post* directe *Sh*^{1} 41–42 ideo – et] non habent *pa* 42 diversas^{1} – et] habent *p* | habent] habet *CaO1P1* 43 inferius] in finis *pa* 44 homo et] homini *Ca* | ut *sup. lin. Sh*^{1} 45 et^{2} – natatile *om. pap* | natatile] natabile *O1* | Scientia] scientiae *Br p* | nulla] ullam *pa* 46 sed] haec *pa* hae *p* 47 et *om. Sh* 48 demonstrativum] ut intellectivum *Br* | opinativum] opinabile *pap* 49 in *om. Sh* 50 sit] et *add. pap* | volatilis] volativum *pap* etc. *add. O1* 50–51 omnibus] aliis *add. Br* 51 non^{1} *om. CaP1V1* 52 continentur linea *inv. Sh pap* 54 sunt] tamen *add. O1* 55 et^{1} *om. pap* | substantiae – species *om. (hom.) P1* | species^{2} *om. Br* 55–56 quantitatis] secunda est *add. CaP1Sh* 56–57 quae – posita *om. O1* 58–59 quod – differentia] quae ponitur species *Si* 60 dicitur in *om. pap* | est] autem *Sh* 61–62 ut patet] quod apparet *Br* 62–63 et – Euclidis *om. (hom.) P1 corr. in marg. P1*^{1} 63 patet] habetur *Si* in *add. p* 64 autem *in marg. Sh*^{1} | quia] quod *Sh*

5–6 Haec auctoritas potius ad argumentum praecedens spectat, vide supra p. 14 v. 38 et Alb., De V univ. Ed. Colon. t. 1, 1a p. 122 v. 11. – 14–16 De admirativo et risibili cf. supra p. 14 v. 48. – 23–30 Ex – est: Cf. Boeth., In Cat. Arist. l. 1 (PL 64, 176C–D). – 30 De fallacia accidentis cf. Arist., De sophist. el. c. 5 (166 b 28–30); transl. Boethii: Arist. Lat. VI, 1–3 p. 11 v. 8–10. – 32–33 Alb., Anal. pr. l. 1 tr. 2 c. 2 (Ed. Paris. t. 1 p. 487a–490a). – 53 Ad – accidens: Cf. Kilw., Super Praed. (ed. Conti p. 17 v. 11–18, ad verbum). | Supra v. 34. – 59 Euclid., Elementa l. 1 prop. 45, l. 2 prop. 14; transl. Adelardi versio I (ed. Busard p. 67 v. 824–839, p. 85 v. 361 – p. 86 v. 385). – 60 Boeth., De arithm. l. 2 c. 31. 36 (CCL 94A p. 115 v. 41–45, p. 166 v. 5–15). – 62 Euclid., Elementa l. 1 prop. 46; transl. Adelardi versio I (ed. Busard p. 68 v. 840 – p. 69 v. 872). – 63 Ibid. l. 2 prop. 4; transl. Adelardi versio I (ed. Busard p. 74 v. 65 – p. 75 v. 96) – 65 De instantia de corpore vide supra v. 54.

non sumitur secundum unam rationem. Corpus enim, quod est in genere substantiae, est substantia ubique mensurata tribus diametris ad rectos angulos se secantibus. Secundum autem quod est in genere quantitatis, est ipsa trina dimensio. Similiter scientia relata ad scibile species est relationis, et secundum quod est qualitas scientis, est species qualitatis. Quadratum autem non dicitur de numeris nisi transumptive et non proprie. Similiter autem et rectangulum non eodem modo dicitur de triangulo et quadrangulo. Quadrangulo enim convenit per se et semper, triangulo autem accidit, convenit enim cuidam triangulo et per accidens.

QUIDAM etiam instant de rationali quod, ut dicunt, convenit et mortali et immortali, ut dictum est in scientia DE UNIVERSALIBUS. Sed ad hoc quidam dicunt quod mortale et immortale sunt subalternatim posita in eadem linea praedicamentali; quamvis enim unum horum sub altero non ponatur, tamen ambo ponuntur sub eodem genere superiori sicut sub substantia. Et ita intelligitur, quando dicitur 'non subalternatim positorum', ita scilicet quod sit sensus: diversorum generum et non subalternatim positorum, hoc est non sub eodem communi, quod supra ipsa sit, positorum. Et ita oportet dicere secundum STOICOS et EPICUREOS. In veritate tamen rationale non convenit incorporeo et corporeo secundum unam et eandem rationem, sed hoc determinare est LIBRI CAUSARUM.

Subalternorum vero generum, quorum vel unum ponitur sub altero vel ambo ponuntur sub uno superiori communi genere, *nihil prohibet easdem esse differentias*. *Superiora enim* genera *de inferioribus praedicantur*. Propter quod secundum principium PRIUS INDUCTUM *quaecumque* praedicantur de ipso praedicato *differentiae* ut divisivae, praedicantur *etiam de subiecto*, quod supponitur ut species illi generi, ut constitutivae. Sed divisivae de genere praedicantur sub disiunctione, ut substantia aut corporea aut incorporea. De specie autem supposita altera differentiarum praedicatur ut constitutiva, ut de corpore corporeum et de animali animatum sensibile. Haec igitur sunt quae ut suppositiones praemittere voluimus ordinationi praedicabilium.

Cap. 7. De enumeratione generum in quae praedicabilia reducuntur

His ita praemissis iam genera, in quae praedicabilium universitas reduci habet, numeremus. Dicimus igitur quod *eorum quae secundum nullam complexionem dicuntur* – ita quod nec habent complexionem orationis perfectae nec imperfectae nec complexionem diffinitionis, sed simpliciter incomplexa sunt, unum tantum significantia et nihil cum ipso – *singulum* secundum seipsum indivisibili intelligentia acceptum *aut substantiam significat aut quantitatem*

1 b 25 – 2 a 9 (Arist. Lat. 48,20–31): Eorum quae secundum nullam complexionem dicuntur singulum aut substantiam significat aut quantitatem aut qualitatem aut ad aliquid aut ubi aut quando aut situm esse aut habitum aut facere aut pati. Est autem substantia quidem, ut figuraliter dicatur, ut homo, equus; quantitas ut bicubitum, tricubitum; qualitas ut album; ad aliquid ut duplum, maius; ubi vero ut in loco; quando autem ut heri; situm vero esse ut sedet, iacet; habere autem ut calciatus, armatus; facere vero ut secare, urere; pati vero ut secari, uri. Singula igitur eorum quae dicta sunt ipsa quidem secundum se in nulla affirmatione dicuntur, horum autem ad se invicem complexione affirmatio fit. Videtur autem omnis affirmatio vel falsa esse vel vera; eorum autem quae secundum nullam complexionem dicuntur neque vera neque falsa sunt, ut homo, album, currit.

CaO1P1BrShSiV1 pap

1 unam] et eandem *add. Br* 2 est[2] substantia *om. O1* | ubique] ubi quod *CaO1P1 om. Br pap* 3 mensurata] mensura *O1* 3–4 secantibus *editor cum p* intersecantibus *Br* secantes *CaO1P1ShSiV1 pa* 4 est *om. CaO1P1Sh* 7 species] in genere *pap* 8 nisi *ex* enim(?) *corr. sup. lin. Ca*[1] non *pa* 10 et] de *add. pap* 10–11 enim convenit] autem competit *Br* 11 autem *sup. lin. Sh*[1] vero *O1* | convenit] quaeritur *pap* 12 cuidam *om. pap* 14 et[1] *om. O1Sh pap* 15 dicunt] dicuntur *pa* 16 mortale – immortale] alterna et subalterna *pap* | et] quod *Ca* | et immortale *om. P1 corr. in marg. P1*[1] | sunt *om. V1* | posita] et *add. p* 21 scilicet *om. pap* 22 non *om. Si* | eodem] genere *add. O1* 23 sit, positorum] ponitur *Br* 26 hoc] hic *V1* 27 libri] in libro *p* 28 quorum *om. Si* 30 genere] generi *Sh* | easdem *ex* eadem *corr. sup. lin. Sh*[1] 33 differentiae ut *inv. Br* | ut] vel praedicantur *Si* 34–35 quod – generi *om. pap* 39 animatum] et *add. p* 40 voluimus] volumus *pap* 40–41 ordinationi] coordinationi *Sh* 42–43 De – reducuntur *om. pa* 44 quae] qua *CaO1P1SiV1 pa* 45 numeremus] inveniemus *O1P1 pap* 47 nec *sup. lin. Ca*[1] non *Si* 49 sunt] si *add. et exp. Ca* 49–50 unum – ipso *om. SiV1* 49 significantia *editor cum p* significantes *CaO1P1Sh pa* significatum *Br* 50 seipsum] in *add. pap* 50–51 intelligentia *om. pap*

53 esse *CsCh om. ed.* 55 esse *CsCh om. ed.* | autem[2] *Gl a om. ed.* 56 vero *Ch a om. ed.*

1–4 De hac corporis definitione cf. Alb., Metaph. Ed. Colon. t. 16, 1 p. 46 v. 60–64, p. 5 v. 35–38, p. 252 v. 25–26; De caelo et mundo. Ed. Colon. t. 5, 1 p. 238 v. 11–14: 'constat enim corpus constitui a corporeitate, quae fit ex trium diametrorum intersecatione facta ad angulos rectos, sicut saepius diximus in aliis locis ab isto' (cum nota). – 5 De instantia de scientia cf. supra p. 15 v. 57. – 7 De instantia de quadrato cf. supra p. 15 v. 58. – 13–23 Quidam: Cf. Kilw., Super Praed. (ed. Conti p. 17 v. 19–23): 'possunt quidam'. – 15 Porph., Isag. (Arist. Lat. I, 6–7 p. 18 v. 3–5). Alb., De V univ. Ed. Colon. t. 1, 1a p. 97–100. – 23–27 Stoici et Epicurei deos ut animalia rationalia considerant. Cf. Alb., De V univ. Ed. Colon. t. 1, 1a p. 11 v. 60 – p. 12 v. 1 cum nota editoris, p. 62 v. 68–72 ('propter Stoicos et Epicureos qui deos [...] animalia rationalia esse dicebant'), p. 103 v. 50, p. 122 v. 49, p. 136 v. 48. Refutatio theologiae materialisticae Stoicorum et Epicureorum invenitur apud Alb., De causis et proc. univ. Ed. Colon. t. 17, 2 p. 92 v. 55 sq., p. 129 v. 58–61, p. 191 v. 27–29. Vide etiam C. Steel, Albert's Use of Kilwardby's Notulae, 485–492. – 32 Supra p. 14 v. 31. – 33–35 Circa differentias divisivas et constitutivas cf. Porph., Isag. (Arist. Lat. I, 6–7 p. 16 v. 20 – p. 17 v. 13). Alb., De V univ. Ed. Colon. t. 1, 1a p. 86 v. 1–72, p. 87 v. 50–64.

aut qualitatem aut ad aliquid aut ubi aut quando aut situm esse aut habitum aut significat *facere aut* significat *pati.* Horum autem, *ut figuraliter* sive superficialiter sit dicere, per exemplorum positionem horum manifestatio: *substantia quidem ut homo* et quaelibet res per se existens; *quantitas ut bicubitum et tricubitum* et quodlibet quod discrete vel continue mensurat magnitudinem vel multitudinem; *qualitas* autem est *ut album* vel nigrum et alia his similia; *ad aliquid* autem sive relativum *ut duplum*, dimidium, aequale, *maius* et minus et huiusmodi; *ubi vero ut in loco* sicut in foro vel in theatro vel sursum et deorsum et huiusmodi, *quando* vero *ut heri* vel hodie et cras vel olim et nunc et huiusmodi; *situm vero esse* vel positum est *ut sedet, iacet*, stat et huiusmodi; *habere autem ut calciatus*, | tunicatus, *armatus*, indutus et huiusmodi; *facere vero* est *ut secare* vel *urere; pati vero* est *ut secari* vel *uri*, calefieri, infrigidari et huiusmodi.

Ad haec autem omnia habent reduci praedicabilia sicut ad prima suae coordinationis genera et prima rerum illius generis principia. Quamvis enim MULTI laboraverunt, ut rationem ponant, quare numerus principiorum omnium rerum stat in decem, nos tamen quantum possumus, studebimus ex propriis horum generum modis praedicandi ostendere | huius numeri rationem. Praenotandum igitur est quod iste numerus non est nisi praedicabilium, quae ut universalia de subiectis praedicantur. Propter quod si aliquid est, quod de nullo praedicatur ut universale nec de ipso potest aliquid praedicari ut de subiecto et particulari vel specie, illud non est in aliquo istorum generum, sed est ante haec et causa omnium istorum, sicut causa prima, Deus scilicet, omnia excedens, qui nec est universale nec particulare, nec species nec genus nec differentia, nec potentia nec actus alicuius, et breviter non est aliquid ut essentia vel ut accidens alicuius, sed est omnium efficiens et causale principium per suam scientiam activam et per intellectum universaliter agentem. Haec autem in LIBRO DE CAUSIS habent probari.

Si quae etiam sunt formae separatae res formantes et a rebus separatae et rebus nullo modo miscibiles, ad quas ipsae res sicut ad sigilla quaedam formantur et rebus non insunt, sicut dixit PLATO, illae de rebus non praedicantur, eo quod nihil sunt rerum, et non potest praedicari de aliquo quod nihil ipsius est; illae etiam hoc modo non sunt in genere nec ad aliquod genus reducibiles. Et si dicuntur substantiae, erit aequivocum nomen substantiae ad istas substantias. Hoc autem in PRIMA PHILOSOPHIA habet determinari. Omnia autem, quae universalia sunt vel universalium subiecta – quaecumque aliquo modo sunt in quibusdam, et in quibus ut subiectis sunt quaedam quocumque modo –, illa reducuntur ad ista decem genera quae sunt enumerata et exeunt ab eis sicut a primis suis essentialibus principiis.

Sunt iterum quaedam non ad unum genus reducibilia, sed sunt in omnibus sicut ens et unum et res et aliquid et huiusmodi, quae dicuntur non genera, sed ut principia quaedam per prius et posterius de generibus istis dicta. Et ista genera primae partes dicuntur illorum et ideo illa non aequaliter praedicantur de istis, sed secundum prius et posterius de istis dicta, ita quod sunt in uno recte et vere et non sunt in aliis nisi per analogiam et proportionem habitudinis, qua se habent ad unum primum ens, quod vere est ens et unum.

Aliqua etiam sunt in pluribus generibus, sed in quocumque sunt, vere sunt illius generis quiddam, sicut motus qui in loco est ubi fluens, in qualitate quale fluens

CaO1P1BrShSiV1 pap 14 *Ca* f. 33va 24 *Sh* f. 34va

2 habitum] habere *Br* | facere *sup. lin. Ca*[1] 3 sit dicere *om. pap* 3–4 exemplorum] extra *pa* 4 positionem] poni *Sh* | horum manifestatio] sit manifestatio est *pap om. Br* 5 quaelibet] quaecumque *pap* | quantitas] autem *add. pap* 6 quodlibet] quod hoc *Sh* 6–7 discrete – continue] commune vel discrete *pa* 8 autem] vero *pap om. O1* | alia – similia] huiusmodi *pap* 10 maius] magis *O1* 13 est] esse *O1P1BrV1 pap* 15 indutus *om. pap* 15–17 facere – huiusmodi *om. (hom.) Br* 15 est *om. Si pap* 16 est *om. SiV1 p* | vel] et *Sh* | et] vel *pap* 18 autem] enim *Sh om. pap* 20 generis *om. O1P1 pap* | enim] autem *ShSiV1* 21–22 numerus principiorum] principium *O1* 22 tamen] autem *Br om. pap* 25 Praenotandum] notandum *pap* 28 potest aliquid *inv. Sh* 32 omnia excedens] excedens omnino *O1* 34 et *sup. lin. Sh*[1] ut *BrV1* ut *add. Sh* | breviter] vere *pap* dicatur *add. Br* | essentia] substantia *p* | essentia vel] essentialis *V1* 34–35 vel ut] velut *CaO1P1* 35 causale] tale *pap* 36 activam] activa *Ca* 36–37 intellectum] essentialiter *add. et exp. P1* 37 Haec] hoc *CaO1P1* 38 habent] habet *CaO1P1* 40 et rebus *om. pap* 41 sigilla] singula *Sh* 43 et] quia *Br* | potest *om. Sh* 44 praedicari – aliquo] aliquid de aliquo praedicari *pap* 45 hoc *om. pa* | hoc modo *om. p* | in genere *om. Sh* 48 autem *sup. lin. Sh*[1] 50 in[1]] subiecto et in *add. Br* | ut] in *add. Br pap* 51 subiectis *ex* subiectum *corr. in marg. Sh*[2] | quaedam *om. pap* 52 decem] quinque *pa* | enumerata] numerata *pap* 56 et huiusmodi *om. pap* | quae dicuntur *iter. Sh* 59 ideo *om. p* | ideo – non] non illa nec *pa* 60 de istis *om. pap* 62 qua] quae *O1P1* quia *p* 63 primum] et *add. CaSh* ut *add. Br* | primum – unum *om. (hom.) SiV1* principium *pap* | ens[1] *ex* eos *corr. in marg. Ca*[1] | quod] et *add. O1P1* 64 generibus] similibus *O1 om. Br* 65 sunt[2]] sicut *add. Sh transp. Br om. p* | quiddam] quidem sunt *Br om. pap* 66 ubi *om. Si* | fluens[1]] et *add. Sh*

19–20 Quod decem sint prima principia cf. Porph., Isag. (Arist. Lat. I, 6–7 p. 12 v. 1 sq.). Alb., De V univ. Ed. Colon. t. 1, 1a p. 69 v. 27–66. – 20 Quaestio de sufficientia X praedicamentorum saepius disputata est a commentatoribus. Vide: Kilw., Super Praed. (ed. Conti p. 18 v. 31 sq.): 'de numero praedicamentorum'. – 21–22 Quod numerus principiorum rerum in decem stet cf. Alb., De V univ. Ed. Colon. t. 1, 1a p. 69 v. 65 sq. – 37–38 Alb., De causis et proc. univ. Ed. Colon. t. 17, 2 p. 25 v. 9 – p. 58 v. 30 (l. 1 tr. 2–4): 'de causa prima'. – 42 Plato, Tim. 50B–D; transl. Chalc. (ed. Waszink p. 48 v. 2–12). Cf. Alb., Phys. Ed. Colon. t. 4, 1 p. 99 v. 47–50; Metaph. Ed. Colon. t. 16, 1 p. 117 v. 28 sqq.; De causis et proc. univ. Ed. Colon. t. 17, 2 p. 8 v. 72 – p. 9 v. 10; De V univ. Ed. Colon. t. 1, 1a p. 25 v. 52–63. – 48 Arist., Metaph. l. 9 c. 1 (1045 b 27 sqq.); transl. anon.: Arist. Lat. XXV, 2 p. 168 v. 3 sqq. Cf. Alb., Metaph. Ed. Colon. t. 16, 2 p. 379 v. 7 sqq. (l. 7 tr. 5 c. 4: ' quod ideae sensibilium sunt singularia, de quibus nec est diffinitio neque demonstratio, ex quo sequitur quod non sunt universalia'). – 58–63 Circa communitatem analogiae cf. Alb., De V univ. Ed. Colon. t. 1, 1a p. 39 v. 40–48, p. 69 v. 27–62.

et in quantitate quantum fluens. Et ipsa mutatio in substantia est aliquo modo substantia fluens.

His ita praelibatis dicamus quod praedicabile de aliquo aut est substantia aut accidens; et haec divisio est per opposita immediate, quae reducuntur ad affirmationem et negationem, sicut ens per se et non per se ens. Ens autem per se ut per se ens praedicabile est substantia et est genus omnium primum et aliorum omnium quoddam principium. Ens autem non per se praedicabile vel subicibile est accidens de necessitate, et hoc est ens in alio ut in subiecto, quod in duo secundum Aristotelem dividi habet. Accidens enim aut est accidens secundum inesse aut secundum aliquem modum ad aliud se habere.

Si autem est accidens sive ad-cadens secundum absolute inesse, tunc aut inest secundum materiam, quae potentia divisibilis est et extensibilis et numerabilis ad formarum susceptionem, quae, inquam, potentia primo invenitur in materia, aut inest absolute secundum potentiam formae, quae est perfectiva materiae ad actum et operationem. Si autem primo modo inest, tunc est quantitas, et si secundo modo inest, tunc est qualitas, quae dispositio est substantiae ad operationes aliquas et ad actus.

Si autem non est accidens secundum inesse absolutum, sed cadit ad substantiam secundum id quod est aliquo modo se habere substantiam ad aliud, tunc non | potest esse nisi duobus modis: aut illud aliquo modo se habere ad aliud causatur a substantia comparata ad aliud aut ab alio extrinseco comparato ad substantiam, de qua praedicatur. Si primo, tunc iterum non est nisi duobus modis: aut enim est in comparatione simplici ad aliquid aut secundum comparationem partium ad totum in seipso consideratum. Et si est secundo modo, tunc est situs vel positio. Si autem est primo modo, aut secundum comparationem ortam a forma, aut secundum comparationem ortam a materia, aut secundum comparationem ortam a toto simul. Et si est praedicabile secundum comparationem ortam a forma, est actio; unde dicit Averroes in commento super physicam Aristotelis quod actio nihil aliud est nisi 'comparatio agentis ad patiens'. Si autem comparatio illa est orta a materia, tunc est pati; propter quod idem Averroes dicit quod passio est comparatio patientis ad agens, secundum quod agens est. Si autem oritur a toto, non potest oriri nisi per aliquem actum totius, quo innascitur comparatio illa, et tunc est ad aliquid sive relatio. Si autem oritur comparatio ab aliquo extrinseco comparato ad subiectum, de quo fit praedicatio, illud extrinsecum aut est adiacens tantum, aut adiacens et applicatum. Si autem est adiacens tantum et ex adiacentia simplici comparatum, aut est adiacens ei quod est in quiete, aut est adiacens ei quod est esse, quod est cum motu et esse distenso. Si primo quidem est ortum ab adiacentia extrinseci, tunc est ubi. Si autem | comparatio orta est ab adiacentia extrinseci secundo modo, tunc est praedicamentum quando. Si autem oritur ab adiacente extrinseco et applicato, tunc est praedicamentum habitus. Nec possunt plura praedicari secundum adiacentia extrinsecus.

Est autem advertendum quod *singula eorum quae dicta sunt*, quando ut singula et incomplexa accipiuntur, *in nulla dicuntur affirmatione* vel negatione, quia affirmatio non est nisi alicuius praedicati de aliquo, negatio autem non est nisi divisionis assertio, divisionis, dico, alicuius ab aliquo. *Horum enim* praedicabilium *complexione* vel compositione *ad invicem* vel divisione ab invicem *fit affirmatio* vel negatio et sine his fieri non potest. Propter

CaO1P1BrShSiV1 pap 27 *Ca* f. 33vb 55 *Sh* f. 34vb

3 dicimus] dicimus *p* 3–4 de aliquo *in marg. Sh*^{1} 4 aut^{1} *ex* dico *corr. in marg. Ca*^{1} | est^{1} *om. CaSh* | aut^{2}] est *add. pap* | et haec *om. P1* 6 ens^{2} *om. pap* 8 est] enim *Sh* | aliorum *om. O1* 10 vel subicibile *om. P1* 11–12 secundum Aristotelem] sicut dicit Aristoteles *Si* 12 dividi] potest *add. et exp. Sh* | enim] autem *O1* quidem *pap* 12–13 secundum] absolute *add. SiV1* 15 ad-cadens] aliquid (aliquod *pap*) cadens *Ca*^{1}*O1P1 pap* ad aliquid cadens *SiV1* 18 susceptionem] receptionem *Si* | inquam] in quantum *BrSiV1 pap* 21 autem *om. p* | tunc] sic *p* 21–22 tunc – inest *om. (hom.) pa* 22 et si] si autem *SiV1 p* 23 quae] diffinitio *add. V1* | substantiae *om. P1* 25 est accidens] inest *om. Br* | inesse] esse *Br pap* 26 sed] hoc *pap* | est *sup. lin. Sh*^{1} se *add. CaO1P1Sh* 27 modo *om. CaSh* 28 illud] enim id *pap* | modo *om. CaP1Sh* 29–30 ad^{2} aliud *in marg. P1*^{1} 30 alio] illo *pap* 31 primo] modo *add. BrSiV1 pap* 32 enim *om. Sh* 33 aliquid] aliud *Br pap* | aut *ex* ad *corr. in marg. Sh*^{2} | partium *om. O1* 35 tunc *om. p* | modo *om. SiV1 p* | aut] est *add. Si* 36 forma] materia *Br* toto simul *Si* | aut] vel *Sh* 36–37 aut – materia *om. (hom.) O1P1V1 pap* 37 materia] forma *Br* 40 unde] ut *Br* 45 autem] aut *Sh* | toto] tunc *add. Br* 46 actum] actus *CaO1P1Sh* 47 autem] aut *Sh* 48 oritur] est *add. O1* 50 est *om. CaSh* 52–53 quod – ei *om. (hom.) pap* 52 quiete] quieto *CaO1P1Sh* 53 quod^{2} – motu] cum motus *Si* | quod^{2} est *lac. Br* 54 distenso *sup. lin. Br*^{1} | quidem] modo *add. Br praem. Sh* | ab] ad *P1* 54–55 extrinseci] extrinseca *Sh p* 56 extrinseci] extrinseca *Sh* si *add. O1* 57 autem] aut *Sh* | oritur *om. Sh* 59 secundum] ex *add. Sh* | adiacentia] adiacentiam *SiV1* 59–60 adiacentia extrinsecus] adiacentiam extrinsecam *pap* 61 autem] tamen *Br* | eorum *om. Br* 64 alicuius] unius *pap* 65 nisi *om. CaP1* | assertio *editor cum Br* assensio *CaO1P1* ostensio *ShSiV1 pap* 67 vel – invicem *om. (hom.) SiV1 pap* 68 – p. 19 v. 1 et – negatio *om. (hom.) BrSi* 68 his fieri] huius termini *pa* huiusmodi terminus praedicari *p*

8–9 Quod substantia sit genus omnium primum cf. Porph., Isag. (Arist. Lat. I, 6–7 p. 10 v. 8 sq.). Alb., De V univ. Ed. Colon. t. 1, 1a p. 62 v. 13–46, p. 64 v. 32–60, p. 65 v. 46 – p. 66 v. 13. – 9–14 De distinctione accidentis secundum inesse absolutum et secundum esse comparationis ad aliud cf. Porph., Isag. (Arist. Lat. I, 6–7 p. 26 v. 1–2): 'accidentia in eo quod quale aliquid est vel quomodo se habeat unumquodque [praedicantur]'. Alb., De V univ. Ed. Colon. t. 1, 1a p. 131 v. 50–62, p. 140 v. 1–6. – 15 Quod accidens ad-cadens dicatur cf. Alb., De V univ. Ed. Colon. t. 1, 1a p. 119 v. 42–50. – 22–24 Quod qualitas sit dispositio entis cf. Alb., De V univ. Ed. Colon. t. 1, 1a p. 11 v. 18 sq., p. 69 v. 47 sq. – 40–42 Averr., Phys. l. 3 comm. 18 (Venetiis 1562 f. 92H). Cf. Alb., Phys. Ed. Colon. t. 4, 1 p. 154 v. 53–55. – 68 – p. 19 v. 4 Quod affirmatio et negatio non sint in rebus, sed in intellectu vide supra p. 12 v. 44. Cf. Alb., De V univ. Ed. Colon. t. 1, 1a p. 9 v. 40–52, p. 46 v. 46–59.

quod affirmatio et negatio non sunt formaliter et actualiter in rebus, sed in anima sive intellectu componente aliquid cum aliquo vel dividente aliquid ab aliquo. Propter quod *omnis affirmatio videtur vera esse vel falsa* et similiter omnis negatio. Propter quod etiam in QUINTO PRIMAE PHILOSOPHIAE dicitur quod 'verum et falsum sunt in anima et non in rebus'. Et hoc est verum de hoc vero quod est adaequatio rerum complexarum cum intellectu componente, in quibus falsitas nihil aliud est nisi inaequalitas rei complexae cum intellectu complectente vel dividente. Ea autem quae sunt de numero *eorum quae secundum nullam complexionem dicuntur*, sed incomplexa indivisibili intuitu intellectus accipiuntur, hoc modo veritatis vel falsitatis *neque vera sunt neque falsa.* Incomplexa autem sunt *ut homo, album, currit, vincit.* Possunt tamen alio modo vera esse vel falsa, secundum quod 'verum' DICIMUS purum, alienae naturae non permixtum, vel existens et non apparens tantum, sicut dicimus 'verum aurum alienae naturae non permixtum' et dicimus verum esse et in veritate quod ita existit actu, sicut apparet, et dicimus vanum phantasma esse quod apparet et non existit, sicut lemures et somnia et melancholicis visa. Verum enim sic cum ente convertitur et opponitur impuro et vano. Hinc est quod ARISTOTELES in III DE ANIMA dicit quod 'intelligentia indivisibilium est, in quibus non est' verum. 'In quibus autem verum et falsum est, iam compositio quaedam intellectuum est'.

CaO1P1BrShSiV1 pap

1–2 et[2] – rebus] in rebus et actualiter *Sh* 5 quod *in marg. Sh*[1] 5–6 quinto] 6 *p* 9–11 in – complectente *om. pap* 10 complexae] incomplexae *O1P1* | intellectu] componente *add. O1P1SiV1* 11 autem] vero *Sh* 12 sed] sunt *Br* 13 incomplexa] incomplexo et *pap* et *add. Br* | accipiuntur] accipiunt *P1* quae *add. Br* 15 vincit *om. pap* 20–21 existit] existat *Sh* 21 actu] secundum actum *pap* | vanum] pannum *pa* verum *p* | vanum phantasma] verum fantasticum *Br* | phantasma] fantasmata *Si* 22 sicut] sic *O1* | lemures *editor cum Sh* (lemores) *p* phantasmata *O1P1V1 pa* fantasma *Si lac. Ca om. Br* 23 cum ente] currente *Ca* 24 et[1] opponitur *om. pa* | opponitur] repugnat *p* | impuro] in puro *CaP1 pa* | vano – est] vero *Br* | Hinc – quod] hic est ipse *pa* | est] enim *Sh* 25 in iii *om. P1* | intelligentia] et *add. P1*

5–6 Immo: Arist., Metaph. l. 6 c. 4 (1027 b 25–27); transl. anon.: Arist. Lat. XXV, 2 p. 122 v. 1–2. – 8–9 De ista veri definitione cf. Avic., Metaph. l. 1 c. 8 (ed. Van Riet p. 55 v. 56 sq.). Alb., Metaph. Ed. Colon. t. 16, 1 p. 205 v. 66 cum nota 66–67; De resurr. Ed. Colon. t. 26 p. 248 nota 63; De bono. Ed. Colon. t. 28 p. 15 nota 63. – 17–20 Alb., De V univ. Ed. Colon. t. 1, 1a p. 35 v. 31 sq.; De bono. Ed. Colon. t. 28 p. 15 v. 39 sq. – 24–28 Hinc – est: Arist., De anima l. 3 c. 6 (430 a 26–28); transl. vetus: Alb., De anima. Ed. Colon. t. 7, 1 p. 207 v. 54 sq., p. 207 v. 23–37. Cf. Alb., De bono. Ed. Colon. t. 28 p. 15 v. 50–53.

TRACTATUS SECUNDUS LIBRI PRAEDICAMENTORUM

DE SUBSTANTIA, QUAE EST PRIMUM PRAEDICABILE

Cap. 1. In qua significatione substantia accipiatur, secundum quod primum praedicabile esse dicitur

Iam de praedicabilibus secundum coordinationem eorum ad unum, quod est generalissimum in ordine illo, tractandum. Quia autem omnium primum est substantia, ideo primum de substantia dicamus. Est autem | substantiae triplex consideratio: Una quidem, secundum quod substantia est pars entis prima et principalis, quae in se vere est et causa est omnibus aliis existendi. Secunda autem, secundum quod substantia praedicabile est primum, ad quod est reductio omnium praedicabilium suae coordinationis. Tertia autem, secundum quod substantia primum subiectum est, ad quod sicut ad subiectum omnium quocumque modo praedicabilium est reductio sicut ad id de quo est praedicatio.

Primo quidem igitur modo substantia est ens per se existens, nec in alio nec ab alio suae existentiae causam habens. Et hoc modo substantia est primum et vere ens et est essentia invariabilis et incorruptibilis, quae omnibus aliis causa est existendi. Est autem actus simplex primae causae, per quem omnia subsistunt, quae per se sunt; et hunc actum ad similitudinem suae substantiae producit prima causa, et est per se existens, quia non per aliud vel ab alio est, quod sit causatum, sed ipsum est causatum primum in modo existendi ad similitudinem primae substantiae productum. Et haec substantia simplex est essentia, sicut habetur ex LIBRO CAUSARUM. Et haec substantia secundum processum et distantiam a prima causa accipit compositionem et materialitatem et variabilitatem et potentialitatem et particularitatem [et compositionem], quorum nihil habet secundum hoc quod in prima causa est et secundum hoc quod est ab ipsa. Et sic de substantia agitur, ubi sensibilis substantia ad insensibilem reducitur et insensibilis ad intellectualem et intellectualis ad divinam. Cuiusmodi tractatus de substantia ad primum pertinet philosophum.

Secundo modo substantia est primum commune praedicabile, ad quod omne praedicabile, quod est substantia, reducitur. Et quia nihil praedicatur de aliquo, nisi quod est totum ipsum et forma totius, quae totum dicit ipsum et esse ipsius, secundum quod est in potentia vel actu, subiectum autem primum in substantia, de quo omnia alia praedicantur, sit compositum, oportet quod et primum praedicatum sit compositum et sit forma totius, totum esse totius dicens, secundum quod esse ipsius totum in primo praedicato potest designari. Et haec est substantia, de qua intendit logicus. Haec autem substantia est primum, quod subicitur vel supponitur in tota coordinatione eorum quae substantia dicuntur, formabile differentiis in species et genera subalterna per ordinem descensus in species specialissimas et in individua. Hoc enim est genus informe formabile in omnia, |

CaO1P1BrShSiV1 pap 11 *Ca* f. 34ra 57 *Sh* f. 35ra

2 libri praedicamentorum *om. Br p* 3 quae] quod *O1P1V1* 4 praedicabile] praedicamentum *SiV1* 5 qua significatione] quot significationibus *Br* 6–7 secundum – dicitur *om. Br p* 7 esse *om. O1P1SiV1* | dicitur] inter omnia praedicabilia et per se et per accidens *add. P1* 8 coordinationem] praedicationem *O1* ordinem *Br* ordinationem *pap* 9 est] genus *add. Br* 10 tractandum] est *add. pap* | Quia] quod *O1Sh* | autem omnium] ante omnia *Br* | primum] prima *pap* 11 ideo] et dixit *scr. et exp. Ca* | primum] primo *Br pap* 12 consideratio *ex* considerationem *corr. P1*[1] 12–13 secundum quod *lac. CaP1 om. O1* 14 vere] vera *O1 pap* verum *SiV1* | existendi] existentibus *pa* 17 coordinationis] ordinationis *O1* 18–19 sicut ad *om. Si* 22 existens, nec] non existens vere *Br* | nec[1]] nullo *Ca* 22–23 causam habens] sumens causam *Br* 23 habens *om. CaP1* 24 quae] in *add. P1* 25 Est[2] autem] quoniam est *Br* 27 hunc] habet *pa* talem *p* 28 causa *om. Sh* 31 primae *om. O1* | substantia] essentia *O1* 32 essentia] substantia *O1* 33–34 et[2] – et] habet *p om. pa* 35–36 potentialitatem – compositionem] particularitatem *Br pap* 35 potentialitatem et *om. O1* 35–36 et[3] compositionem *del. editor* 36 hoc *om. pap* 38 substantia[2] *om. O1* 40 Cuiusmodi] cuius *O1 pa* 41 ad – philosophum *in marg. Sh* 43 ad – praedicabile *om. (hom.) V1* 45 ipsum] ipsius *p* 46 ipsum] ipsius *p* | secundum *om. pap* 47 vel] in *add. Sh* | actu] cum *add. pap* | autem] cum autem subiectum *Br* 48 alia *om. Br* | sit] cum *praem. Si om. Sh* 48–49 oportet – compositum *om. (hom.) Br* 49 et[1]] proprium *add. O1P1 pap* | sit[2] *om. O1 pap* 50 esse[2]] est *pap* 51 primo] quo *pa* | primo praedicato] quo praedicatio *p* | designari] designare *pa* 54 dicuntur] dicitur *pap* et *add. O1* 54–55 formabile differentiis] formale differentias *pa* 56 in[1]] et *Br p* | in[2] *om. BrSi p* 57 informe *om. Br pap* | informe formabile] informabile *CaO1P1* | formabile] formale *pa*

32 Liber de causis § 26 (27) et Alb., De causis et proc. univ. Ed. Colon. t. 17, 2 p. 178 v. 29 – p. 179 v. 4: 'quod substantia stans per se ipsam simplex est'.

quae sunt suae coordinationis genera et species et individua. Et cuilibet potest patere quod hoc totius illius coordinationis primum principium et est compositum, quia aliter non esset in se et per se existens. Est autem compositum formale a forma, quae dicit totum esse secundum primam notionem substantiae, in qua ratio substantiae intelligi potest.

Si autem quaeritur, quae sint componentia ipsum, cum nihil habeat ante se, ex quo componi possit, dicendum quod nihil extrinsecum sibi ante se habet, intra se tamen habet intellectum componentium ipsum. Est enim ens et est per se, quod addit super ens intellectualem compositionem, quia ex ente est, et ex eo quod est per se, est hoc. Et sic, ut dicit BOETHIUS, aliud habet, quo est, et aliud habet, quo hoc est; et hoc est forma compositionis eius, quae nihil habet materiae, quamvis habeat id quod est et esse.

Et haec est prima notio substantiae, quae de omnibus praedicatur, quae in recta linea praedicamentali sunt in praedicamento substantiae. Sunt tamen quae dicuntur substantiae, non quia hanc substantiae recipiant vel participent rationem, sed quia sunt principia essentialiter constituentia substantiam, sicut forma dicitur substantia et materia dicitur substantia, ut dicit ARISTOTELES in II PHYSICORUM. Sed haec non sunt in substantia secundum rectum ordinem praedicamenti, sed reducuntur ad substantiam ut principia substantiae per hanc DIGNITATEM, quod 'nihil per sui essentiam facit substantiam nisi substantia'. Hoc igitur modo substantia consideratur a logico et est praesentis intentionis.

Tertio autem modo substantia dicitur ab actu substandi; et tunc dicitur substantia, quae per se substat et omnibus aliis, quae substant, dat quod substare possunt. Et hoc modo substantia individua est substantia sola, a qua tamen nulla, ut INFERIUS patebit, est praedicatio, sed omnis subicibilitas omnium, quae quibuscumque subiciuntur, est ab ipsa. Et | quia nos in hoc libro intendimus de praedicabilium secundum suas coordinationes reductione ad unum, ideo hanc substantiam primam oportet ponere, quae tamen ultima est secundum ordinem primo et secundo modo dictae substantiae.

Secundum ergo primam intentionem substantia est essentia, quae nec genus est nec species nec individuum, et est simplex. Secundo autem modo dicta substantia composita est et est primum genus omnibus sequentibus differentiis formabile et determinabile ad esse specierum et individuorum. Tertio autem modo dicta substantia est determinata materia et superficie et loco ad hoc singulare vel illud. Et primo quidem modo substantia nec est quale quid nec hoc aliquid, sed simplex essentia. Secundo autem modo est substantia quale quid, ab eo quod formatur habens quid et a formante habens quale. Tertio autem modo est hoc aliquid. Principia autem talis substantiae propria sunt id quod est quid et formabile, quod est non materia quidem, sed materiae proportionem habens, in eo quod sustinet se formans et in eo quod formabile est, et secundum principium, quod est dans esse, habens proportionem ad actum formae, qui est determinare ad esse et finire et distinguere, sicut dicunt AVICENNA et ALFARABIUS.

Haec autem, quae dicta sunt, valde notanda sunt, quia solvuntur per ea multae quaestiones. Hic igitur tertio et secundo modo tractabimus de substantia, primum modum primo philosopho relinquentes.

CaO1P1BrShSiV1 pap 37 *Ca* f. 34rb

1 suae *om. Si* | et[2] *om. CaO1P1* 2 potest patere *inv. Sh* | hoc] haec *pap* totum *add. Br* 3 coordinationis] est *add. pap* | et] etiam *Br* 4 et *om. O1P1 pap* 5 compositum] formabile vel *add. Br* | quae] autem *O1P1* 10 sibi] ei *pap om. O1* 11 componentium] componentem *Br* 12–13 intellectualem] intelligibilem *Br* 13 est[1] *om. Br* 14 sic *om. pap* 14–15 habet – est] est quo habet quod est hoc *Br* 15 quo[1] – habet *om. (hom.) O1* | et[1] *Sh* aliquid *CaP1BrSiV1 pap* | hoc[2]] haec *pap* 16 quae] quia *pap* 21 substantiae[1]] sed *add. Br* 21–22 recipiant – participent] recipiunt vel participant *p* 22 participent] participant *pa* 28 nihil] quod *add. p* 29 nisi] non *pa* est non *p* 31 substantia dicitur *inv. Sh* 33 substare possunt] est substare *O1P1* substant *pap* | possunt] possint *Br om. Ca* 39 ideo] non *V1* | hanc] habent *pa* | primam] primo *BrShSi* 41 modo *om. CaO1P1BrSiV1* 43 nec[3]] non *Sh* 44 et] sed *pap* | modo] vel *CaO1P1* 45 sequentibus] consequentibus *Sh* 47 substantia *om. P1* 50 nec – aliquid *in marg. P1*[1] 53–54 talis *om. O1P1 pap* 55 non] modo *add. pa* 56 sustinet] in *add. Br* 58 est *sup. lin. Sh*[1] 62 per ea *in marg. Sh*[1] | Hic] hoc *Br* 63 tractabimus] hic *add. CaBrSh*

14 Boeth., De hebdom. (ed. Moreschini p. 188 v. 37–38). Cf. Alb., II Sent. d. 3 a. 4 (Ed. Paris. t. 27 p. 66b): 'quidquid est hoc aliquid, aliud habet quo est, et aliud quo aliquid est'. – 24–25 Arist., Phys. l. 2 c. 1 (193 a 9 sqq.). – 28–29 Arist., Phys. l. 1 c. 6 (189 a 14–15); transl. vetus: Arist. Lat. VII, 1/2 p. 27 v. 53–54. Cf. Alb., Phys. Ed. Colon. t. 4, 1 p. 47 v. 53–54, p. 48 v. 48. 61–62; De V univ. Ed. Colon. t. 1, 1a p. 105 v. 7 sq. – 35 Infra p. 22 v. 6. – 42 Cf. supra p. 20 v. 12 et v. 21. – 44 Cf. supra p. 20 v. 15 et v. 42. – 47 Cf. supra p. 20 v. 17 et v. 31. – 57–60 Avicenna et Alfarabius: Cf. Alb., De gen. et corr. Ed. Colon. t. 5, 2 p. 124 v. 19 ('actum formae quod est terminare et finire') et Metaph. Ed. Colon. t. 16, 1 p. 228 v. 94 ('actu, qui est terminare et finire esse'). De prioritate formae super materiam in ordine essendi vide: Avic., Philos. prima tr. 2 c. 3 (ed. Van Riet p. 92 v. 26 sqq.) et Alfarabius, De scientiis c. 4 n. 1 (ed. Schneider p. 168–169).

Cap. 2. Quae sit et quid sit prima substantia

Incipientes igitur a prima substantia dicimus quod *substantia, quae proprie et principaliter et maxime* tertio modo substantia *dicitur*, *quae neque de* aliquo sibi directo *subiecto*, in quo sit per naturam et intellectum, *praedicatur nec in subiecto* aliquo.

Et per hoc quod dicitur 'proprie' substantia, excluditur substantia, quae non proprie est substantia, sed substantiale primum in quolibet genere, sicut color substantiale est albedini et mensura substantiale est pedis vel cubiti vel alicuius alterius speciei mensurae. Dicitur autem 'principaliter' ad secundae substantiae exclusionem, quae non substantia est ab actu substandi dicta nisi per primam substantiam. Et dicitur 'maxime', eo quod pluribus substat quam aliqua alia, quia substat communiter accidentibus, quae non sunt nisi accidentia individui. Per hoc autem quod 'de subiecto non dicitur' habet quod est individua vere in natura secundum actum existens et non habet intellectus existentiam ut universale. Per hoc autem quod 'non est in subiecto' habet quod est per se ens et non in alio nec ab alio existentiam habens. Haec igitur est prima substantia, cuius exemplum est *ut aliquis homo* et *aliquis equus*.

Quod autem per negationem diffinitur, cum dicitur 'quae neque de subiecto dicitur neque in subiecto est', causa est, quia sicut prima est in substando, ita ultima est in essendo. Et ideo in substando per affirmationem affirmantem aliquid, quod sibi causa esset substandi, diffiniri non potuit. Nec etiam potuit diffiniri per aliquid, quod sibi esset causa de aliquo praedicandi. Hoc enim quod de nullo est, causa est, quare de nullo praedicatur. Ultimum enim in ordine essendi non potest habere aliquid sub se, cui essentialiter insit. Inesse autem essentialiter causa est, quod aliquid de aliquo ut genus vel species essentialiter praedicetur. Perfectum autem esse in actu | ultimo secundum naturam et sustentans omnia alia causa est quod in nullo sit ut accidens. His ergo de causis sic per duas negationes oportuit ipsam diffiniri. Quae tamen negationes infinitae non sunt, quia finiuntur ab his quae in eadem diffinitione ponuntur.

Attende autem quod non est idem 'non dici de subiecto' et 'dici non de subiecto'. 'Non dici enim de subiecto' est quod dici quidem potest et praedicari, sed non habet sub se, in quo sit essentialiter secundum ordinem lineae praedicamenti, de quo praedicetur. 'Dici autem non de subiecto', hoc est quod de aliquo quidem, sed non de subiecto praedicari potest. Et quia a prima substantia nulla est ordinata praedicatio, ideo dicitur quod 'neque de subiecto' est. Quia autem nullo modo sibi convenit inesse, cum alia omnia sibi insint et salventur in esse naturae per hoc quod sibi insunt aliquo modo, ideo impossibile fuit ipsam primam substantiam inesse alicui.

Et sicut DIXIMUS, hoc substantia | 'proprie' est, non 'appropriate'. Quod enim non proprie, sed appropriate substantia est, non secundum naturam et essentialitatem suam substantia est, sed habet ad id, quod est quaedam substantia, proportionalitatem, sicut color se habet ad albedinem, quando diffinitur albedo, et ideo dicit ARISTOTELES in PRIMO TOPICORUM quod, si quis albedine posita dixerit per diffinitionem quod 'positum est colorem esse, quid est dicit, sed quale significat'. Non enim est substantia, sed proportionem habet ad substantiam, quae est causa substantiae, per hoc quod in diffinitione speciei essentialiter est sicut genus in specie, et hoc est quid per similitudinem proportionis et non per naturae veritatem.

2 a 11–14 (Arist. Lat. 48,32–49,1): Substantia autem est, quae proprie et principaliter et maxime dicitur, quae neque de subiecto dicitur neque in subiecto est, ut aliquis homo vel aliquis equus.

CaO1P1BrShSiV1 pap 37 *Sh* f. 35rb 54 *Ca* f. 34va

1–2 Quae – substantia] In qua significatione accipitur substantia prout dicitur esse unum praedicabile *Br* De substantia prima quid sit et declaratio diffinitionis eius *p* 2 quid] quae *Ca* 3 prima substantia *inv. Sh* | substantia] subiecta *p* 4 et[1] – maxime *iter. Sh* | maxime] et *add. pap* 5 dicitur] est illa *add. Br* est *add. pap* | quae] quod *CaO1P1 pa* | directo] directe *Sh* | directo subiecto] subiecto directe *Br* 6 nec] est *add. pap* 7 aliquo] est *add. Br* 8 quod *om. Ca* 9 substantia[2] sed *om. Br* 10 primum] principium *Br* 11 substantiale] substantia *CaO1P1* substantialis *pap* | est[2]] vel *add. Sh* 14 non *om. p* 15 nisi] non *pa om. p* 19 individua] individuum *Br* 20 habet] actus *add. pa* actu *add. p* 21–22 non – quod *om. (hom.) P1 corr. in marg. P1[1]* 22 existentiam] essentiam *Br* 23 Haec] sed *pa* 24 est *om. Si* | et] vel *p om. Br* 26 quae – dicitur *om. (hom.) P1* | est *om. Sh* 28 ideo] ita *Br* 29 affirmantem] affirmative *O1P1* affirmative per *Br* 30–31 per aliquid *om. CaO1P1Sh* 31–32 Hoc – quare] quia *pap* | Hoc – quod] quod enim *Br* 32 quod *om. Si* 34 autem] aut *O1P1* 38 nullo] ullo *pa* | sit *om. Sh* 40 non *om. O1* 41 finiuntur *BrSh* finitae sunt *O1P1SiV1 pap lac. Ca* 42–43 subiecto] altero *Br* 43–44 enim – subiecto] de subiecto enim *Br* 44 potest] habet *Br* 45 sub *om. Br* 47–48 hoc – subiecto *om. (hom.) V1* | de[2] – quia *om. pap* 47 aliquo] alio *Sh* 50 est] dicitur *Br* 51 alia omnia *inv. Sh* 54 hoc] haec *CaSh* | substantia *editor cum SiV1* substantiae *CaO1P1BrSh pap* | est] et *pa* et *add. p* 56 substantia] substantiae *Sh* | est] et *add. pap* | et] secundum *add. pap* 57 suam *om. Sh* 57–58 quaedam substantia] quandam substantiae *Br* 60 primo] quinto *SiV1 in* quinto *corr. in marg. Ca[1]* vel quinto *add. O1P1* quinto vel *praem. pa* 61 positum] probatum *pa* | est *om. CaO1P1Sh* 62 est *om. Br* 64 hoc] haec *V1* 66 quid] quidem *Br om. pap*

69 dicitur *ed.* praedicatur *a Alb.* | aliquis[2] *bis Cs* aliqui *ed.*

49 De ordinata praedicatione cf. Alb., De V univ. Ed. Colon. t. 1, 1a p. 74 v. 17–30. – 54 Supra v. 8. – 60 Arist., Top. l. 1 c. 9 (103 b 31–33); transl. Boethii: Arist. Lat. V, 1–3 p. 15 v. 1–3.

Cum vero dicitur 'principaliter substantia', 'principale' dicitur id quod primum et per se, non per aliud neque per accidens, substandi et fundandi est principium. Hoc enim non habet ab alio, sicut substantia secunda ab alio habet quod substat; non quidem quod in ea sit nisi in potentia, quia prima substantia non est in secunda neque secundum actum neque secundum intellectum, sed habet a prima substantia, secundum quod ipsa, quae dicitur secunda substantia, quaedam notio est totius primae substantiae, totum esse suum dicens in potentia, non in actu. In actu enim non dicitur totum esse ipsius nisi nomine individui; potentia autem est ab actu aliquo primo in aliquo ordine rerum omnium et generum. Et sicut DIXIMUS, 'maxime' dicitur, quia omnibus, quae insunt, substat, quocumque modo aliquid sit in aliquo, et salvat in esse omnia secundum naturam, quod solum est esse perfectum et verum. Et tale esse non habet secunda substantia, prout secunda substantia est, et ideo in tali esse fundare non potest aliquid.

Quod autem in diffinitione ponitur 'dicitur' et non ponitur 'est', causa est, quia diffinitio datur de substantia, secundum quod innotescit per nomen substantiae, et non datur secundum principia, quae substantiam in esse substantiae constituunt. Secundum autem quod innotescit in nomine, magis convenit ei 'dici' quam 'esse'.

Exempla autem non sunt posita de individuo signato, sed de individuo vago ideo, quia hoc individuum habet aliquid de natura speciei, ut in scientia DE UNIVERSALIBUS diximus, et ideo attingit naturam incorruptionis et aeternitatis et sic magis convenit scientiae. Aliter enim 'descendentem a generalissimis usque ad specialissima iubet Plato quiescere', eo quod de talibus propter suam infinitatem 'non potest esse disciplina'. Habet etiam individuum vagum aliquid de speciei praedicatione, propter quod in doctrina praedicabilium convenientius est exemplum per individuum vagum quam per individuum signatum.

Haec igitur substantia est, ad quam est omnium aliorum praedicabilium reductio, et non est secunda substantia, ad quam omnia reduci possunt. Et ideo dicitur esse prima et in ordine reductionis omnium ad unum primam ipsam esse necesse est. Haec igitur sic dicta est prima substantia.

Cap. 3. De secundis substantiis, quae sunt et qualiter de substantiis nomine et ratione praedicantur, accidentia vero tantum propter esse in illis

Secundae vero substantiae dicuntur species, in quibus illae quae principaliter substantiae dicuntur, insunt, sicut contentum est in communi continente, quod supposita sua ut partes continet subiectivas, sicut species continet individua, quae sunt sub ipsa. Ipsae igitur species sunt secundae substantiae et *genera* ipsarum, quae ipsas species continent, sunt secundae substantiae, *ut aliquis homo in specie quidem est in homine* contentus, cum autem sit *animal genus speciei* illius, erit etiam in animali sicut in genere, et ideo animal est secunda substantia. *Secundae igitur substantiae dicuntur ut homo* species et *animal* genus, et sic est de omnibus aliis speciebus et generibus.

2 a 14–34 (Arist. Lat. 49, 1–15): Secundae autem substantiae dicuntur species, in quibus speciebus illae quae principaliter substantiae dicuntur insunt, hae et harum specierum genera; ut aliquis homo in specie quidem est in homine, genus vero speciei animal est; secundae ergo substantiae dicuntur, ut est homo atque animal. Manifestum est autem ex his quae dicta sunt quoniam eorum quae de subiecto dicuntur necesse est et nomen et rationem de subiecto praedicari, ut hominis de subiecto aliquo homine, et ratio praedicatur et nomen; quidam enim homo et homo est et animal rationale mortale. Quare et nomen et ratio praedicabitur de subiecto. Eorum vero quae in subiecto sunt in pluribus quidem neque nomen de subiecto neque ratio praedicabitur, in aliquibus autem nomen quidem nihil prohibet praedicari aliquando de subiecto, rationem vero impossibile est; ut album, cum in subiecto sit corpore, praedicatur de subiecto (dicitur enim corpus album), ratio vero albi numquam de corpore praedicabitur.

CaO1P1BrShSiV1 pap

1–2 principale] principaliter *BrSi* 2 primum] et primum *add. P1* | non] et *praem. P1V1* 3 fundandi] finitandi *Sh* | est *post* quod *transp. pap om. CaO1P1SiV1* 4–5 substantia secunda *inv. Ca* 12 nisi] in *add. O1SiV1 pa* | potentia *om. P1* 13 aliquo[2]] quo *CaO1P1BrSh om. pap* 15 quocumque modo *editor cum BrV1 pap* quocumque *CaP1Sh* quacumque *O1* quaecumque modo *Si* 16 omnia] anima *O1* 17 quod] quo *P1* quae *praem. V1* sive quae *add. Si* | esse[1]] proprie et *add. O1* proprie *add. Si* 18 secunda[1] substantia *inv. Sh* 19 fundare] fundari *O1BrSi* 21 est[1] *ex* esse *corr. Ca om. O1P1* 23 substantiam] secundam *P1* 25 nomine] hoc *Br* | ei] a *CaP1* ad *O1Br om. pap* | quam] ad *add. O1Br* 26 individuo] signando *add. et exp. Ca* 27 de *om. Sh* | ideo] secundo *O1* 30 Aliter] aliquem *Br* taliter *p* 31 descendentem] descendente *p* 33 esse] scientia vel *add. O1* 38 Haec] hoc *pap* 40 quam] quod *P1 pap* 41–42 unum – ipsam] unam … substantiam *Si* 42 Haec] hoc *pa* | sic – est] sit dicta *Br* sint dicta de *p* | est[2] *om. pa* 44 3] 4 *Ca* 45–47 quae – illis] quod sunt *P1 om. O1SiV1* 45 sunt] sint *p* 45–47 et – illis] in primis et praedicantur nomine et ratione de illis *Br* | de – illis] ipsae solae praedicantur de primis nomine et ratione *p* 47 tantum *dub. Ca* | tantum – illis] non *Sh* 48 quae *sup. lin. Sh[1]* 52 Ipsae] specie *pap* | species] specie *Ca* 55 est *sup. lin. Sh[1]* | contentus *Sh* contentum *cet. codd., edd.* | genus *om. CaO1P1* 58 et[1]] vel *Sh* | sic] sicut *Sh* 59 et generibus *om. P1*

63 hominis *ChVa* homo *ed.* 63–64 ratio – et *ChVa* praedicatur *ed.* 64 quidam *ChVa* hominem namque de aliquo homine praedicabis. Ratio quoque hominis de aliquo homine praedicabitur *praem. ed.* | et[3] – mortale *CsCh om. ed.* 65 pluribus *Ch a* plurimis *ed.*

1 Supra p. 22 v. 13. – 14 Supra p. 22 v. 15. – 20 Supra p. 22 v. 5. – 28–29 Alb., De V univ. Ed. Colon. t. 1, 1a p. 49 v. 22–51, p. 76 v. 1–6. – 31–33 descendentem – disciplina: Cf. Porph., Isag. (Arist. Lat. I, 6–7 p. 12 v. 9–13). Alb., De V univ. Ed. Colon. t. 1, 1a p. 70 v. 19–32, p. 71 v. 9–14.

Attendendum autem quod secundum veritatem sunt tres substantiae formales. Sunt enim formae, quae sunt ante rem, quae sunt tantum formantes; et illae sunt primae formae procedentes in lumine agentis intellectus ad rei constitutionem, sicut lumen, quod est coloris formalis et substantialis causa, procedens ad corpus terminatur in perspicuo. Et sunt formae substantiales, quae sunt cum re ingredientes in esse rei et constituentes, quae sunt sicut lumen | est causa coloris, quod iam diffunditur in superficie perspicui; et illae sunt coniunctae substantiae formales | rei ipsius, quae substantialiter est constituta. Et sunt substantiae formales, quae sunt rem consequentes, quae ⟨sunt⟩ sicut color est immutativus visus vel motivus secundum actum lucidi sive perspicui, qui abstractus a colorato corpore determinato secundum esse spirituale est in perspicuo et secundum esse speciei et animale sive intentionale est in oculo percipiente colorem.

Primae ergo inter haec sunt facientes et virtutem causativam sive formativam habent a lumine agentis intellectus; et istae de re constituta non praedicantur. Secundae autem sunt formae materiam et compositum perficientes et in composito quiescentes; et ideo non praedicantur de re, in qua sunt, sicut nec primae. Tertiae sunt a rebus abstractae et sunt rerum constitutarum intentiones et notiones, et ideo praedicantur de ipsis et nomine et ratione. Propter quod etiam secundae substantiae dicuntur, non quia simpliciter substantiae sint sicut primae, sed quia sunt secundae, hoc est secundo loco dictae substantiae, sicut primae substantiae dicuntur primae, quia primo loco vel ordine dicuntur substantiae, perfectam participantes substantiae rationem.

Ad perfectam autem substantiam et rationem perfectae substantiae tria requiruntur: Quorum unum et primum est quod perfectissimum esse secundum naturam et actum habeat et non esse intentionale vel intellectuale tantum; et hoc esse non habent species vel genera secundum quod huiusmodi. Secundum autem est quod secundum actum subsistat et in se fundet ad esse quaecumque sunt; et hoc iterum non habent secundae substantiae, quia fundantur in primis et non fundant eas in esse. Tertium est quod aliis etiam substandi et fundandi virtutem tribuant, sicut quod secundae substantiae consequenter substant accidentibus, consequenter habent a primis. 'Consequenter' autem dico, quia, sicut in generatione hic generat hunc secundum naturam, sed quia hic generans est homo et hic generatus est homo, ideo consequenter sequitur quod homo generat hominem, ita hic homo est hoc album, et quia hic ⟨homo⟩ est homo et hoc album est album, ideo sequitur quod homo est albus, cum tamen albedo sit de accidentibus individuo et non de accidentibus speciei, nec accidit speciei nisi gratia individui. Et sic non est de proprio, quia secundum naturam proprii primo accidit speciei et per speciem venit ad individuum.

Sic ergo secunda substantia dicitur quasi secundo substantia, ut substantia communis non aequaliter praedicetur de prima substantia et de secunda substantia, ut cum dicitur 'substantiarum alia prima, alia secunda', sit divisio multipliciter dicti, secundum hoc quod substantia dicitur ab actu et causa substandi et in se perfecte existendi sive subsistendi. Et in hac intentione hic dicitur substantia; aut sequeretur non esse verum quod in CONSEQUENTIBUS probabitur, quod destructis primis impossibile esset aliquod aliorum remanere.

OBICITUR tamen sophistice contra ea quae DICTA SUNT, quia prius sunt, quae sunt causae et diffinientia, quam causata et diffinita; secundae autem substantiae

CaO1P1BrShSiV1 pap 9 *Sh* f. 35va 11 *Ca* f. 34vb

1 autem *om. CaO1P1* 2 tres *om. P1* 2–3 quae – rem *om. SiV1 pap* 3 sunt[1] *post* tantum *transp. sup. lin. Sh om. Ca* | tantum] tamen *P1* 4 in] a *pap* | agentis] et *add. P1* 6–7 terminatur] terminatum *pap* 8 re] eo *CaO1P1 pap* | in] secundum *Br* | et constituentes] constitutionem *Br* 9 est *om. p* | quod] qui *pap* 10–11 substantiae formales] formae substantiales *Si* 12 sunt[1]] similiter *pap* 12–13 consequentes] constituentes *pap* 13 sunt *suppl. editor cum Si pap* 14 vel]*ex* ut *corr. Sh*[1] | lucidi] succidi *Sh* 15 abstractus] subtractus *O1* 17 animale sive] secundum esse *Br* 19 Primae] prima *CaO1P1V1* | inter – et] sunt facientes inter haec *O1* | inter haec] magis *pap* | et *om. pap* 20 habent] habens *CaO1P1* habentes *Br pap* 21 istae] ista *O1Si* in ista *P1* isti *Sh* 22 materiam] materia *P1* | materiam et] cum materia *Br* 23 et[1] *om. p* 25 abstractae] substitutae *Br* 26 et[2] *om. p* 29 est] hoc *add. p* | dictae *om. pap* 30 primae[2]] substantie *add. et exp. Sh* 31 quia] quae *pap* | vel] et *Sh* 35 quod] secundum *add. CaO1P1BrSh* | secundum] quoniam *O1P1 del. CaSh om. Br* 35–36 secundum – habeat] in natura et actu habeat (habeant *p*) *pap* 37 vel] et *pap* 39 actum] substet *add. Si* | actum subsistat] se substet *pap* | fundet] fundat *CaO1P1* 40 sunt] rerum *add. pap* | et – iterum] hoc *pap* 40–41 secundae substantiae *inv. BrSiV1 pap* 41 fundant] fundat *CaP1ShSi* fundas *V1* 42–43 Tertium – substantiae *iter. V1* 42 etiam *om. Si pap* 43 sicut] sic *V1* 47 et – homo *om. (hom.) P1* 49 hoc album] albus *pap* | homo[2] *suppl. Gremper* 50 album[1] *om. O1* 52 individuo] individui *Br pap* 53 gratia] differentia *pap* 56 quasi] quod *pap om. Si* | secundo *in* secundario *corr. in marg. Sh*[1] 56–57 secundo substantia] secunda secundae *Br* 57 substantia[1]] stat *pap* 58 substantia[2] *om. Br pap* 59 cum dicitur *om. Br* | prima] et *add. CaO1P1 add. sup. lin. Sh*[1] 60 dicti *om. Br* 61–62 et[2] – subsistendi *om. pap* 61 in] per *add. O1* 63 sequeretur *ex* sequitur *corr. in marg. Sh*[1] | non] ut *O1* 64 consequentibus] sequentibus *BrSi pap* | quod] scilicet *add. pap* | primis] substantiis *add. pap* 65 esset] est *Br* sit *pap* | aliquod] aliquid *pap*

2 De tribus substantiis formalibus cf. Alb., De V univ. Ed. Colon. t. 1, 1a p. 24 v. 58–72; Metaph. Ed. Colon. t. 16, 1 p. 285 v. 57–96 et t. 16, 2 p. 372 v. 46 – p. 373 v. 67; De causis et proc. univ. Ed. Colon. t. 17, 2 p. 9 v. 19–29 et p. 116 v. 44 sqq.; De anima. Ed. Colon. t. 7, 1 p. 8 v. 81 sqq.; Super Ethica. Ed. Colon. t. 14, 1 p. 25 v. 2 sqq. – 53–55 De natura proprii cf. Alb., De V univ. Ed. Colon. t. 1, 1a p. 108 v. 45–53, p. 109 v. 21–28. – 60–63 secundum – substantia: Cf. Kilw., Super Praed. (ed. Conti p. 26 v. 11–13). – 64 Infra p. 27 v. 1–55. – 66 Cf. Kilw., Super Praed. (ed. Conti p. 26 v. 21–23). – 66–67 Supra v. 56.

sunt causae quare substantiae sunt primae substantiae; sunt enim genera diffinientia species, 'species autem sunt totum esse formale' et formaliter substantiale 'individuorum'; videtur ergo quod illae, quae sunt secundae vocatae, sunt primae et quae sunt primae vocatae, sunt secundae. Et ad hoc dicunt QUIDAM quod secundum ordinem et rationem essendi procul dubio illae, quae dicuntur secundae, sunt primae, sicut probat obiectio, et illae, quae sunt primae vocatae, sunt secundae; sed secundum actum substandi et subsistendi individuae substantiae sunt primae et species et genera sunt secundae.

Sed aliter dicendum est, scilicet quod communis substantia potest esse intentio eius substantiae, quae est in re, et causa formalis et notio rei, et sic secunda substantia erit prima et prima secunda; vel potest esse universale abstractum a re, et sic est consequens esse rei et universale, et non est substantia sed accidens, ut in PRIMA PHILOSOPHIA dicit ARISTOTELES LIBRO VII. Sic ergo universale, quod est genus, et universale, quod est species, accepta ut notiones essentiales formae totius esse rei in potentia vel in actu, secundae substantiae sunt, hoc est secundo substantes et secundo in esse naturae et actu subsistentes, et hoc modo intelligit Aristoteles. Substantiam autem, quae | communis est ad primam et secundam, non diffinit Aristoteles, quia multipliciter est dicta de illis.

Ex his autem quae in praehabitis determinata *sunt, manifestum est*, quia *eorum quae de subiecto dicuntur, necesse est et nomen et rationem praedicari de subiecto, ut hominis de subiecto aliquo homine* particulari [praedicari], *et ratio* diffinitiva *et nomen praedicatur*. Quod exemplo probatur, quia *quidam homo et homo est*, et sic *nomen praedicatur*, et est *animal rationale mortale*, et sic *praedicatur ratio*. Aliter enim non esset verum quod in PRAEHABITIS determinatum est per illud principium 'quando alterum de altero ut de subiecto praedicatur, quaecumque de praedicato dicuntur, omnia de subiecto dicuntur'; tale enim praedicatum est in diffinitione subiecti et ideo dat subiecto et nomen et rationem, sicut in PRAEHABITIS ostensum est.

Ea *vero quae sunt* de numero eorum quae sunt *in subiecto* – et non de subiecto ut directe in linea recta praedicamentali supposito – ut *in pluribus neque nomen neque ratio praedicatur de* his, quibus insunt, *subiectis*. In abstractis enim neque nomen praedicatur nec ratio, quia corpus non est albedo | nec anima est grammatica. In quibusdam vero, sicut in denominativis, *nihil prohibet* aliquando *nomen praedicari* accidentaliter *de subiectis*, in quibus sunt; *rationem vero* diffinitivam ipsorum praedicari de ipsis *est impossibile*. Cuius exemplum est *ut album*, quod *cum in subiecto sit, corpore* scilicet, *praedicatur* nomine *de subiecto; dicitur enim* vere accidentali praedicatione *corpus album, ratio vero* diffinitiva *albi numquam praedicatur de corpore*. Huius autem causa pro certo est, quod subiectum hinc et inde non dicitur secundum unam et eandem rationem. Cum enim id quod est de subiecto, dicitur dare nomen suum et rationem subiecto, dicitur subiectum in recta linea secundum praedicabilium essentialium ordinem suppositum. Cum autem dicitur quod ea quae sunt in subiecto, non dant rationem suam subiecto, quamvis aliquando dent nomen, non dicitur subiectum in linea praedicabilium substantialiter suppositum, sed dicitur subiectum 'ens in se perfectum et occasio vel aliquo modo causa alterum a substantia eius existendi in ipso', ut dicit AVICENNA. Et quia non eodem modo dicitur subiectum, non est mirabile, si diverso modo praedicabitur hoc et illud.

Videtur tamen inconveniens quod dicitur, quia, si loco nominis ponatur diffinitio – quod facere licet, ut in

CaO1P1BrShSiV1 pap 24 *Ca* f. 35ra 45 *Sh* f. 35vb

1 substantiae^{2} *om. O1Br* 2 enim] autem *Si* 3 substantiale] substantiae *p* 4 quae *sup. lin. Sh*^{1} | sunt] substantiae *add. pap* 4–5 secundae] secundum *V1* 5 sunt^{1}] sint *Sh* | sunt^{2} *om. Sh* 6 sunt] sint *Sh* | dicunt] sophistice *add. O1P1SiV1 pap* 10 subsistendi] vel substantiandi *add. Br* | individuae] individua *pap* 11 primae] substantiae *add. pap* 12 scilicet] secundum *Br om. O1P1SiV1 pap* | quod] hic *add. p* 17 substantia] subiectum *pap om. Si* 22 est *sup. lin. Sh*^{1} 23 subsistentes *post corr. in marg. Sh* 23–24 Substantiam] substantia *CaP1* 24 est *om. CaO1P1Sh* 28 quia] quod *O1BrSi* | est^{2} *in marg. Sh*^{1} 29 nomen] unum *Ca praem. O1P1V1 pap* | et] unam *add. pap* | et rationem] ratione *Sh* | praedicari – subiecto *in marg. Sh*^{1} | hominis] homo et *Br* | hominis – subiecto] de *pap* 30 homine particulari *inv. Sh* | particulari *om. O1* | praedicari *del. editor cum Si p* praedicatur *Br* | diffinitiva] diffinita *Ca* 31 praedicatur] hominis *add. pap* 32 et^{1} *om. pap* 33 sic praedicatur *inv. Sh* 35 quando] dum *pap* 38 subiecti] subiecto *CaO1P1Sh* 39 sicut] ut *O1* | praehabitis] antehabitis *Si* physicis *pap* 40 Ea] eorum *p* | de – sunt *om. p* 40–41 quae^{2} – directe] directo *pa* 41 et – ut *om. p* | directe] non *add. Br* 42 supposito *V1 p dub. Sh* supposita *CaO1P1BrSi pa* 43–44 de – praedicatur *om. (hom.) Br* 44 nec] neque *Sh* 45 nec *ex* sed *corr. sup. lin. Sh*^{1} | est^{2} *om. pap* 46 denominativis *Sh* nomine dictionis *O1P1* hoc quod est album et similibus *Br* concretis *SiV1 pap lac. Ca* 50 scilicet *om. pap* 51 vere] vera *pap* | corpus] est *add. pap add. sup. lin. Br* 52–53 Huius – est] cuius causa est pro certo *O1* 53 autem causa *inv. Sh* 54 rationem *om. Ca* 55 dicitur] dicatur *pap* 56 suum *om. pap* 57 praedicabilium – ordinem] ordinem essentialem praedicabilium *O1* 60–62 in – subiectum *om. (hom.) p* 62 subiectum] sub *V1* | vel] et *O1P1SiV1 pap* 63 alterum] alterius *Br* | eius *om. pap* 65–66 praedicabitur] praedicetur *O1Si* praedicatur *pap* 66 hoc – istud *om. pap* | illud] istud *Ca* 67 quia] quod *Sh om. p* 68 – p. 26 v. 1 in – Aristoteles] docet Aristoteles in Topicis *Sh*

2–4 species – individuorum: Cf. Boeth., In Isag. Porph. Ed. II l. 3 c. 12 (CSEL 48 p. 237 v. 1–3). Alb., De V univ. Ed. Colon. t. 1, 1a p. 18 nota 3–4, p. 53 v. 3, p. 66 v. 36–37. – 6–11 Cf. Kilw., Super Praed. (ed. Conti p. 26 v. 28–30). – 17–18 Arist., Metaph. l. 7 c. 16 (1041 a 3–5); transl. anon.: Arist. Lat. XXV, 2 p. 153 v. 26 – p. 154 v. 2: '(…) universalium dictorum nichil substantia (…) est (…)'. Alb., Metaph. Ed. Colon. t. 16, 2 p. 383 v. 54–57. – 34 Supra p. 14 v. 31sqq. – 39 Supra p. 14 v. 31sqq. – 64 Avic., Philos. prima tr. 2 c. 1 (ed. Van Riet p. 67 v. 41–43). Cf. Alb., De V univ. Ed. Colon. t. 1, 1a p. 89 nota 50. Vide infra p. 31 v. 13–14.

TOPICIS docet ARISTOTELES –, tunc videbitur quod de necessitate tale praedicatum subiecto suo dat nomen et rationem. Si enim dicatur corpus album et album 'coloratum disgregativum visus', videtur sequi quod corpus sit coloratum visus disgregativum.

Ad hoc autem QUIDAM respondere nituntur quod accidens rationem non habet, et quod rationem diffinitivam non habet, rationem suam diffinitivam subiecto dare non potest. Quod autem rationem non habeat, nituntur probare per ARISTOTELEM in VII PRIMAE PHILOSOPHIAE, qui videtur hoc dicere ibidem et probare, quia in diffinitione accidentis praecipue per denominationem praedicati cadit subiectum; est enim album corpus albedine coloratum; et si diffiniatur tale accidens, oportet quod per accidens sibi essentiale diffiniatur, sicut album per coloratum. Si ergo in intellectu albi est corpus propter hoc quod 'accidentis esse est inesse', oportet quod etiam in colorato intelligatur corpus per eandem rationem, et adhuc tertio intelligatur, in eo quod dicitur 'visus disgregativum', quia hoc etiam est accidens. Et sic corpus album erit 'corpus corpus coloratum corpus visus disgregativum'. Talis autem diffinitio, in qua idem multoties dicitur, nulla est. Nulla ergo est diffinitio accidentis.

Sed ista solutio contra Aristotelem est, quia Aristoteles dicit quod accidens aliquando praedicatur nomine, numquam autem de subiecto non de quo est, sed cui inest – praedicatur ratione, et sic supponit | accidens habere rationem. Dicens ergo quod accidens ideo de subiecto, cui inest, non praedicatur ratione, quia non habet rationem, dicit contra Aristotelem.

Adhuc autem in I TOPICORUM dicit quod 'albedine posita, si quis dixerit quod positum est colorem esse, quid est dicit', et qui dixerit quod positum est colorem 'diffusum in clara superficie esse', quid dicit albedinis per diffinitionem, vel si DIXERIT 'album esse coloratum disgregativum visus', dicit diffinitionem albi per causam datam. Et hae sunt rationes diffinitivae.

Dicendum ergo secundum doctrinam Aristotelis quod accidens habet rationem, etsi non habeat rationem secundum perfectam rationem diffinitionis sicut substantia; diffinitio enim accidentis sumitur ex principiis subiecti, quae sunt causa accidentis; et sic accidens et inest subiecto et demonstratur de subiecto per causam, quam dicit accidentis diffinitio. Quando autem dicit Aristoteles quod 'accidens nomine praedicatur aliquando de subiecto, numquam autem ratione', intelligit quod nihil praedicatur ratione, nisi quod rationem suam dat subiecto, sicut dat nomen, quod scilicet sicut nomen dicit id quod est essentiale subiecto, ita et ratio illius nominis dicat omnia, quae sunt subiecto essentialia, ita quod nihil in ratione, quod non sit essentia subiecti, aut sicut potentia aut sicut actus. Sic autem accidens, etsi nomen det, numquam dat rationem, quia quae sunt essentialia accidenti, accidentalia sunt subiecto et extra naturam eius; nulla autem est ratio talis. Nomen autem praedicationi accidentali non repugnat, sed praedicatio rationis, ut ratio est, penitus repugnat accidentali praedicationi. Si enim praedicetur diffinitio ut diffinitio, non praedicabitur de suo diffinito. De hoc autem non praedicatur nisi ut substantia ipsius et quiditas. Hic ergo est intellectus Aristotelis, quod dat quidem nomen, cui non repugnat accidentalis praedicatio, quia nomen prout notio potest substantialiter et accidentaliter praedicari, sed numquam dat rationem ut rationem, quia rationi accidentalis repugnat praedicatio.

CaO1P1BrShSiV1 pap 28 *Ca* f. 35rb

3 corpus] est *add. p* | album[2]] est *add. pap om. P1* 7 rationem[1]] diffinitionem *Si* | quod] quia *Br* 8 non – diffinitivam *om. (hom.) P1SiV1 pap corr. in marg. P1[1]* | subiecto] substantiae *pap* 9 autem] accidens *Si* 11 qui *ex* quid *corr. Ca[1]* | dicere ibidem] idem dicere *p* | quia] quod *Si* 13 enim *om. Si* 14 si] hic *pap* | diffiniatur] diffinitur *p* | accidens] quod *add. CaO1P1Sh pap* | oportet *scr. et exp. P1* 15 quod *om. P1 p* 16 est corpus] illud corpus est *O1* 17 accidentis] accidentalis *CaO1P1Si* accidentale *Br* 17–18 quod[2] etiam *inv. O1 pap* 18 etiam *om. Si* | corpus *om. O1* 19 tertio intelligatur *inv. Sh* 20 quia] et *Si* 20–22 quia – disgregativum *om. (hom.) Br* 20 hoc etiam *inv. pap* 21 corpus[3] *om. O1Si pap* | coloratum] et *add. pap* 23 diffinitio] esse *add. O1* 26 quod accidens *om. pap* | praedicatur *lac. Ca om. O1P1SiV1 pap* 27 subiecto – de *om. (hom.) pa* | non – sed *om. p* | cui] sed *Si* 29 quod – ideo *om. Sh* quod accidens *in marg. Sh[1]* 31 dicit] est *pap* 32 autem] Aristoteles *Br* 33–34 esse – colorem *om. (hom.) Br* 34 est[1]] etiam *p* | qui] quid *V1* 35 clara] clare *p* | albedinis] albedinem *Br* 36 per diffinitionem *om. O1* 36–37 vel – diffinitionem *om. (hom.) Br* 36 vel – coloratum *in marg. P1[1]* 37 disgregativum *editor cum pap* diffusivum *CaO1P1ShSiV1* 38 hae – rationes] haec sunt in ratione *Sh* 42 enim] autem *V1 pap* 43 subiecti *om. Br* | sic] sicut *p* 44 inest *ex* est in *corr. Sh[1]* 47 de subiecto *om. pap* 48 praedicatur *in marg. Sh[2]* de subiecto *add. V1 om. CaO1P1* 49 sicut[1]] sed *pa* 50 est] esse *pa* 51 sunt] in *add. pap* 52 nihil] ponatur *add. pap* sit *in marg. add. Sh[2]* | in *om. Ca* | ratione] dicat *add. Br* | sit] de *add. Br pap* 54 Sic] si *Sh* 55 accidenti] accidentia *CaO1P1* 57 Nomen – praedicationi] nominis autem praedicatio in *pap* | praedicationi] tali *add. et exp. Sh* 59 praedicetur] predicatur *Sh* 60 non *om. Br* | praedicabitur] praedicatur *pap* nisi *add. SiV1P1[1] p* 62 est *om. O1P1* | Aristotelis *om. pap* 62–63 quidem] quid est *CaO1P1 pa* quod est *Br* 64 prout] pro *O1* | notio] nomen *Br in* nomen *corr. in marg. P1[1]* | potest] et *add. Sh* 65 sed] hoc *pap* 66 quia] quare *pa* | rationi] ratio rei *Sh* | rationi – praedicatio] ratio accidentali repugnat praedicationi *p* | accidentalis] accidentali *P1Br*

1 Arist., Top. l. 6 c. 4 (142 b 3). Alb., Top. l. 6 tr. 2 c. 2 (Ed. Paris. t. 2 p. 443b–444a). – 3–4 coloratum – visus: Cf. Arist., Top. l. 3 c. 5 (119 a 30 sq.); transl. Boethii: Arist. Lat. V, 1–3 p. 59 v. 20 sq. – 6–24 Quidam: Cf. Kilw., Super Praed. (ed. Conti p. 28 v. 34 – p. 29 v. 15). – 10–11 Arist., Metaph. l. 7 c. 4–5 (1029 b 1–1031 a 14); transl. anon.: Arist. Lat. XXV, 2 p. 126 v. 14 – p. 130 v. 212. Cf. Alb., Metaph. Ed. Colon. t. 16, 2 p. 328 v. 8 – p. 330 v. 19. – 17 accidentis – inesse: Cf. Porph., Isag. (Arist. Lat. I, 6–7 p. 20 v. 12 sq.) et Alb., De V univ. Ed. Colon. t. 1, 1a p. 119 v. 3 sqq.; Top. l. 2 tr. 1 c. 1 (Ed. Paris. t. 2 p. 291a), l. 2 tr. 1 c. 2 (p. 294b). – 25–26 Cf. supra p. 25 v. 40–52. – 32–34 Arist., Top. l. 1 c. 9 (103 b 31–33); transl. Boethii: Arist. Lat. V, 1–3 p. 15 v. 1–3. Alb., Top. l. 1 tr. 2 c. 9 (Ed. Paris. t. 2 p. 265a). – 35 diffusum – esse: Cf. Arist., De sensu et sens. c. 3 (439 a 16–18), De coloribus c. 4 (794 a 2–4). Alb., Top. l. 6 tr. 6 c. 2 (Ed. Paris. t. 2 p. 470b, ubi librum De coloribus allegat). – 36–37 Arist., Top. l. 3 c. 5 (119 a 30 sq.); transl. Boethii: Arist. Lat. V, 1–3 p. 59 v. 20 sq. Alb., Top. l. 6 tr. 6 c. 2 (Ed. Paris. t. 2 p. 470b). – 46 Cf. supra v. 26.

Cap. 4. Quod destructis primis substantiis impossibile sit aliquid aliorum remanere

Manifestum autem ex his quae dicta sunt, quod cetera praedicabilia *omnia*, sive substantiae secundae sive differentiae sive accidentia propria vel communia, *aut dicuntur de principalibus* et primis *substantiis* ut de *subiectis* sibi directe in linea praedicamentali, sicut substantiae secundae, *aut sunt in eis* sicut in *subiectis* ab accidentibus, quae insunt, denominatis. Sequitur ergo haec consequentia: si secundae substantiae sunt de primis et accidentia in primis, primae substantiae sunt. Ergo, a destructione consequentis, si primae substantiae non sunt, *impossibile est esse aliquid aliorum*, sive sit de numero secundarum substantiarum, sive sit de numero accidentium.

Hoc autem facile manifestum est ex his quae nunc dicenda sunt. Proponatur | per singula ceterorum, quae sunt alia a primis substantiis. Et primo proponatur de secundis substantiis praedicatis de primis, sic quod *animal de homine praedicatur* ut genus de specie; praedicabitur ergo utrumque istorum, et animal scilicet et homo, quae sunt genus et species et secundae substantiae, etiam *de quodam homine* ut de particulari. Si enim diceretur quod non de aliquo praedicabitur quod est oppositum contradictorie eius quod est praedicari de aliquo, cum non de aliquo et de nullo praedicari aequipolleant – sequeretur quod animal de nullo praedicatur homine; quod autem de nullo praedicatur homine, non praedicatur de homine; non ergo *praedicabitur* animal *de homine*. Datum autem erat quod de homine praedicaretur; praedicabitur ergo et de quodam homine. Non autem praedicatur aliquid de aliquo, nisi per hoc quod inest illi secundum doctrinam, quae iam praecessit, DE UNIVERSALIBUS. Animal igitur et homo sunt in quodam homine.

Similiter probatur de accidente quod est in prima substantia. *Est* enim *color in corpore; ergo in aliquo corpore.* Aut detur oppositum, quod non in aliquo est corpore. *Si* autem *non | in aliquo est singulorum corporum*, sequitur quod in nullo est corpore, et sic *omnino non est in corpore.* Datum autem fuit quod erat in corpore; sequitur primum, quod est in aliquo corpore. Quaecumque autem sunt in aliquo secundum esse, non habent esse extra illud. Secunda autem, quae sunt secundae substantiae et accidentia, sunt in prima substantia secundum esse. Non igitur habent esse extra illam.

Omnia igitur *alia aut de substantiis principalibus dicuntur aut in eis sunt* sicut in *subiectis*. *Ergo non existentibus primis substantiis*, ita quod nulla primarum substantiarum sit, *impossibile est esse* vel remanere in esse *aliquod aliorum*; sed *omnia alia aut de subiectis* primis substantiis *dicuntur aut in subiectis eis sunt*; et quaecumque altero istorum modorum se habent ad primam substantiam, non habent esse nisi in prima substantia et non habent esse extra ipsam. Sed si non sit prima substantia, tunc non habent esse in prima substantia; ergo destructa prima substantia secundum esse nihil remanet secundarum substantiarum vel accidentium.

Et hoc quidem contrarium videtur ad id quod in doctrina DE QUINQUE UNIVERSALIBUS dictum est, quod destructo quolibet homine et qualibet alia specie animalis et quolibet individuo adhuc remanet animal; remanet enim 'substantia animata sensibilis'.

Adhuc autem secunda priora sunt, quia sunt de constitutione ultimorum, quae dicuntur substantiae primae. Sed posterioribus destructis non sequitur quod priora destruantur; destructis igitur primis non sequitur destructio eorum quae secunda dicuntur.

Adhuc ab inferioribus non valet ad superius argumentationis processus, nisi affirmando et non negando.

2 a 34 – b 6 (Arist. Lat. 49, 15–25): Alia vero omnia aut de subiectis dicuntur principalibus substantiis aut in subiectis eis sunt. Hoc autem manifestum est ex his quae per singula proponentur; ut animal de homine praedicatur, ergo et de aliquo homine animal praedicatur; nam si de nullo aliquorum hominum, nec omnino de homine. Rursus color in corpore est; ergo et in aliquo corpore; nam si non in aliquo singulorum, nec omnino in corpore. Quare alia omnia aut de subiectis principalibus substantiis dicuntur aut in subiectis eis sunt. Non ergo existentibus primis substantiis, impossibile est esse aliquid aliorum. Omnia enim alia aut de subiectis eis dicuntur aut in subiectis eis sunt.

CaO1P1BrShSiV1 pap 16 *Sh* f. 36ra 37 *Ca* f. 35va

3 Manifestum] est *add. pap* 4 secundae *Sh om. cet. codd., edd.* 5 differentiae] differentia *pap* 7 sibi *om. Br* 8 sicut *om. P1* | ab *sup. lin. Sh*^{1} | ab accidentibus] ut accidentia *Br* 9 denominatis] denominative *Br* | ergo haec *inv. Sh* 14 sit *om. Sh* 15 est] fiet *pap* 16 Proponatur *om. Br* | Proponatur – per] proponantur igitur *pap* 17 proponatur] proponantur *Sh p* 18 praedicatis] quae praedicantur *pap* et *add. O1* | sic] sicut *Br* dic *pa* dico *p* 23 praedicabitur] praedicatur *pap* 23–24 contradictorie] contradictorium *Br ex* contradictione *corr. sup. lin. P1*^{1} 24–25 cum – aliquo *om. (hom.) P1* cum de aliquo *suppl. in marg. P1*^{1} 24 non *om. CaO1Sh in marg. Sh*^{2} 25 aliquo] alio *Br* | nullo] nulla *Sh* 26–28 quod – ergo] et sic non *pap* 26–27 quod^{2} – homine *om.(hom.) P1 corr. in marg. P1*^{1} 26–28 quod^{2} – homine^{2} *om. (hom.) Br* 27 praedicatur^{1} *om. O1* | non] nisi *V1* 30 ergo et] igitur *BrSh* | homine *om. Br* | praedicatur] praedicabitur *BrSi pap* 32 praecessit] data est supra *Si* 35 ergo – corpore *om. (hom.) P1 corr. in marg. P1*^{1} 36 Aut – corpore *om. (hom.) SiV1 pap* 37 quod *sup. lin. Sh*^{1} 39 fuit] erat *Br* fuerat *pap* | erat] fuit *Br* | primum] igitur *pap* 41 secundum *om. pa* | secundum esse *om. p* 41–42 Secunda] alia *Br* substantiae *pap* 42 substantiae *iter. Sh om. P1* 43 Non] nullum *pap* | Non igitur] iungitur *Ca* 43–44 Non – habent] iungitur habens *O1P1* 44 illam] illius esse *pap* 45 aut^{1} *om. pap* 48 aut] autem *Sh* 49 subiectis^{1}] ergo non existentibus *add. V1* | aut] autem *Sh* 50 altero] alii *CaO1P1* aliquo *Br* 56 id] illud *BrSiV1 pap* 57 dictum] dicitur dictum enim *Br* | quod] scilicet *add. pap* 59 animal *om. Sh* 60 enim] illa *pa* 61 secunda] secundae substantiae *pap* 63–64 non – destructis *om. (hom.) P1Br corr. in marg. P1*^{1}*Br*^{1} | quod – sequitur *om. (hom.) SiV1* 63–65 quod – dicuntur] destructio eorum quae priora sunt *pap* 65 secunda] secundo *Sh*

32 Alb., De V univ. Ed. Colon. t. 1, 1a p. 75 v. 26–61. – 57–60 Alb., De V univ. Ed. Colon. t. 1, 1a p. 124 v. 37–56. Porph., Isag. (Arist. Lat. I, 6–7 p. 23 v. 3–9).

Si autem vera sunt, quae hic dicuntur, tunc locus ab inferiori ad superius valet destruendo sive negando, quod est inconveniens. Arguitur enim sic: inferius non est, ergo superius non est. Quod non sequitur, sed econverso: superius non est, ergo inferius non est.

Ad haec autem dicendum, sicut et in doctrina UNIVERSALIUM meminimus nos dixisse, quod superiora esse actuale secundum naturam non habent et esse perfectum ultima perfectione nisi in individuis, quae sola perfectum esse in natura attingunt, ad quod omnia, quae sunt in genere et specie, esse habent in potentia et indeterminatum et confusum et fluidum, quousque illud attingant. Et ideo illis non existentibus nihil aliorum habet esse actuale et in natura determinatum.

Ad ea autem quae contra hoc OBICIUNTUR, dicendum quod priora secundum naturam non destruuntur ut priora destructis sequentibus posterioribus secundum esse priorum. Et sic destructis individuis remanet esse eorum quae natura priora sunt individuis, et destructis speciebus remanet esse eorum quae speciebus priora sunt, secundum esse illud, quo priora sunt eis. Hoc autem est esse intellectuale, quo sunt genera et species, et non est esse actuale perfectum in natura. Quoad hoc enim destruuntur destructis primis, quia tale esse non habent nisi in primis.

Ad hoc autem quod OBICITUR de loco ab inferiori ad superius, qui non valet nisi affirmando, dicimus quod hoc verum est; sed non est locus ab inferiori, sed est locus a partibus sufficienter enumeratis, sicut hic: hoc non habet esse nisi in A et B et C; si ergo nec A sit nec B nec C, sequitur necessario ipsum non esse, et hoc quidem est verum.

Sic ergo verum est quantum ad esse actuale perfectum in natura quod destructis *primis et principalibus substantiis impossibile est aliquid aliorum* secundum tale esse remanere.

Si quis autem opponat et dicat quod non sequitur quod, si non remanent secundum tale esse, quod non remanent secundum esse simpliciter, dicendum quod tale esse est esse simpliciter et omne aliud esse est esse secundum quid. Unde si secundum tale esse non remanent, simpliciter quidem non manent, sed manent secundum quid. Et sic loquitur Aristoteles.

Cap. 5. Quod inter substantias secundas magis substantiae sunt species quam genera

Secundarum vero substantiarum magis sunt substantiae species quam genera propter eandem rationem, quae DICTA EST; species *enim propinquior* | *est primae substantiae* quam genus secundum descensum in linea praedicamentali, et quia propinquior est, magis determinat de esse ipsius. Et hoc | probatur per hoc quod, *si quis* interrogatus: 'prima substantia quid est?', ut 'quid est aliquis homo?', *assignet* respondens ad quaestionem *quid est primam substantiam, evidentius* et manifestius *assignabit*, quid est prima substantia, *speciem proferens* in responsione *quam* proferendo *genus*. 'Species enim totum formale esse est' cuiusdam hominis,

2 b 7 – 3 a 6 (Arist. Lat. 49,26–50,27): Secundarum vero substantiarum magis substantia est species quam genus; propinquior enim est primae substantiae. Si quis enim assignet primam substantiam quid est, evidentius et convenientius assignabit speciem proferens quam genus, ut quendam hominem assignando, manifestius assignabis hominem assignando quam animal; illud quidem proprium magis alicuius est hominis, hoc autem communius. Et cum aliquam arborem reddideris, manifestius assignabis cum arborem assignaveris quam plantam. Amplius principales substantiae, eo quod aliis omnibus subiectae sunt et alia omnia aut de his praedicantur aut in eis sunt, ideo maxime dicuntur substantiae. Sicut autem principales substantiae ad alia omnia se habent, sic et species ad genus se habet; subiacet enim species generi; genera namque de speciebus praedicantur, species autem de generibus non convertuntur. Quare et ex his species genere magis substantia est. Ipsarum vero specierum quaecumque non sunt genera, nihil magis alterum altero substantia est; nihil enim familiarius assignabis de aliquo homine hominem assignando quam de aliquo equo equum. Similiter autem et principalium substantiarum nihil magis alterum altero substantia est; nihil enim magis aliquis homo substantia est quam aliquis bos. Merito autem post principales substantias sola aliorum species et genera secundae substantiae dicuntur; sola enim haec indicant principalem substantiam eorum quae praedicantur. Aliquem enim hominem si quis assignaverit quid est, speciem quidem quam genus assignando familiarius demonstrabit, et manifestius faciet hominem assignando quam animal; aliorum vero

CaO1P1BrShSiV1 pap 47 *Sh* f. 36rb 50 *Ca* f. 35vb

6 haec] hoc *O1P1BrSh* | et *om. SiV1 pap* 9 sola] solum *Br* 10 ad] ante *Br* et *p* 13 attingant] attingunt *Sh pap* 14 et – natura] in natura et *pap* 15 ea] haec *O1Br* | obiciuntur] obiciunt *pap* 18 Et – eorum *in marg. P1*[1] 21–22 intellectuale] in *add. Br* 25 ab *om. V1* 29 A^2 sit] est A *p* | sit *om. pa* 31 verum *om. Br* 34 aliquid] aliquod *Sh* 36 opponat] hoc ponat *Sh* 37 remanent] remaneat *pap* 38 remanent] remaneat *pap* 40 esse *om. Sh* 40–41 remanent] manent *Sh* remaneret *pap* 41 manent[1]] remanent *Br* remaneret *Si pap* | manent[2]] maneret *Si pap* 43–44 inter – genera] species sint magis substantiae quam genera, non sic autem species specialissima respectu alterius specialissimae *p* 43 inter – secundas] substantiarum secundarum *Ca pap* | substantias secundas *inv. Sh* 47 est *om. CaO1P1V1* 48 descensum] ascensum *Br* 50 per – quod] quia *Br* | interrogatus] de *add. Br p* 50–51 prima substantia] primam substantiam *Sh* 52 quid est] quidem *CaO1P1 pa* | primam] secundum *V1* prima secundum secundam *Si* | primam substantiam] prima substantia *p* 55 enim] est *pa*

56 magis *GlAd a* maxime *ed.* 60 plantam *CsCh a* arbustum *ed.* | sunt *Cs* sint *ed.* | aut *Cs om. ed.* 60–61 praedicantur *CsCh* praedicentur *ed.* 64 altero *CsCh* alterius *ed.* 65–66 aliquis – aliquis *Gl a* aliqui … aliqui *ed.*

6–7 Alb., De V univ. Ed. Colon. t. 1, 1a p. 24 v. 78 – p. 25 v. 2, p. 25 v. 7–14, p. 114 v. 9–19, p. 116 v. 23–29, p. 124 v. 50–56. – 15 Supra p. 27 v. 61. – 25 Supra p. 27 v. 66. – 43 Cf. infra p. 29 v. 57–58. – 46 Supra p. 23 v. 48. – 55 Species – est: Cf. supra p. 25 v. 2.

esse autem hominis in genere non est totum, sed secundum partem, et est communitate generis confusum. Unde sicut determinatius est esse cuiusdam hominis in quodam homine quam in homine, sic determinatius est esse cuiusdam hominis in specie quam in genere. *Assignando* ergo *hominem manifestius assignabis*, quid est quidam homo, *quam assignando animal*. Esse enim in specie, sicut esse hominem, *magis est proprium alicuius hominis*, et esse in genere, ut esse animal quendam hominem, est esse *communius* et magis confusum et indeterminatum, sicut patet in similibus inducendo. Cum enim interrogatus fueris, quid sit aliqua arbor, et dixeris respondendo *aliquam arborem* arborem esse secundum speciem, *manifestius* et certius, quid est quaedam arbor *assignabis*, quam si dixeris *plantam* esse. Ergo a simili et quendam hominem quid sit assignando, dicens esse hominem, manifestius aliquid assignabis quid est, quam si dixeris eundem animal esse.

Amplius hoc idem probatur alia ratione. *Principales* enim *substantiae* ideo principales dicuntur, *eo quod omnibus aliis* substant et *subiectae sunt et alia omnia aut de his praedicantur aut sunt in ipsis*, sicut DICTUM EST, *ideo* enim *maxime substantiae* in praehabitis sunt vocatae. *Sicut autem primae substantiae* in substando et fundando in esse actuali *ad omnia alia se habent, sic et species se habent ad genera. Subiacet enim generi species* ut determinans confusionem eius ad esse formale ultimum. Et hoc probatur ex hoc quod *genera de speciebus praedicantur* sicut magis commune de minus communi et sicut totum de parte, cuius est totum. *Species autem de generibus* minime praedicantur, eo quod non convertitur quod sicut genus de specie universaliter praedicatur, sic praedicetur species de genere. Sequitur ergo etiam ex his quod *species magis* dicit *substantiam* et quid est primae substantiae quam *genus*.

Videtur tamen contra hoc OBICI, quia in quaestione 'quid est' magis dicit causam qui assignat causam illam, quae per se causa est, quam qui assignat causam, quae per aliam priorem se habet quod est causa; sed generalissimum, quod est omnium principium, per seipsum causa est in quaestione 'quid est'; omnia autem inferiora per illud sunt causa; et sic magis videtur dicere 'quid est' assignans genus quam assignans speciem. Quod si concedatur, in contrarium est quod hic dictum est.

Adhuc autem, cum in inferiori sit superius actu et intellectu, qui assignat id quod inferius est, assignat etiam, quod superius est; qui autem assignat, quod superius est, nec actu nec intellectu assignat quod inferius est, quia non est in ipso nisi secundum potentiam; plus igitur causam eius, quod quid est, assignat qui assignat speciem, quam ille qui assignat genus. Et hoc est concedendum.

Et quod OBICITUR quod qui assignat, quod inferius est, assignat, quod per aliud causa est, dicendum quod inferius non est per aliud causa, quod sit extra ipsum, et ideo non est causa omnino per aliud, sed per seipsum; si autem esset extra ipsum, tunc esset causa omnino per aliud. Et ideo in quaestione 'quid est' melius assignat causam, qui dicit speciem, quam qui dicit genus. Manifestum est igitur quod inter secundas substantias *magis est substantia species quam genus*.

Sed *ipsarum specierum quaecumque* sunt species specialissimae, ita quod nullo modo possunt esse *genera, nihil magis altera quam altera est substantia*, quia quaelibet illarum aequaliter 'totum est esse suorum individuorum' in forma ultima determinatum, cui in esse individui nihil additur nisi materia et accidens individuans. Quod probatur inducendo, quia, si interrogatus fueris de aliquo homine 'quid est?', et de aliquo equo 'quid est?', *nihil familiarius*

quicquid assignaverit quilibet, assignabit extranee, velut album aut currit aut quodcumque talium reddens. Ergo merito hae solae secundae substantiae dicuntur. Amplius principales substantiae, eo quod aliis omnibus subiacent, propriae substantiae dicuntur; sicut autem primae substantiae ad alia omnia se habent, ita species et genera principalium substantiarum ad reliqua omnia se habent; de his enim reliqua omnia praedicantur; aliquem enim hominem dices grammaticum esse, ergo et hominem et animal grammaticum dicis; similiter autem et in aliis.

CaO1P1BrShSiV1 pap

1 sed *om. Si* 4 sic] sicut *V1* 5 specie – genere] genere quam in specie *V1* 6 assignabis] assignabit interrogando *Br* assignabit *Sh om. O1* 7 enim *om. pap* 8 alicuius] alicui *pa* | alicuius hominis] alicui homini *p* | hominis] esse *add. Br* | et] quam *Br pap* 9 quendam hominem] esse namque animal *pap* 10 indeterminatum] et *add. Sh* quam esse hominem *add. pap* 11 in] ex *Sh* 12 respondendo *om. pap* 13 arborem *om. p* | speciem] esse speciei *Br* | manifestius] manifestus *Sh* 14 assignabis] assignabit *Sh* arborem *add. O1* 15 quid sit *om. pap* 16 aliquid] quidem *pap* 17 assignabis] assignabit *Sh* 18 idem] quidem *pap* | alia] alio *Sh* 20 subiectae] substantiae *Sh* | subiectae sunt] substantiae dicuntur *Br* | his] eis *Br* ipsis *SiV1* 22 praehabitis] physicis *O1P1 pap* 24 habent[2] – genera] habet ad genus *Br* 25 species *om. Br* | confusionem eius] confusum esse *Br* 27 magis] maius *O1* 30 convertitur] convertibiliter *pa* 30–31 convertitur – sic *om. Br* 32 etiam *om. O1P1BrS1V1 pap* 33 et – est *om. O1* 35 qui] quae *Si* qua *pa* 36 qui] si *O1 pap* sibi *CaP1* 37 aliam] illam *P1 pap corr. sup. lin. P1[1]* | se *om. pap* 39 omnia – inferiora] inferiora autem *Br* | autem] alia *pap* 41 genus quam] dicens quod *pa* 42 in *om. Si pap* | quod hic] huic quod *pap* 44 etiam] id *add. pap* 45 est[2] *om. p* 45–46 nec – intellectu] non actu *Br* 46 inferius] superius *Ca* 47 secundum] causam vel *add. Br* | igitur] ergo *Sh* 52 causa *om. Br* 54 esset[1]] esse per se ipsum *pa* per se ipsum *add. O1P1* per aliquid *add. p* | ipsum] se ipsum *pap* 62 aequaliter *om. Br* | est esse *inv. Sh* 63 in] ad *Br* 64 individuans – probatur] individui quae probantur *Br*

68 subiacent *Lm a* subiaceant *ed.*

21 Supra p. 27 v. 3–9. – 34–42 Cf. Kilw., Super Praed. (ed. Conti p. 30 v. 19–22). – 50 Supra v. 34. – 59–60 Circa species specialissimas cf. Alb., De V univ. Ed. Colon. t. 1, 1a p. 61 v. 3 – p. 62 v. 12. – 60–61 nihil – substantia: Cf. Arist., Cat. c. 5 (2 b 24); transl. Guillelmi: Arist. Lat. I, 1–5 p. 88 v. 22 sq.: 'nichil magis altera quam altera substantia est'. – 62 totum – individuorum: Cf. supra p. 25 v. 2sqq.

ad esse huius hominis pertinens sive determinatius assignando repondebis *de aliquo homine* respondens ipsum *hominem* esse, *quam de aliquo equo* respondens ipsum esse *equum*. Aeque enim determinatum et certum est esse cuiusdam hominis in | homine et esse cuiusdam equi in equo. Aeque igitur homo et equus, quae sunt species specialissimae, substantiae sunt quantum ad actum substandi.

Similiter autem et principalium substantiarum unius speciei quam alterius speciei, quae ambae sunt specialissimae et non subalternae subalternatim positae, *nihil magis* principalis substantia unius speciei quam principalis substantia *alterius* speciei *est* magis vel minus *substantia* principalis quam alia; *nihil enim magis est substantia* principalis *aliquis homo quam aliquis bos* vel aliquis equus, sed aeque sunt principales substantiae omnia individua specierum.

Sed non est sic in generibus. Quamvis enim genus sit generi superius usque ad | generalissimum, non tamen sequitur quod genus generis sit tertia substantia et genus illius generis sit quarta substantia et sic ascendendo sit quinta et sexta, ita quod ultima substantia sit generalissimum, quia in formis communibus, quae praedicantur, non est nisi confusum et determinatum per ultimum actum; et ideo non sunt nisi duae in genere secundae substantiae secundum magis et minus: determinata quidem, quae est species, et indeterminata, quae est genus. Sed hoc verum est quod in confuso est confusum et confusius et confusissimum, sed haec non faciunt gradum secundum speciem differentem, quia quodlibet illorum confusum est et indeterminatum.

Merito ergo ea quae ascendendo *post principales substantias* sunt inferiorum *species et genera, dicuntur secundae substantiae*, et *sola* illa sunt substantiae secundae. *Sola enim haec indicant* secundum quaestionem factam per 'quid est' *principalem substantiam* confuso esse vel determinato inter ea *quae* de principali substantia *praedicantur*. Alia enim praedicabilia praedicantur in quale, et non in quid est. *Aliquem enim hominem*, assignando *quid est, demonstrabit* aliquis *familiarius* et determinatius et certius, si *speciem* et *hominem* esse dicat, quam si dicat *genus*, dicendo quod sit *animal*. *Aliorum vero* praedicabilium – quae secundum accidens praedicantur, eo quod in subiecto sunt – *quidquid assignaverit* respondendo ad interrogationem factam per quid, quodlibet *assignabit extranee*, quia non est de essentia primae substantiae nec de quiditate eius. *Merito ergo* ista de causa *species et genera solae secundae dicuntur substantiae*.

Amplius autem hoc idem etiam hoc modo probatur, quia *principales substantiae*, ab actu substandi substantiae vocatae, ideo *dicuntur* principales *substantiae*, quia *omnibus aliis subiacent* praedicatis sive essentialibus sive accidentalibus. *Sicut autem primae substantiae ad omnia alia* praedicata *se habent* in substando, *ita species et genera principalium substantiarum ad reliqua omnia*, accidentalia scilicet praedicata, *se habent*, quia *de* speciebus et generibus *omnia reliqua* praedicata accidentalia *praedicantur* per modum, qui SUPRA determinatus est; *aliquem enim hominem dices esse grammaticum, ergo et hominem et animal dices* esse *grammaticum*, sicut nuper ANTE probatum est. *Similiter autem* est etiam *in aliis* accidentalibus praedicatis. Secundum igitur locum in substando species habent et genera, et ideo secundae dicuntur substantiae et omnes dicuntur secundae et nullae tertiae vel quartae.

Cap. 6. De hoc communi substantiae quod est in subiecto non esse

Sic determinatis principali et secundis substantiis iam nunc proprietates sive passiones genus substantiae consequentes relinquitur determinare. Tangemus autem primo proprietates, quaecumque substantiae conveniunt,

3 a 6 –32 (Arist. Lat. 50,28–51,20): Commune autem est omni substantiae in subiecto non esse. Principalis namque substantia neque de subiecto dicitur neque in subiecto est; secundarum vero substantiarum constat quidem etiam sic quia nulla est in subiecto. Homo

CaO1P1BrShSiV1 pap 5 *Ca* f. 36ra 17 *Sh* f. 36va

1–2 determinatius – repondebis] determinans respondendo *pap* | assignando *Sh* designando *cet. codd.* 2 respondens *om. p* 3 esse[1] *om. p* | quam – esse *om. (hom.) pa* | de *in marg. Sh*[1] | respondens – esse *om. p* | esse[2]] etiam *Ca* 5 esse] omne *Ca om. Br* 6 homo – equus *inv. Sh* | quae] qui *Br* 8 principalium] principalis *CaO1P1 pa* 10–11 principalis] et *add. pa* est *add. p* 12 est] et *pap* | vel] et *Sh* 13 alia] altera *pap* | principalis *om. O1* 16 est sic *inv. BrSiV1 pap* 17 generi] generis *Sh pap* 18 sequitur *sup. lin. Sh*[1] 20 substantia *om. pap* 22 et] ad *Br* 23 secundae *Sh om. cet. codd., edd.* 26 et *om. pap* 28 differentem] determinantem *O1* | quodlibet] pluribus *pap* 30 ergo] igitur *BrSiV1 pap* 31 secundae *om. pap* 32 substantiae secundae *inv. Sh* | enim] igitur *Sh* 33 secundum] per *Br* 34 vel] et *O1P1* | vel determinato] et indeterminato *pap* | determinato] indeterminato *Br* 35 praedicantur] dicuntur *Br* | Alia] omnia *pap* 36–37 et – est *om. pap* 37 assignando *in marg. Sh*[1] 38 aliquis *editor cum Br* aliquid *CaO1P1ShSiV1 pap* | et[1] *om. Sh* | et[1] determinatius *om. pap* | et[3]] ut *Sh* 39 quam – dicat *om. (hom.) O1P1* | si dicat *om. pap* | quod] quid *CaP1* 41 praedicantur *om. Si* 42 respondendo *om. SiV1* 43 quodlibet] quilibet *p* | quia] quod *Br* | quia – est] nec erit *pap* | quia non] quaestio *CaO1P1* 44 substantiae *om. Si* | nec] videlicet *pap* | Merito] opposito *pa* ex opposito *p* 45 solae] solum *pap om. O1* | dicuntur substantiae *inv. Sh* 46 hoc[2]] de *O1P1 pa* 47 substantiae[2]] sunt *add. Br p* 48 omnibus] scilicet *add. pap* 49 praedicatis *om. Br* 51 substando] subiacendo *pap* 52 omnia] alia *pa* | omnia, accidentalia] alia accidentia *p* 56–57 ergo – grammaticum *om. (hom.) V1 pa* | dices – grammaticum] grammaticum dicis *p* | grammaticum] grammatica *Sh* 57–58 autem – etiam] etiam est *Si pap* est etiam *V1* | est[2] – in] ante probatum est de *Br* 58 accidentalibus] accidentibus *Br* 58–59 igitur *om. Sh* 59 substando] substandi *Sh* | et[2] *om. pap* 60–61 secundae] substantiae *pap* 64 Sic] hic *pa* his *p* | principali] principalibus *BrSiV1* de principalibus *pap* 66–67 autem primo] igitur prius *pap*

69 constat – sic] sic quoque manifestum est *a Alb.*

47–48 Supra p. 21 v. 31. – 55 Supra p. 29 v. 24. – 57 Supra p. 29 v. 2–17.

in quantum est de praedicabilibus, quia illae sunt huic nostrae intentioni magis propriae. Quia vero 'proprium est conveniens omni et semper', ideo ea, quae propria dicuntur esse, toti generi et toti coordinationi substantiae in speciebus et generibus ⟨sunt⟩ communia. Dicimus igitur quod *commune est omni substantiae in subiecto non esse* eo modo, quo accidens est in subiecto. Iam enim ANTE distinximus quod subiectum dicitur secundum nomen idem, quod subtus iactum sive suppositum, et sic natura communis in suo inferiori est sicut in subiecto, sicut genus in specie et species in individuo et universaliter secunda substantia in inferiori et in particulari. Dicitur autem subiectum ens in se completum, quod est occasio vel causa alteri 'existendi in eo'. Et hoc modo non nisi accidens est in subiecto, et sic *omni substantiae* tam secundae quam primae *commune est in subiecto non esse*.

Hoc autem patet inductione, | quia *principalis substantia*, quae est particulare substantiae, *neque de subiecto dicitur*, quia nihil sibi substat ut suppositum, *neque est in subiecto* – sicut accidentis esse est sicut in subiecto esse –, quia est per se existens. *Secundarum vero substantiarum* similiter *manifestum est* quod *nulla est in subiecto*, sic dicto subiecto, quod est ens completum, quod alii dat esse in seipso, quod esse non habet, nisi insit ei. *Homo enim*, qui est secunda substantia, *dicitur quidem de subiecto*, prout suppositum dicitur subiectum, quando de *aliquo homine* praedicatur, ut cum dicitur 'aliquis homo est homo', sed non est in aliquo ut *in subiecto*, prout subiectum dicit 'ens completum' alii dans esse per hoc quod est in ipso, quod nisi in ipso esset, esse non haberet. Cuius probatio est, quia sic *homo*, quod est secunda substantia, *non est in aliquo homine*, quod accipiat ab aliquo homine esse, quod non haberet, nisi in ipso esset; homo enim, prout est secunda substantia et species, est esse individuorum et esse alicuius hominis dans esse particularibus, et ideo impossibile est quod esse accipiat per hoc quod insit eis. *Similiter autem et animal*, quod est secunda substantia, ut genus *de subiecto quidem dicitur aliquo homine* vel aliquo animali, sed non inest alicui animali vel homini, ut accidens est in subiecto.

Et secundum hoc patet quod, si fiat talis argumentatio: 'secunda substantia est in prima, et prima substantia est subiectum secundae, ergo est in ea sicut in subiecto', peccat secundum fallaciam aequivocationis, quia 'subiectum' in praemissa stat pro supposito, in conclusione autem stat pro subiecto in se completo, quod est subiectum accidentis.

Amplius, sicut ANTEHABITUM EST, *eorum* quidem, *quae in subiecto sunt*, ut accidens est in subiecto, *nomen quidem nihil prohibet aliquando praedicari de subiecto*, | in quo sunt, *rationem vero* eorum praedicari de subiecto, ita quod praedicetur ut ratio subiecti, *est impossibile*, sicut in ANTEHABITIS determinatum est. *Secundarum vero substantiarum praedicatur de subiecto*, quod est suppositum, *et nomen et ratio* diffinitiva. Quod patet, quia nomen hominis, quod est secunda substantia, *praedicatur de aliquo homine* – aliquis enim homo est homo –, et ratio similiter, quia aliquis homo est animal rationale mortale. *Igitur* secunda *substantia non est* de numero *eorum quae in subiecto sunt*, sicut accidens est in subiecto.

enim de subiecto quidem aliquo homine dicitur, in subiecto autem nullo est; non enim in aliquo homine homo est. Similiter autem et animal de subiecto quidem dicitur aliquo homine, non est autem animal in aliquo homine. Amplius autem eorum quae in subiecto sunt nomen quidem nihil prohibet aliquando praedicari de subiecto, rationem vero impossibile est. Secundarum vero substantiarum praedicatur de subiecto et nomen et ratio; rationem namque hominis de aliquo homine praedicabis et animalis. Ergo non erit substantia horum quae in subiecto sunt. Non est autem hoc substantiae proprium; sed et differentia illud est quod in subiecto non est; bipes enim et gressibile de subiecto quidem homine dicitur, in subiecto autem nullo est; non enim in homine est bipes neque gressibile. Ratio quoque differentiae de eo dicetur de quocumque ipsa differentia praedicatur, velut si gressibile de homine dicitur, et ratio gressibilis de homine praedicatur; est enim homo gressibile. Non nos vero conturbent substantiarum partes quae ita sunt in toto quasi in subiecto sint, ne forte et cogamur non eas esse substantias confiteri; non enim quae in subiecto dicuntur esse quae tamquam partes insunt in aliquo.

CaO1P1BrShSiV1 pap 17 *Ca* f. 36rb 49 *Sh* f. 36vb

1 de] in *pap* 3 ideo] ponemus *add. Br* | propria] proprie *CaO1P1Br pap* 4 toti[1]] tot sunt *Si* 5 in] sunt *pap* | sunt *suppl. editor* | Dicimus] dicamus *pap* 7 modo, quo] quod *O1* 9 quod] est *add. Br* | iactum *ex* actum *corr. Ca[1]* in actum *pa* | suppositum] positum *Si* 12 in[2] *om. Sh pap* 13–14 occasio – alteri] accidentis (accidens *pa*) vel alterius causa *p* 14 alteri] alterius *O1P1Si* | non nisi] solum *Br* 16 primae] in *add. pa* 17 quia *om. pap* 18 substantiae] substantia *Br* 19 est] enim *CaO1P1 om. Br* 20 accidentis] accidens *pap* | sicut[2]] sic *ShSi om. pap* | esse[2] *om. Br* 27 cum *om. P1V1* 28 aliquo] homine *add. pap* | ut] sicut *Sh* 29 ipso] subiecto *Br* 29–30 quod[2] – haberet] et non haberet esse nisi in ipso esset *pap* 30 ipso esset] alio est *Si* | esse *post* haberet *transp. Sh* 31 sic] sicut *pap* | homo *om. O1* | quod] qui *Br* 32 quod[1]] ita *praem. p* 33 est *om. pap* 36 esse *om. Br* | per] propter *pap* | quod[2]] non *add. O1* 38 dicitur] de *add. Br pap* | vel] de *add. sup. lin. Br* 39 est *om. Sh pap* 40 quod *om. Sh* | si *om. O1 p* 40–41 argumentatio] scilicet *add. pap* 43 peccat] enim *add. pa* 43–44 subiectum – praemissa] substantia in prima *p* 44 praemissa] prima *pa* 45 autem *om. Sh* 49 aliquando praedicari *inv. Sh* 51–52 in – determinatum] ante ostensum *pap* 55 homine *om. Si* 56 rationale] et *add. pap* 57 non est *om. CaO1P1BrSh* | eorum] est *add. Br* 58 sunt] non tamen *add. Br*

59 de – homine *CsCh a* secundum subiectum quidem alicuius hominis est *ed.* 60 aliquo[1] homine *CsCh a* alicuius hominis *ed.* 62 et[2] ratio *Cs post* praedicatur *ed.* 64 homine[1] dicitur *CsCh inv. ed.* 67 et *CsCh om. ed.* | enim *CsCh* sic *add. ed.* | dicuntur esse *CsCh* sunt dicuntur *ed.*

2–3 De proprio, quod convenit omni et semper cf. Porph., Isag. (Arist. Lat. I, 6–7 p. 20 v. 1). Alb., De V univ. Ed. Colon. t. 1, 1a p. 108 v. 60–63, p. 109 v. 34–38, p. 111 v. 13–18, p. 112 v. 20–41. – 7 Supra p. 25 v. 54–66. – 12–14 Dicitur – eo: Cf. supra p. 25 v. 64. Avic., Philos. prima tr. 2 c. 1 (ed. Van Riet p. 67 v. 41–43). – 20 Quod accidentis esse sit inesse cf. supra p. 26 v. 17 cum nota. – 28–29 subiectum – completum: Cf. supra v. 13. – 43 De fallacia aequivocationis cf. Arist., De sophist. el. c. 4 (165 b 30–166 a 23). Alb., De sophist. el. l. 1 tr. 2 (Ed. Paris. t. 2 p. 537 sqq.). – 47 Supra p. 25 v. 46–49. – 51–52 Supra p. 25 v. 46–49.

Hoc autem, quod est in subiecto non esse, est quidem *proprium*, quod convenit omni et semper, sed non convenit soli; convenit enim etiam differentiae, quae in praedicamento substantiae secundum rectam lineam praedicabilium in superstando et substando non est. *Differentia enim in subiecto non est; bipes enim et gressibile*, quae sunt differentiae animalis mobilis divisivae et speciei hominis differentiae constitutivae, *dicuntur* sive praedicantur *de subiecto*, in quo sunt et quod est subiectum sicut suppositum *de homine*. *In subiecto autem nullo sunt*, prout subiectum in se completum accidenti dat esse, quod est in ipso; differentia enim in specie dat esse actu speciei, quia, sicut in scientia UNIVERSALIUM determinatum est, differentia est, 'quod ad esse conducit et quod eius, quod est esse rei, pars est'. Igitur *neque bipes neque gressibile in homine est*, ita quod per inesse accipiat quod sit. Confert enim speciei esse differentia et non accipit ab ipsa. Si enim acciperet esse a subiecta sibi specie, oporteret quod species reciperetur in diffinitione differentiae, sicut subiectum recipitur in diffinitione accidentis; hoc autem non fit, sed potius differentia recipitur in diffinitione speciei. Patet igitur quod non inest speciei ut accidens.

Adhuc autem *de quocumque praedicatur differentia* ut de subiecto nomine, de eodem praedicatur et *ratio* sive diffinitio *differentiae*, sicut patet in exemplo, quia *si gressibile de homine dicitur* sive praedicatur, tunc *etiam ratio* diffinitiva *gressibilis de homine praedicatur*, quae est pedibus mobile voluntate sive appetitu secundum processivum motum; *est enim homo gressibile* et est homo mobile voluntate motu pedum secundum motum processivum.

Potest autem hic oriri DUBIUM, utrum differentia sit substantia. Videtur enim non esse substantia per hoc quod dicitur hoc proprium 'in subiecto non esse' non soli substantiae convenire, sed etiam differentiae. Per hoc enim videtur differentia substantia non esse, sed hoc iam in scientia UNIVERSALIUM sufficienter determinatum est. Est enim differentia illa, quae magis proprie differentia est, | secundum id quod est et secundum suam naturam substantia, quae est forma substantialis, quae dat esse actu substantiae toti, et hoc modo totius esse ipsius, quod totum est, notio designans totum esse in actu differentia est, et ideo de toto praedicatur. Si tamen differentia, prout est relata ad genus, consideratur, cuius qualitas est in ipsius potestate consistens, sic se habet ad genus ut perfectum esse generis consequens, et ideo in hac comparatione comparatur ad genus ut qualitas accidentis inseparabilis. Quae tamen qualitas secundum naturam qualitatis qualitas non est, sed est qualitas essentialis propter hoc quod generis potentia potentia imperfecti est, cuius imperfectio ad actum perficitur determinata potentia generis per coniunctam sibi differentiam; et hoc modo substantialis forma est habens modum qualitatis. Comparata autem ad speciem, quam in substantiae esse constituit, qualitas est essentialis et substantia, quia 'nihil constituit substantiam in esse substantiae nisi substantia'; et quia sic habet modum qualitatis et effectum substantiae, ideo non secundum totam suam rationem substantia est. Et quia est simplex et non composita, ideo in directa linea coordinationis praedicabilium substantiae cadere non potest secundum ordinem superstandi et substandi. Quia vero respicit ad genus substantiae sicut ad sui esse principium, ideo per se genus esse non potest; prima enim genera sunt 'prima rerum principia'; respiciens autem ad aliud ut ad sui principium, in quo est, primum principium esse non potest, et sic non potest esse genus. Cum ergo respiciat ad genus non sicut generi suppositum, sed sicut ad id in quo est sicut in potestate, relinquitur necessario quod sit in linea laterali, et ideo nec in genere est neque omnino extraneum et separatum a genere. Et huius quidem doctrinam in scientia UNIVERSALIUM tradidimus in TRACTATU DE DIFFERENTIA, sed in tantum hic

CaO1P1BrShSiV1 pap 38 *Ca* f. 36va

1 Hoc – subiecto *om. (hom.) P1 corr. in marg. P1*[1] 2 convenit *om. Si* | omni] et soli *add. pa* substantiae *add. p* | non *sup. lin. O1* 3 enim] omni *pa* | quae] quod *CaO1P1V1* 6 enim[2]] tantum *Sh* 8 differentiae *in marg. Sh*[1] | sive] et *p om. pa* 9 et *om. Br p* | sicut] ut *pap* 12 ipso] potentia *pap* 16 per inesse] in esse *Br* 16–17 Confert] constat *Br* 18 esse *sup. lin. Sh*[1] 19 reciperetur] acciperetur *pap* 22 inest speciei] est in specie *SiV1* 24 et *om. O1P1 pap* 25 in *om. pap* 26–27 tunc – praedicatur *om. (hom.) Br* 27 praedicatur *om. Sh* | pedibus] esse *add. p* 28 processivum] progressivum *V1* 29 enim *sup. lin. Sh*[1] | homo[1]] est *praem. Sh* | gressibile – est] gressibilis *Br pap* | mobile] mobilis *Br pap* | motu *om. O1* 30 pedum] redit *CaO1P1 om. Br* | pedum – processivum] processivo *pap* 32 enim] ipsam *add. pap* | substantia[2]] substantiam *pap* | per] propter *pap* 33 hoc] hic *Sh* | hoc proprium] hic videlicet quod proprium quod est *Br* | proprium] quod est *pap* 34 convenire] convenit *Br pap* 35 enim] convenit *add. pa* | differentia substantia] differentiam substantiam *pap* | sed] de *add. Sh* 37 illa] vel *Sh om. O1* 38 id] illud *V1* 41 ipsius] id *pa om. p* | totum[1]] autem *pap* 43 est *om. Br pap* 44 in *om. Sh* | consistens] subsistens *Br* 46 hac] consideratione *add. et exp. P1* 54 substantiae] suo *pap* | substantiae esse *inv. Sh* | est] etiam *add. pap* 55 substantia] substantiae *Br* 55–56 substantiam – substantiae] in esse *pap* 58 totam suam *inv. BrSiV1 pap* totam sui *Sh* | substantia est *om. P1* 61 superstandi – substandi *inv. Sh* | vero] non *pap* 62 sui esse] singulare *Br* 63–65 ideo – principium *om. (hom.) V1* 65 sui] esse *add. Si* 66 esse[1]] est *Sh* 67 ergo] vero *Sh* | generi] generis *Sh* 68 potestate] naturali *add. pap* 69 laterali] praedicamentali *Br* 70 omnino] cum numero *pa* | extraneum – separatum] extranea et separata *pap* 72 in[2] tantum] tamen *Br*

2–3 De proprio, quod convenit omni et semper, sed non soli cf. supra p. 31 v. 2 cum nota. – 13–15 Porph., Isag. (Arist. Lat. I, 6–7 p. 19 v. 7 sq.). Alb., De V univ. Ed. Colon. t. 1, 1a p. 104 v. 26–28, p. 106 v. 62 – p. 107 v. 2. – 31–34 dubium – differentiae: Cf. Kilw., Super Praed. (ed. Conti p. 37 v. 9–10). – 34–37 De differentia magis propria vide Alb., De V univ. Ed. Colon. t. 1, 1a p. 79 v. 10 – p. 81 v. 26. – 49 De differentia ut qualitate essentiali cf. Alb., De V univ. Ed. Colon. t. 1, 1a p. 80 v. 79 – p. 81 v. 23. – 49–52 De potentia generis cf. Alb., De V univ. Ed. Colon. t. 1, 1a p. 90 v. 60 – p. 94 v. 22, p. 105 v. 2–6. – 55–56 Quod nihil constituat substantiam nisi substantia cf. supra p. 21 v. 28 cum nota. – 63–64 prima – principia: Cf. Porph., Isag. (Arist. Lat. I, 6–7 p. 12 v. 1–2). Alb., De V univ. Ed. Colon. t. 1, 1a p. 94 v. 2–3 cum nota. – 71–72 Vide supra v. 34–37.

dicimus, in quantum intentioni praesenti est necessarium. Quia igitur in genere substantiae directe non est, propter hoc dicitur quod in subiecto non esse non soli convenit substantiae, sed etiam differentiae.

Sed est aliquid quod *conturbare* posset secundum hanc doctrinam, ita quod aliquis posset moveri de *substantiarum* principalium *partibus*, ut est manus, pes et huiusmodi, vel ut caro, lignum, cortex, ramus et huiusmodi, vel etiam sicut materia et forma, ex quibus fit substantia composita. Illae enim partes in substantia composita videntur esse sicut *in subiecto*; non enim habent esse partium nisi in composito; manus enim abscisa non est manus. Et ita forte aliquis putaret quod secundum hanc doctrinam *cogamur* | eas dicere *non esse substantias* et *confiteri* per hanc rationem quod non sint substantiae. Ea enim, *quae tamquam partes* essentiales vel integrales *sunt in aliquo*, per hoc quod sic sunt in toto, non habent *esse in subiecto*. Et est alius modus essendi aliquid in aliquo sicut pars in toto, et alius modus essendi in aliquo sicut accidens in subiecto, sicut in IV PHYSICORUM determinatur.

Sciendum tamen quod pars non est actu, nisi quando est in toto, sed in potentia pars et non secundum actum, quando non est in toto; et sic a toto accipit actum et rationem. Actus autem ipsius est forma et operatio ipsius, quam habet secundum formam, sicut oculi videre et radicis alimentum trahere et folii fructum a caumate defendere et manus opus intellectus operativi perficere et huiusmodi. Et potestates ad haec partes habent in toto et non habent, quando in toto non sunt, et ideo abscisae partes aequivoce nomina illa recipiunt, quae habent in toto, propter quod in toto aliquo modo recipiunt nomen et rationem et a toto. Hoc autem non facit accidens, quando est in toto ut in subiecto. Et ideo aequivocatio est, quando dicitur pars in toto et quando dicitur accidens esse in toto. Accidens enim non est forma partis sed totius, quia subiectum accidentis est ens in se completum; completum autem est totum compositum. Est autem adhuc etiam in hoc dissimilitudo, quod partes in toto, sive sint essentiales sive integrales, | totum constituunt secundum esse, et ideo substantiae sunt totius. Accidens autem non est in toto sicut constituens ipsum secundum substantiam, sed sicut constitutum in esse quocumque per subiectum, et ideo in diffinitione accidentis recipitur subiectum sicut causa esse accidentis; in diffinitione totius compositi recipiuntur partes sicut principia cognoscendi totum, quia eadem sunt principia cognoscendi et essendi, sicut dicitur in PRINCIPIO PHYSICORUM. Dicit autem ARISTOTELES quod compositum et totum cognoscimus, cum scimus, ex quibus et quot et ex qualibus est.

Ex his QUIDAM errantes obiciunt, ut dicit GREGORIUS NIXENUS: Quaecumque ut entelechia sunt in aliquo, aut sicut accidens sunt in aliquo aut sicut forma materialis, quae habet esse in subiecto et non habet esse extra ipsum; anima autem ut entelechia habet esse in corpore; aut ergo est in ipso sicut accidens aut sicut forma materialis. Et quodlibet horum detur, sequitur quod non habet esse nisi in corpore et non habet esse extra ipsum.

Ad hoc autem QUIDAM solvere nituntur dicentes quod anima habet esse in corpore sicut motivum in moto, sicut rex in regno et nauta in navi, et ideo separabilis est a corpore et separata esse habet in seipsa.

Sed salva pace istorum isti non solvunt obiectionem, quia obiectio sic procedit dicens quod 'quaecumque ut entelechia sunt in corpore'; motivum autem in moto non est sicut entelechia; anima autem in II DE ANIMA dicitur esse entelechia corporis. Propter hoc dicendum quod haec diffinitio 'anima est entelechia corporis organici potentiam vitae habentis' data est de anima, non

CaO1P1BrShSiV1 pap 14 *Sh* f. 37ra 39 *Ca* f. 36vb

2 igitur] differentia *Br* | directe *om. pap* 3 soli] solum *pap* 8 vel[1] – huiusmodi *om. (hom.) pap* 10 Illae – composita *om. (hom.) Br* 12 abscisa] abscissa *p* 13 putaret] putabit *O1* 14 cogamur] multipliciter *add. pap* 14–15 confiteri] constare *Br* conversim *pap* 15 sint] sicut *add. pap* 16 quae] partes *add. et exp. Ca* 18 Et est] est enim *pap* 18–19 aliquid – essendi *om. (hom.) SiV1* 19 in[2] aliquo *in marg. Sh*[1] 21 tamen] est *add. pap* | est] in *add. SiV1 pap* 22 sed] est *add. pap* 22–23 sed – toto *om. (hom.) Br* 23 accipit actum *inv. Sh* 24 est – et] et forma est *p* | et operatio] comparatio *pa* 24–25 et – formam *om. (hom.) Br* 25 habet *om. O1 p* 26 trahere] attrahere *O1* 27 operativi] comparatim *pa* imperatum *p* 28 ad haec] adhuc *O1P1SiV1 pap* 31 propter] sed *pap* 32 et[2]] est *pap om. BrV1* 34 dicitur[1]] esse *add. Br* 38 etiam] et *Sh* | in[1] hoc *om. pap* | quod] quia *pap* | sive sint] sunt *Br* 39 sive] sicut *Br* 40 autem *sup. lin. Sh*[1] enim *pap* 42 sed] est *add. p* | constitutum] constitutivum *p* | quocumque] quomodocumque *p* 42–43 subiectum] substantiam *p* 44 esse] est *p* | diffinitione] vero *add. sup. lin. Br*[1] | totius] autem *pap* 47 autem *om. Sh* 49 quot] ex *praem. Ca* est *praem. Si* | ex[2] *om. O1* 50 his] quibus replicant *Br* autem *add. p* | obiciunt *om. Br* 51 ut *om. Sh* 52 sicut[1]] ut *O1P1SiV1 pap* | materialis] naturalis *Sh* 53 in – esse *om. (hom.) p* 53–54 ipsum] ipsam *p* 54 habet] habent *Sh* 55 accidens] in subiecto *add. pap* 55–56 forma materialis] formalis *CaO1P1Sh* natura formalis *Br* 56 quodlibet] quaecumque *pa* quodcumque *Br p* 58 Ad hoc] adhuc *pa* | solvere] respondere *pap* 60 et[1]] sicut *add. Sh* 61 et] sed *Sh* 62 istorum] istarum *CaP1* 63 quaecumque] anima *Br* | ut] in *CaO1P1* 64 sunt] est *Br* | corpore] etc. *add. p* 65 non *om. p* | autem] ut *add. Br add. in marg. Sh*[2] 66 esse] est *Br* 66–67 Propter – corporis *om. (hom.) V1 pap* 66 hoc] haec *Ca* quod *Si* 68 potentiam vitae] potentia vitam *BrSiV1 p* | data] Et hoc dictum *pap*

20 Arist., Phys. l. 4 c. 3 (210 a 21). – 29–32 Quod partes abscisae aequivoce dicantur cf. Arist., Meteora l. 4 tr. 12 (390 a 10–19). Alb., Meteora. Ed. Colon. t. 6, 1 p. 299 v. 32–74. – 47 Arist., Phys. l. 1 c. 1 (184 a 12–14). Cf. Alb., De V univ. Ed. Colon. t. 1, 1a p. 3 v. 23–25 cum nota 23–25, p. 23 v. 5–7 cum nota 5–6. – 47–49 Arist., Phys. l. 1 c. 4 (187 b 11–13); transl. vetus: Arist. Lat. VII, 1/2 p. 20 v. 5–7): 'sic enim cognoscere compositum arbitramur, cum cognoscamus ex quibus est et quantis sit'. Alb., Phys. Ed. Colon. t. 4, 1 p. 35 v. 19: 'ex quibus et quot'; De V univ. Ed. Colon. t. 1, 1a p. 15 v. 16–17: 'nisi sciatur ex quibus et quot et qualibus est'. – 50–51 Greg. Nix.: Immo: Nemes. Emes., De nat. hom. c. 2; transl. Burg. (ed. Verbeke/Moncho p. 37 v. 19 – p. 38 v. 27, p. 49 v. 81–88). Alb., De homine. Ed. Colon. t. 27, 2 p. 30 v. 47–51. Non invenimus auctores qui hanc obiectionem proponunt ex auctoritate Gregorii, cf. Avic., Liber VI Nat. pars l c. 1 (ed. Van Riet p. 23 v. 85 – p. 26 v. 23). – 58–61 Quidam: Non invenitur. Cf. Arist., De anima l. 2 c. 2 (413 a 8): 'actus corporis anima sicut nauta navis' et Alb., De anima. Ed. Colon. t. 7, 1 p. 70 v. 48–60. – 65–68 anima – habentis: Cf. Arist., De anima l. 2 c. 1 (412 b 5–6).

secundum quod est anima, sed secundum quod est corporis animati forma. Et ideo dicit ARISTOTELES quod sic diffinita anima est in habitu et sicut somnus et sicut figura ensis. Et est diffinitio ad demonstrationem se habens sicut conclusio, et ideo in sequentibus corrigit eam ARISTOTELES dicens quod anima quando secundum substantiam, secundum quod anima substantia est, diffinitur sic: 'Anima est principium et causa vitae', supple, talis, qualis ipsa anima est: vegetabilis autem est causa et principium vitae vegetabilis, et sensibilis principium et causa vitae est sensibilis. Quae vitae non sunt sine corpore, et ideo illae animae non sunt principia et causae talis vitae nisi in corpore. Anima autem intellectualis principium et causa talis vitae est sine corpore; intelligere enim perficitur sine aliquo corpore et est ab omni corporali subiecto separatum. Si igitur principium et causa talis vitae, secundum seipsam talis vitae erit principium et causa. Separata igitur a corpore talis vitae est causa et principium.

Ad OBIECTUM autem dicendum quod anima intellectualis non est entelechia corporis nisi per suum actum, qui est influxio sensus et motus in corpus; et isti sunt actus ipsius secundum id quod est pars et potentia ipsius, sicut vegetabile et sensibile. Actus autem et operatio ipsius secundum id quod est in substantia, est secundum id quod intellectualis est; et hic actus et haec operatio est sine corpore. Haec autem quamvis ad propositum | non sint, tamen propter obiectionem removendam posita sunt, ut perfectior sit doctrina.

Cap. 7. De proprio substantiae et differentiae quod est univoce praedicari

Adhuc est proprium, quod convenit semper, sed non omni nec soli. Soli quidem non convenit, quia convenit substantiae et differentiae. Non omni autem convenit, quia non convenit principali substantiae. Hoc autem proprium est, quod *inest* quidem ut proprium *substantiis*, quae a substando et superstando substantiae dicuntur, et inest *differentiis*, quae a substando directe in genere esse non dicuntur, quod omnia praedicata, quae sunt ex ipsis et de numero eorum sunt, *univoce praedicantur de his* de quibus praedicantur. *Omnia enim praedicata, quae sunt ab his*, hoc est substantia et differentiis, sumpta, *aut praedicantur de individuis aut de speciebus* generaliter dicta specie ad subalternam et specialissimam.

Hoc autem proprium non omni convenit substantiae, quia non convenit principali | substantiae, quae est substantia individua. *A principali namque substantia nulla est praedicatio*, quia individuum de nullo praedicatur, et si nulla est praedicatio sumpta de principali substantia, tunc non praedicatur univoce de aliquo, eo quod *de nullo* ut sibi *subiecto dicitur*; ipsa enim est novissimum omnium subiectum, et ideo habere non potest aliquid quod sibi sit subiectum, prout subiectum dicitur secundum naturam substans suppositum; quod autem nullum habet sibi substans suppositum non potest dici de subiecto; omne autem quod univoce praedicatur de aliquo, dicitur

3 a 33 – b 9 (Arist. Lat. 51,21–52,3): Inest autem substantiis et differentiis ab his omnia univoce praedicari. Omnia enim quae ab his sunt praedicata aut de individuis praedicantur aut de speciebus. A principali namque substantia nulla est praedicatio (de nullo enim subiecto dicitur), secundarum vero substantiarum species quidem de individuo praedicatur, genus autem et de specie et de individuo; similiter autem et differentiae et de speciebus et de individuis praedicantur. Rationem namque suscipiunt primae substantiae specierum et generum, et species generis (quaecumque enim de praedicato dicuntur, eadem et de subiecto dicentur); similiter autem et differentiarum rationem suscipiunt species et individua; univoca autem sunt quorum et nomen commune et ratio eadem est. Quare omnia quae a substantiis et differentiis sunt univoce dicuntur.

CaO1P1BrShSiV1 pap 26 *Sh* f. 37rb 45 *Ca* f. 37ra

2 sic] sicut *P1* 3 diffinita] diffinitiva *pa* | habitu] habita *pa* | somnus] sonus *O1P1* 4 ensis] elementis *O1P1* elementalis *pap om. Br* 6 quando] quae *pa om. BrSiV1 p* 7 quod] quam *Br* 8 supple] supponitur *pa* 9 ipsa *om. O1* | vegetabilis] vegetalis *SiV1* | autem] enim *pap* 10 vegetabilis] vegetalis *V1* 11 est *om. O1* | sensibilis] vegetabilis *CaP1Sh* et vegetabilis *add. O1* 11–13 et – corpore *om. (hom.) O1* 13–14 nisi – vitae *om. (hom.) V1* 13 intellectualis] intelligibilis *Br* 14 talis vitae *inv. Sh* | intelligere] intelligentia *pap* 15 aliquo corpore *inv. Sh* 16 separatum] separata *p* | vitae] est *add. Br* est et *add. pap* 16–17 secundum – vitae *om. (hom.) O1P1* 17 talis – causa *om. Br* 18 a *om. V1* 19 obiectum] obiectionem *BrSi* 19–20 intellectualis] intellectiva *Br* 20 est *om. Sh* 21 influxio] inflexio *CaO1* inflectio *P1* influctio *Sh* infusio *pap* | corpus] corpore *BrSi* 22 potentia] patentia *Sh* 23 autem *om. P1* | operatio] comparatio *pa* 25 operatio] comparatio *pa* 29–30 substantiae – differentiae] formae *Si* 30 differentiae] diffinitione *CaP1* de diffinitione *O1* 31 Adhuc] autem *add. p* | semper *om. O1* 32 omni – soli] soli neque omni *pap* | nec] naturae *CaO1P1* | Soli^2 *om. Br* | non *om. Br* | quia] quod *O1* 34 non] causa *CaO1P1* 35 est *om. pap* | quod] quia *Br* 36 quae] quia *Si* qui *pa* | a] se *add. Br* 37 a] se *add. Br* 38 dicuntur] est *add. p* | quod] quia *Br* 39–40 de^2 – praedicantur *om. (hom.) P1 corr. in marg. P1^1* 39 his] quidem *add. Br* 42 aut *in marg. Sh^2* 43 subalternam – specialissimam] subalterna et specialissima *V1* 50 dicitur] praedicatur *Br pap* | est] omnium *add. pa* 51 habere – potest] non potest esse *Br* 53–54 quod – non] nec *pap* 54 sibi – suppositum] suppositum aut substans *Br* 55 omne] tunc *CaO1P1Br* illud *SiV1* | aliquo] alio *Br* de ipso *add. pap*

57 praedicata *Cs* praedicamenta *ed.*

2–4 Arist., De anima l. 2 c. 1 (412 a 23 sq.); transl. vetus: Alb., De anima. Ed. Colon. t. 7,1 p. 66 v. 89: 'In eo quod anima est, et somnus et vigilantia est'. De figura ensis vide Arist., De anima l. 2 c. 1 (412 b 12–13). Avic., Liber VI Nat. pars 1 c. 1 (ed. Van Riet p. 27 v. 42). Alb., De homine. Ed. Colon. t. 27,2 p. 35 v. 6 cum nota, p. 37 v. 4–10. – 4–9 Arist., ibid. c. 2 (413 a 11 sq.). Cf. Alb., De anima. Ed. Colon. t. 7,1 p. 72 v. 60–63: 'quare anima sit actus corporis. (…) quod ipsa est principium et causa vitae', v. 74 sqq.: 'de diffinitione animae dicente propter quid' (l. 2 tr. 1 c. 2). – 9–18 vegetabilis – principium: Cf. Alb., De homine. Ed. Colon. t. 27,2 p. 464 v. 7 sqq.; De nat. et orig. animae. Ed. Colon. t. 12 p. 21 v. 7–25. – 19 Supra p. 33 v. 51–57.

ut de subiecto; prima igitur substantia de nullo univoce praedicatur. Et sic habentur duae conclusiones, scilicet quod non praedicatur et quod non praedicatur univoce.

Ad id autem quod non praedicatur, videtur contrarium esse quod in libro DE V UNIVERSALIBUS dicit PORPHYRIUS, scilicet quod individuum de uno solo, hoc est, de se ipso praedicatur. Sed hoc in scientia, quam DE UNIVERSALIBUS scripsimus, ibidem solutum est, quod aliquid praedicari de seipso naturali praedicatione non contingit in essentiali praedicatione, quia in tali praedicatione praedicatum debet esse de ratione subiecti et principium constituendi et cognoscendi ipsum. Hoc autem non potest esse, quando idem de se praedicatur. Eodem modo quando subiectum est de ratione praedicati, tunc subiectum principium est cognoscendi praedicatum. Et hoc iterum esse non potest, quando idem de se praedicatur. Non ergo potest esse nisi praedicatio per accidens, si est praedicatio; non enim ibi praedicatur proprius effectus de causa. Sed per accidens non est praedicatio, quia nec praedicatum est accidens subiecti nec subiectum est accidens praedicati. Et sic nec praedicatio per se nec per accidens; ergo nulla praedicatio. Et hoc quidem verum est, quia, quando individuum de se praedicatur, significatur idem sibi ipsi inesse, quod nullo modo potest intelligi, quia nihil inest sibi ipsi, ut in IV PHYSICORUM dicit ARISTOTELES. Sed quod dicit Porphyrius intelligendum est de inordinata praedicatione, quae non est universalis alicuius praedicatio, et tunc illa praedicatio reducitur ad artem, sic ut idem secundum id quod est, sibi subici intelligatur, et secundum id quo est id quod est, intelligatur praedicari. Et hoc est, cum dicitur: 'hic homo est hic homo' vel 'Socrates est Socrates', ut sensus sit: 'hic homo secundum id quod est res naturae, est hic homo, quo habet esse huius hominis', vel 'Socrates, secundum quod est hic, est Socrates, quo habet esse Socratis', hoc est, secundum quod est sub individuantibus significantibus ipsum esse Socratem. De talibus praedicationibus nos hic non loquimur.

Hoc autem modo loquendo, ut dicit BOETHIUS, nullae sunt propositiones veriores his, in quibus idem de seipso praedicatur, quia in talibus idem secundum id quo est id quod est, de eo quod est, praedicatur. Esse enim, quo est id quod est, ab eo quod est, inseparabile est per intellectum, et ideo semper vera est et, ut QUIDAM dicunt, a nullo nisi a se ipsa talis propositio suam habet veritatem. Semper enim vera est haec 'homo est homo' et 'domus est domus', quia esse, in eo quod est, semper accipitur per intellectum, et ideo aeterna est talium veritas propositionum, ut dicunt QUIDAM.

Patet igitur, qualiter est et qualiter non est a prima et principali substantia praedicatio. Quod autem univoce non praedicatur, facile probatur per hoc quod non habet aliquid sub se suppositum, in quo sit, ut genus vel differentia, quod causa est univocae praedicationis. Cum autem aliquo modo de se praedicatur, non tamen praedicatur ut ens de ratione sui ipsius, et sic univoce de se non potest praedicari.

Quod autem omnis praedicatio, quae sumitur de secundis substantiis et differentiis, sit univoca, probatur per inductionem, quia quaecumque sunt de numero *secundarum substantiarum*, sunt species vel genera. Et *species quidem* essentialiter *praedicantur de individuis*, quia species praedicatur de pluribus differentibus numero solo; haec autem sunt individua. *Genera vero* praedicantur *et de speciebus et de individuis* substantiali praedicatione, quia genus praedicatur de pluribus differentibus specie. *Similiter* etiam *differentiae praedicantur de | speciebus et individuis* specierum, quas constituunt sicut essentiae formales, quae insunt speciebus et individuis. | Et quando species de primis substantiis praedicantur, tunc *primae substantiae*

CaO1P1BrShSiV1 pap 67 *Sh* f. 37va 69 *Ca* f. 37rb

2 conclusiones] conditiones *pap* 3 praedicatur[1]] potest *pa* | praedicatur[2]] potest *pa om. Br* 4 Ad – praedicatur] huic autem *pap* 7 se *om. Sh* 8 ibidem – est] solutum est. Ibidem enim diximus *pap* 10 in[1]] sive *pap* 13 se] seipso *BrSiV1 pap* 15 est *om. CaP1Sh* 16 se] ipso *add. p* 17 ergo] enim *pap om. Si* 18 ibi] illi *pa* 19 de causa] per causam *O1* 20 nec[2]] ut *pa* 21 nec[1]] est *add. pap* 22 praedicatio *om. pap* 24 ipsi *om. pap* 29 sic *Sh om. cet. codd., edd.* | quod] quo *p* | est *om. P1* | sibi *om. O1 pap* 29–30 subici – est *om. pap* 30 quo] quod *P1* | id[2] – est[2] *om. Br* 31 est[1]] ut *add. Sh* 32 vel *om. O1* | sit] quia *add. pap* 33 est[1]] homo *add. et exp. Ca* | hic *om. V1* 34 huius *Sh om. cet. codd., edd.* 35 hic] Socrates *add. pap* | Socratis] Socrates *SiV1* 38 nos] eius *CaO1P1Br om. pap* | nos hic *inv. Sh* 40 veriores] in *O1* in *add. P1* | de] in *scr. sup. lin. et corr. Ca[1]* 41 praedicatur] quia in talibus idem de se ipso praedicatur *add. P1* | quo] quod *P1* 42 id – est *om. p* | quod[1]] quo *pa* | praedicatur] praedicatum *P1* 44 et[2] *om. P1* 45 ipsa] ipso *Sh* 46 vera – haec] verum est hoc *pap* | haec *om. O1P1SiV1* 47 et *om. pap* | esse – semper] semper esse in eo quod est *O1* 51 principali] substantiali *Si* 53 suppositum] species positum *Si* 55–56 non – praedicatur *om. (hom.) P1* 58 de] a *Br* 59 et differentiis *om. O1* 62 essentialiter] quidem *add. Sh* | praedicantur] praedicatur *Sh* | praedicantur – species *om. pap* 63 praedicatur] praedicantur *ShV1* | numero *in marg. Sh[1]* 63–64 haec autem] et haec *pap* 64 vero] nec *CaO1P1* autem *Br pap* | et *om. Sh* 65–67 substantiali – individuis *om. (hom.) Br* 67 de] pluribus *add. Si* | et] de *add. Sh*

5–6 Porph., Isag. (Arist. Lat. I, 6–7 p. 7 v. 2–3). – 7–8 Alb., De V univ. Ed. Colon. t. 1, 1a p. 48 v. 45 – p. 49 v. 65, p. 74 v. 17–30. – 25–26 Arist., Phys. l. 4 c. 3 (210 b 21–22). Cf. Alb., De V univ. Ed. Colon. t. 1, 1a p. 1 v. 10–13. – 27–31 De inordinata praedicatione cf. Alb., De V univ. Ed. Colon. t. 1, 1a p. 105 v. 62–65. – 39–41 Cf. Boethius, In Peri herm. Ed. I l. 2 c. 14 (ed. Meiser I p. 215), Ed. II l. 6 c. 14 (ed. Meiser II, p. 480). Cf. Alb., De V univ. Ed. Colon. t. 1, 1a p. 49 v. 17–21: '(…) dicit Boethius quod nulla propositio est verior ea, in qua idem de se praedicatur. Illud enim idem, ut quo est, praedicatur de eodem ut id quod est. Et sic concedi potest quod prima substantia de se ipsa ut de uno solo praedicatur'; Super Dion. De div. nom. Ed. Colon. t. 37, 1 p. 242 v. 23–26. – 42–44 De distinctione inter id quod est et id quo est vide Boeth., De hebdom. (ed. Moreschini p. 188 v. 37–38). – 44–49 Quidam: Avicenna et Algazel. Vide Avic., Philos. prima tr. 5 c. 1 (ed. Van Riet p. 233 v. 19 – p. 237 v. 21); vide etiam infra p. 155 v. 54 – p. 156 v. 20. Cf. Alb., De V univ. Ed. Colon. t. 1, 1a p. 133 v. 54 – p. 134 v. 3: 'Avicenna et Algazel dicunt has esse per se «hic homo est homo» et «homo est animal» et «animal est substantia» et semper esse veras (…) quia scilicet praedicatum clauditur actu et intellectu in subiecto'.

suscipiunt rationem specierum, quia species individuo dat nomen suum et rationem. Et similiter, quando genera de speciebus praedicantur et individuis, *species* suscipiunt rationes *generum* propter eandem causam, quia per hoc quod genus essentialiter est in specie et actu et intellectu, genus dat speciei suum nomen et suam rationem per illam quae PRAEMISSA est dignitatem, scilicet quod, quando alterum de altero praedicatur ut de subiecto, *quaecumque de praedicato* substantialiter praedicantur, omnia *de subiecto dicuntur* eodem modo et ordine praedicationis. *Similiter autem*, quando differentia praedicatur de speciebus et individuis per hoc quod essentialiter ut actus est in illis, tunc diffinitivam *rationem differentiae suscipiunt et species et individua*, quia ipsa differentia ut actus et ut forma essentialiter est in illis. Sed iam HABITUM EST quod *univoca sunt, quorum nomen est commune* et unum *et ratio* diffinitiva secundum illud nomen data; nomine autem uno et ratione una praedicantur secundae substantiae et differentiae; ergo *omnia* praedicata, *quae a substantiis et differentiis* ordinata praedicatione sumpta *sunt, univoce dicuntur* sive praedicantur de subiectis illis de quibus praedicantur.

Attende autem quod, quamvis differentia, nisi sumatur ut genus, subiectum in recta linea standi supra et subtus non habeat, sed sit a latere respiciens talem lineam, tamen differentia subiectum habet, cui inest, de quo est ut praedicabile et ut quoddam universale, et sic de illo praedicatur univoce.

Adhuc autem notandum quod, quamvis differentia non habeat genus, quod in ipsa sit per intellectum, et sic non habeat veram diffinitionem, qua praedicetur, tamen habet assignationem secundum nomen suum per essentialia sua formatam per causam essentialem, sicut quod dicitur quod 'ad esse conducit et quod eius quod est esse rei pars est'. Haec enim assignatio per causam data est, secundum quod ipsa differentia est causa esse, et per hanc univoce habet praedicari, et cui convenit praedicatio sui nominis, in ipso est differentia per hanc eandam rationem completam, scilicet quod differentia illud ad esse conducit et quod ipsa differentia esse illius rei pars est essentialis. Sic enim intelligitur quod est praedicari nomine et ratione, sic scilicet ut subiectum, de quo praedicatio fit, sicut participat praedicatum nomine, sic participet ipsum ratione.

Cap. 8. De proprio substantiae quod est unum et hoc aliquid significare

Omnibus autem iam habitis proprietatibus quae substantiam, secundum quod est unum praedicabilium, consequuntur, nunc restat videre de proprietatibus ipsius, secundum quod ipsa est substantia, absque hoc quod consideretur ut praedicabilis vel unum praedicabilium sive praedicamentorum. Dico igitur quod *omnis substantia videtur hoc aliquid significare*. 'Hoc autem aliquid significare' convenit quidem soli substantiae, sed non convenit omni, quia sicut univoce praedicari convenit secundae substantiae et non primae, ita *hoc aliquid significare* convenit primae substantiae et non convenit secundae, quamvis convenire videatur etiam secundae. Et in primis quidem indubitabile est et verum universaliter, quoniam primae substantiae hoc aliquid significant, quia habent materiam determinatam et signatam accidentibus et individuantibus, per quam sunt hic et nunc et per quam est unum numero id quod significant, quod 'unum numero est' hic et nunc, in quo, ut dicit BOETHIUS,

3 b 10–23 (Arist. Lat. 52, 4–15): Omnis autem substantia videtur hoc aliquid significare. Et in primis quidem substantiis indubitabile et verum est quoniam hoc aliquid significat; individuum enim et unum numero est quod significatur. In secundis autem substantiis videtur quidem similiter appellationis figura hoc aliquid significare, quando quis dixerit hominem vel animal; non tamen verum est, sed magis quale aliquid significat (neque enim unum est quod subiectum est quemadmodum primae substantiae, sed de pluribus homo dicitur et animal); non autem simpliciter quale quid significat, quemadmodum album; nihil enim aliud significat album quam qualitatem, genus autem et species circa substantiam qualitatem determinant (qualem enim quandam substantiam significat). Plus enim in genere quam in specie determinatio fit; dicens autem animal plus complectitur hic quam hominem.

CaO1P1BrShSiV1 pap

7 quod *om. BrShSi* 16 ratio] substantiae *add. O1* 17 data] est una *add. sup. lin. Br*[1] est eadem *add. pap* 19 substantiis] secundis *add. pap* 20 dicuntur] dicantur *CaP1* 21 de[1] – praedicantur *om. (hom.) pap* 22 nisi] non *Br pap in* non *corr. O1*[1] *om. Si* 23 genus] cuius *add. in marg. Sh*[1] et *add. p* 24 respiciens] recipiens *Br* 25 inest] et *add. Sh* 28 notandum] est *add. pap* 29 ipsa] ipso *Br* | sit *om. CaO1P1Sh* 30 non *iter. Ca corr. Ca*[1] | praedicetur] predicatur *Sh* 31 assignationem secundum] assignatum *p* 32 formatam] formativa *O1P1Br pap* 37 sui] ipsius *O1* 40 quod est] quid *p* 45 est *om. Sh* | unum – significare] significare hoc aliquid *p* 48 consequuntur, nunc] sequuntur nunc autem *Br* 50 consideretur – unum] sit unum praedicabile vel *Br* | praedicabilis] praedicabile *O1 pap* 55 non] nisi *Ca* 56 convenit[2] *om. O1Br pap* 57 videatur etiam *inv. Sh* | etiam] ipsi substantiae *add. pap* | etiam secundae] secundis *Br* 58 quidem *om. Br* | universaliter *om. Br* 60 determinatam *BrSh* terminatam *cet. codd., edd.* 61 quam] quae *pap* 62–63 et – nunc *om. (hom.) Br* 62 quam] quae singula earum *pap* 62–63 id – est] et *pap*

64 aliquid *Ch a* quiddam *ed.* 65 individuum – significatur *Ch a om. ed.* | autem *Ch* vero *ed.* 67 primae substantiae *Ch* prima substantia *ed.* 69 qualem *CsCh a* quale *ed.* 70 enim *CsCh a* autem *ed.*

7 Supra p. 14 v. 31–37. – 15 Supra p. 8 v. 12–14. – 33–34 Cf. supra p. 32 v. 14. – 63 – p. 37 v. 1 Immo: Ps.-Boeth. (Dominic. Gundiss.), De unitate (ed. Correns p. 9 v. 25 – p. 10 v. 2): 'Alia dicuntur unum numero (…) idest in numerando'. Cf. Alb., Top. l. 1 tr. 1 c. 7 (Ed. Paris. t. 2 p. 261b); De sophist. el. l. 1 tr. 3 c. 20 (Ed. Paris. t. 2 p. 596b).

non invenitur diversitas 'in numerando'. Quod non convenit ei quod est specie vel genere unum, quod nec habet materiam determinatam nec signatam, et ideo divisione materiae agitur in pluralitatem, et divisione differentiae genus in specierum pluralitatem, ita quod unitas numeri non servatur in eis. Prima igitur substantia quod sit hoc, habet ab individuatione et determinatione individuantium; quod autem sit aliquid in forma, habet a specie, quae est in ipsa et est esse ipsius, et sic proprie dicitur hoc aliquid. Unde BOETHIUS in libro DE HEBDOMADIBUS: Omne quod est, ab alio habet quod est, et ab alio quod hoc est. Quod enim hoc est, per designationem | est huius, ut hoc est; quod autem est, non potest esse nisi per hoc, quod est sibi causa essendi.

In secundis autem substantiis videtur quidem sub *appellationis figura similiter* nomen *hoc aliquid significare, quando* aliquis *dixerit* nominans *hominem vel animal; non tamen verum est* quod nomen secundae substantiae significet hoc aliquid, *sed* nomen secundae substantiae *magis significat quale aliquid* et non hoc aliquid. Id enim, quod ut *subiectum* in nomine significatur, *neque unum est* numero, *quemadmodum* unum numero est, quod nomine *primae substantiae* subiectum significatur; *homo* enim, qui significatur subiectum nomini speciei, praedicatur *de pluribus* numero, in quibus | actu esse et simul significatur, *et animal*, quod est subiectum nomini generis, etiam de pluribus dicitur differentibus specie et numero, in quibus est actu et simul.

Dico autem 'appellationis figuram', non, ut QUIDAM dicunt, 'nominis institutionem' – quam dicunt primo in individuis factam esse, eo quod nomina primitus dicunt instituta fuisse ad individuorum significationem –, sed dico appellationis figuram similem nominis formationem ad significandam speciem et ad significandum individuum. Natura enim, ut dicit DAMASCENUS, dupliciter consideratur, in se scilicet et in atomo sive in individuo, et in utraque consideratione simili nomine naturae designatur. Natura enim communis in se considerata homo dicitur et considerata in atomo iterum dicitur homo, et quia una est, non differens nisi communi et determinato, propter hoc uno nomine designari eam oportuit. Et hoc vocatur appellationis figura. Et haec appellationis figura nobis etiam causa deceptionis est in fallacia figurae dictionis, quod saepe quale quid ut hoc aliquid interpretamur.

Huius autem figurae appellationis causa est, quia et genus et differentia et species et individuum videntur idem et eandem naturam significare. Genus enim dicit formam in materia indeterminata diffusam. Et talis esse compositi ipsum genus est notio quaedam, et ideo praedicatur de toto, quia totum dicit modo, qui dictus est. Differentia autem dicit formam et actum ad materiam indeterminatam relatam et inclinatam et quasi ad talem materiam reflexam, propter quod et haec dicit totum esse totius compositi, et ideo etiam ipsa de toto praedicatur. Species autem dicit formam in materia, quae ad actum ultimum stat ut perfecta, sed non est terminis limitum et loci et temporis determinata, et ideo et haec dicit totum esse et est notio totius et non partis, et ideo de toto praedicatur. Individuum autem dicit formam in materia determinata limitibus et locis et differentia temporis et septem individuantibus designatam, quae in scientia DE UNIVERSALIBUS determinata sunt. Et quia sic unum in omnibus est secundis et primis substantiis et differentiis, oportuit quod similis esset appellationis figura.

Quamvis autem unum sit in omnibus, quod sub appellationis figura designatur per nomen, non tamen unus est ipsius modus, quo est in omnibus istis. Non enim idem modus est confusi et stantis ad actum ultimum, nec idem modus est communis et determinati limitibus

CaO1P1BrShSiV1 pap 13 *Ca* f. 37va 25 *Sh* f. 37vb

1 non[2] *om. O1* 3 determinatam] terminatam *CaO1P1SiV1* 4 agitur *post* pluralitatem *transp. Sh* agit *pap* | pluralitatem] individuorum *praem. p* 5 differentiae genus] differentiarum genus dividentium *pap* | in] et *Si* 6 servatur] salvatur *Sh* | eis] ipsis *pap* 7 hoc] haec *pap* 7–8 determinatione *Sh* terminatione *cet. codd., edd.* 8 individuantium] et individuantibus *Br* et *praem. CaP1Sh* | sit] ad *add. O1 om. pap* 9 in *om. Sh* 10 Unde] dicit *add. pap* 11 quod[2] est] esse *Br* 13 ut] quod *O1P1SiV1* quia *pap* 14 nisi *om. CaO1P1Sh* 15 substantiis] aut secunda *add. V1* | appellationis] oppositionis *pa* 16 quando] quod *O1* 19 significat *om. SiV1* 19–20 aliquid] quid *O1Br* 21 nomine *lac. Ca* 23–24 homo – nomini] subiectum enim nominis *pap* 23 homo – qui] hoc enim quod *SiV1* 23–24 significatur[2] – nomini] solum significatur nomine *Br* 25 esse et] est *Br* 26 nomini] nominis *p* | etiam] et *pap* 28 appellationis] appositionis *pa* 29 nominis – dicunt *om. (hom.) Br* | in *om. CaBrSh* 30 esse] quam ipsi vocant nominis institutionem *add. Br* | primitus] prius *O1 pap* | primitus dicunt] dicunt prius vel primitus *Si* 34 Natura] specifica *add. Br* | enim] est *Ca* 35–38 sive – atomo *iter. Ca corr. Ca[1]* 35 in[3] *om. pap* 36 naturae] natura *pap* 37 communis] hominis *Br* 38 atomo] sive in individuo *add. Br* | iterum – homo] hic homo dicitur *pap* 39 est] dicitur *O1* | nisi] in *add. Br* | determinato] determinate *O1P1* 40 designari] significari *Br* | designari eam *inv. Sh* 40–41 vocatur] appellatur *Sh* 43 quod] et *Si* quia *V1 pap* eo *praem. Br* 47 indeterminata] determinata *CaO1P1BrSi* | diffusam] confusam *O1* 49 quia] quod *Br* 51 indeterminatam] determinatam *Br* indeterminate *p* 52 propter] hoc *add. et exp. Ca* | et] in *V1* | haec] hoc *CaP1V1* 53 totius compositi *inv. Sh* | etiam] in *CaP1* et *Sh om. Br* | etiam ipsa] in ipso *O1* 55–56 terminis limitum] terminans limitem *Br* 56 limitum] limitatum *O1P1* | limitum – temporis] limitata et loco et tempore *pap* | et[1] *om. SiV1* | haec] hoc *O1P1* 59 limitibus et] limitantibus *pap* 62–63 et[2] differentiis *om. Sh* 66 ipsius *om. O1* | omnibus *om. O1* | istis] aliis *pap* 67 est *om. Sh* 68 idem] ideo *CaO1P1* | et determinati] indeterminati *CaO1P1Sh pap*

10–11 Boeth., De hebdom. (ed. Moreschini p. 188 v. 37–38). – 28 Cf. Kilw., Super Praed. (ed. Conti p. 40 v. 17–19): 'quia etiam nomina primae imponebantur rebus singularibus et appellabant res singulares, ideo sic sub appellationis figura, idest impositionis aut similis terminationis, videtur hoc aliquid significare'. – 35 Ioh. Dam., De fide orth.; transl. Burg. c. 55 (ed. Buytaert p. 203 v. 6–11). – 40–43 Et – interpretamur: Cf. Kilw., Super Praed. (ed. Conti p. 40 v. 19–20): 'hoc idem decipit nos in figura dictionis cum credimus quale quid significare hoc aliquid'. – 58–61 De septem individuantibus vide Alb., De V univ. Ed. Colon. t. 1, 1a p. 76 v. 29–37 cum nota. Cf. infra p. 38 v. 9–15.

substantiae unius et terminis. Et ideo non semper est verum, quod sub appellationis figura videtur designari. Propterea secunda substantia, quamvis significare videatur hoc aliquid, tamen non significat hoc aliquid, sed quale quid, quod scilicet quid est per id, quod ut primum formabile subicitur in ipso, quod est indeterminatum et confusum, et quod fit quale per qualitatem essentialem differentiae aut secundum potestatem aut secundum actum determinantis ipsum ad actum, sed non determinantis ipsum limitibus spiritualibus vel corporalibus, sicut lineae et superficies | et locus et tempus et patria et parentela et nomen et huiusmodi, quibus aliquid diffinitum et determinatum hoc aliquid efficitur et hic et nunc, loco et tempore vel circumscriptum vel diffinitum suae existentiae limitibus, ultra quos nihil est de sua subsistentia. Aliter autem aliquantulum differentia significat quale quid, ut dicit AVICENNA; haec enim suo nomine dicit quale, quid autem, quod est subiectum formabile, non dicit nisi per effectum, quia scilicet in actu facit ipsum.

Secundum hoc autem surgit quaestio de generalissimo. Hoc enim in se non habet differentiam, et sic videtur dicere quid et non quale quid. Sed ad hoc respondetur quod differentiam, qua formabile est, in se habet potestate, et sic aliquo modo habet eam, et in quantum habet eam, in tantum quale quid significat.

Cum autem dicimus quod secunda substantia et differentia significat quale quid sub appellationis figura, non intelligimus quod sic *significet quale quid* sicut *album*, quod sub appellationis figura videtur qualitatem circa substantiam significare, quia *album* per qualitatem, quam circa substantiam significat, *nihil aliud significat* nisi *qualitatem*, quae vere et secundum se qualitas est, et accidens subiecti illius, circa quod ponitur qualitas illa, in figura appellationis per denominationem significatur; quale autem, quod significat animal vel homo vel rationale, est qualitas essentialis, quae *significat quandam substantiam* illa qualitate perfectam. Sed per illam qualitatem in genere secundum appellationis figuram significatam *fit plus in* hoc *determinatio*, quia determinat genus ad plura significanda quoad ambitum communitatis quam in specie; tam genus enim quam species qualitate differentiae determinantur, sed genus communiori qualitate determinatur ad significandum plus quam species, quia genus sua qualitate determinat sibi subiecta esse differentia specie et numero; qualitas autem, quae speciei communitatem determinat, non determinat speciem nisi ad hoc ut contineat | differentia solo numero. Et ideo *dicens animal plus complectitur* in animalis qualitate *quam* dicens *hominem* complectitur in hominis essentiali qualitate, quamvis utriusque qualitas communis sit multorum.

Cap. 9. De proprio substantiae quod est substantiae nihil esse contrarium

Nunc dicendum videtur de proprietatibus substantiae, secundum quod substat accidentibus et est subiectum generum aliorum. Quia enim, ut dicit ARISTOTELES in fine I PHYSICORUM, subiectum nulli est contrarium, et ideo subiectum est contrariorum, sic *inest substantiae et* proprium eius *nihil illi esse contrarium*. Hoc autem probatur inductione, quia *quid* posset esse *contrarium primae substantiae?* Eo enim quod maxime substat et id quod substat utrique contrario, nulli potest ⟨esse⟩ contrarium,

3 b 25–32 (Arist. Lat. 52, 16–22): Inest autem substantiis et nihil illis esse contrarium. Primae enim substantiae quid erit contrarium? Ut alicui homini: nihil enim est contrarium; at vero nec homini nec animali nihil est contrarium. Non est autem hoc substantiae proprium, sed etiam multorum aliorum, ut quantitati; bicubito enim nihil est contrarium, at vero nec decem nec alicui talium, nisi quis forte multa paucis dicat esse contraria, vel magnum parvo; determinatorum vero nullum nulli est contrarium.

CaO1P1BrShSiV1 pap 11 *Ca* f. 37vb 47 *Sh* f. 38ra

1 substantiae] specie *Si* | unius] numeri *CaO1P1* | unius – terminis] nunc et temporis *Br* 2 quod *sup. lin. Sh*[1] hoc *pap* | videtur *om. pap* | videtur designari] dicitur significari *Br* 3 Propterea] propter hoc *Sh* 3–4 significare videatur *inv. Sh* 4 aliquid[1] *om. pa* | tamen] attamen *pap* 5 quod[1] *om. Br pap* | est *om. p* | ut *om. O1P1SiV1 pap* 6 formabile] formale *Br* 7 fit *editor* sit *codd., edd.* 8 differentiae] habet *pap* 8–9 actum] differentiae *add. pap* 9–10 ad – ipsum *om. (hom.) Br* 10 spiritualibus] temporalibus *pap* 11 lineae] linea *pap* | superficies] et corpus *add. Si* 13 nunc] et *add. Si* 13–14 loco – vel] locus tempus *pa om. p* 14 suae *in marg. Sh*[1] 15 subsistentia *Ca* substantia *O1P1BrShSiV1 pap* sive subsistentia *add. in marg. Sh* 16 Aliter] similiter *Sh* 17 ut] quod *pap* 17–18 ut – quid *om. (hom.) Ca corr. in marg. Ca*[1] 19 facit] fiat *Br* 20 Secundum – autem] Sed hic adhuc *pap* | hoc] haec *Ca* | hoc autem *inv. Sh* 22 quid[1] *sup. lin. Sh*[1] 22–23 respondetur] dicendum est *SiV1* 23 qua] secundum quam *Br* 24 potestate] per potestatem *pap* 26–27 et differentia *in marg. Sh*[1] 28–29 non – figura *om. (hom.) Br* 30 substantiam] subiectum *Br* 31 substantiam] subiectum *Br* | significat[1]] signat *P1* | nihil aliud] non *pap* | aliud] alius *Sh* | nisi] tantum *add. Br* 32 qualitatem] quiditatem *CaO1P1* 32–33 et[2] – illa] quae in *Br* 33 subiecti] subiectum *Si* | ponitur] poni *Sh* 34 denominationem] designationem *Si* 38 significatam] signatam *O1 pap* 39 determinat] determinatur *p* 40 ambitum] suae *add. Br* 42 communiori qualitate] per suam qualitatem *SiV1 pap* 44 esse *om. p* 44–47 specie – differentia *om. (hom.) V1* 48–49 in – complectitur *om. (hom.) Ca corr. in marg. Ca*[1] 49 complectitur] complectatur *Sh* 52 substantiae – esse] nihil habere *Br* 56 nulli] nullum *pap* 57 sic] sicut *O1P1V1 corr. P1*[1] 59 quid] nihil *pa* | quid posset] nihil potest *p* | esse *sup. lin. Sh*[1] 60 enim *om. pap* | id] ei *pap* 61 nulli] non *Br* nullum *pap* | esse *suppl. editor cum Br pap*

10–15 Cf. Alb. De V univ. Ed. Colon. t. 1, 1a p. 76 v. 29–37: 'Quae, ut dicit Boethius, sunt septem, scilicet (…) forma (…) figura (…) parentela (…) nominatio (…) patria (…) tempus (…) locus'. Cf. Boeth., In Isag. Porph. Ed. II l. 3 c. 11 (CSEL 48 p. 235 sqq.). – 15 Cf. supra p. 37 v. 58–61. – 17 Avic., Logica (Venetiis 1508 f. 7va): 'significans quale quid est differentia'. – 55–56 Arist., Phys. l. 1 c. 6 (189 a 27–34); transl. vetus: Arist. Lat. VII, 1/2 p. 27 v. 8–15.

sequitur quod nec fingi posset, si fingere liceret, primae et principali substantiae aliquid ⟨esse⟩ contrarium; *alicui* enim *homini*, ut aliquis homo est, *nihil* potest intelligi esse *contrarium*. *At vero nec homini*, qui est secunda substantia, et generaliter secundae substantiae aliquid potest esse contrarium, *nec animali*, quod est genus, aliquid est contrarium.

Obiciunt autem QUIDAM quod non corrumpitur aliquid nisi contrarium a contrario; substantia autem corrumpitur; ergo contrarium habet, a quo corrumpatur. Adhuc autem, ut in II DE GENERATIONE habetur, ignis aquae contrarius est et aër terrae; haec autem sunt substantiae; ergo substantia substantiae est contraria. Multa autem talia sophistica obici possunt, quae omnia solvit ARISTOTELES in fine I PHYSICORUM.

Subiecto enim communi nihil potest esse contrarium secundum seipsum, sed contrarietatem habet in dispositionibus suarum qualitatum, et sic unum corrumpitur ab alio et contrarium a contrario et contrarium ad contrarium, ut grossum in subtile et grave in leve et calidum in frigidum, et sic de aliis. Haec igitur contrarietas non est substantiae, quae subiectum est, quia si esset alicui contrarium, non posset utrique contrariorum esse subiectum.

Et attende quod multipliciter dicitur contrarium. Uno quidem modo dicitur contrarium perfecta distantia oppositarum differentiarum in eodem genere, cuius subiectum est primum genus, ad quod illa contraria sicut ad unum genus reducuntur et sicut ad unum subiectum, in quo illa contraria sunt potestate et non actu, sicut videtur ARISTOTELES dicere in VIII PRIMAE PHILOSOPHIAE, quod in omni genere primo est una contrarietas prima. Et secundum hanc contrarietatem proprium est substantiae, secundum quod substat et subiectum est, non habere contrarium. Secundum autem quod substantia dicitur essentialis forma, quae est differentia, sic habet contrarium, quia una differentia est alii contraria. Sed | hoc modo de substantia non loquimur hic, quia non ponimus differentiam esse in genere substantiae, secundum quod de substantia loquimur ut de substante et subiecto. Primus autem philosophus hoc modo dictam contrarietatem considerat, qui ad unum genus reducit ea quae sunt eiusdem rationis substantiae aliquo modo. Dicitur etiam contrarietas habitus et privatio sive contrariae formae circa eandem materiam, quae substat utrique, et 'est substantia a substando dicta'. Et illi iterum convenit neutri esse contrariam, ut probatur in fine I PHYSICORUM. Dicitur etiam contrarietas completa distantia passionum et qualitatum circa idem subiectum, quod manens unum et idem receptibile est utriusque contrariorum ut albi et nigri et calidi et frigidi et huiusmodi. Et iterum ei quod utrique contrario substat, convenit nulli esse contrarium. Sic ergo omni substantiae, cuius est substare, convenit nulli esse contrarium. Et iste est verus intellectus Aristotelis, qui haec omnia dicit et probat probationibus, quae inductae sunt.

Quamvis autem hoc sit substantiae proprium et conveniat omni substantiae substanti, *non est* tamen conveniens soli *substantiae*, *sed* est *proprium etiam multorum aliorum*. *Quantitas* enim nihil habet contrarium tam continua quam discreta. Hoc autem in continuis probatur inductione; *bicubitum enim nihil* habet *contrarium*, neque linea neque superficies neque corpus, et sic est in omnibus aliis. Similiter inductione probatur in discretis; *decem* enim sive denario nihil est contrarium neque quinario, et sic de aliis.

Habent tamen haec omnia vel videntur habere sophisticas instantias, quod *aliquis forte* in discretis *multa paucis* ⟨*dicat*⟩ *esse contraria vel magnum parvo* vel breve longo, quae qualiter opponantur, in X PRIMAE PHILOSOPHIAE determinari habet. Sed hic dicendum quod haec opposita quantitatem non dicunt, sed qualitates circa quantitatem dictas. Quod | autem quantitas nihil habeat contrarium, a simili probatur, sicut probatum est de substantia; quantitas enim his subicitur vel substantia gratia

CaO1P1BrShSiV1 pap 38 *Ca* f. 38ra 72 *Sh* f. 38rb

1 quod *om. Sh* 2 esse *suppl. editor* | alicui] aut cui *pa* ut *praem. p* 2–4 alicui – contrarium *om. (hom.) O1P1SiV1* 3 enim *om. p* | ut – est *om. p* | nihil – intelligi] vel potest *pa* | potest intelligi] est vel potest *p* 6 est[2]] potest esse *BrSi* 8–9 aliquid *om. ShSi* 9 a *om. pap* 12 sunt *om. pap* 13 ergo – contraria] igitur substantiae sunt contrariae *Br* 14 sophistica] sophismata *CaO1P1Br* 19 ab alio *in marg. Sh*[1] | a – ad] agit in *pap* 21 igitur] autem *pap* | contrarietas] si *add. et exp. Ca* 22 non *iter. Ca corr. Ca*[1] | est[1]] subiectum *add. et exp. Ca* 23 esse *iter. Ca* 25–26 contrarium – contrarium] contrarietas primo *pap* 26 Uno – contrarium *om. (hom.) P1 corr. in marg. P1*[1] 30–39 in – substantiae *illeg. Si* 32 una *om. Br* 36 dicitur] esse *add. V1* 40 de[1] *sup. lin. Sh*[1] | substantia] substantiis *pap* | loquimur] loquitur *BrSh* Aristoteles *add. Br* | substante] substare *CaO1P1 pap* 41 et] in *Br* de *add. pap* | Primus] primam *pap* 41–42 dictam *om. Br* 45 circa] secundum *O1* 47 contrariam] contraria *BrSi p* contrarium *Sh* 49 subiectum] substantiae *CaP1* subiecti *V1* 50 manens] movens *CaP1* 52 contrario] contrariorum *O1SiV1 pap* 53–54 Sic – contrarium *om. (hom.) pap* 55 est *sup. lin. Sh*[1] 56 probationibus] rationibus *pap* 59 etiam *om. P1 pap* 60–62 tam – contrarium *om. (hom.) SiV1 pap* 63 est – omnibus] de *pap* | Similiter] simili *pap* 64 decem] dicit *CaO1P1* 64–65 decem – est] dicitur enim denario numero nihil esse *Br* nihil est numero denario *pap* 67 quod] quia *Sh pap* | discretis] dicet *add. sup. lin. Br*[1] 68 dicat *suppl. editor cum pap ex Arist. Lat.* 69 opponantur] opponuntur *P1V1* 70 opposita] oppositam *pap* 71 quantitatem *om. O1* | qualitates] qualitatem *Br* 72 dictas] dictam *Br*

8 Cf. Kilw., Super Praed. (ed. Conti p. 41 v. 15–27). – 11 Arist., De gen. et corr. l. 2 c. 4 (331 a 12–20); transl. vetus: Arist. Lat. IX, 1 p. 59 v. 2–9. Cf. Alb., Phys. Ed. Colon. t. 4, 2 p. 410 v. 12–41. – 15 Arist., Phys. l. 1 c. 7 (189 b 32–190 b 10). – 25–56 Et – sunt: Cf. Kilw., Super Praed. (ed. Conti p. 40 v. 27 – p. 41 v. 14): 'contrarietas tripliciter dicitur'. – 31–32 Immo: Arist., Metaph. l. 10 c. 4 (1055 a 4–18); transl. anon.: Arist. Lat. XXV, 2 p. 192 v. 1–15. – 46 est – dicta: Cf. supra p. 34 v. 36. – 48 Vide supra p. 38 v. 55–57. – 69 Immo de parvo et magno secundum Platonicos: Arist., Metaph. l. 1 c. 6 (987 b 25–988 a 14). Cf. Alb., Metaph. Ed. Colon. t. 16, 1 p. 84 v. 16–21; t. 16, 2 p. 590 v. 67–69.

quantitatis sive secundum quod est quanta. Manifestum est igitur quod quantitas, secundum quod quantitas, nulli istorum est contrarium.

Unde concluditur generaliter quod *determinatorum* ad naturam et speciem quantitatis *nullum* penitus *nulli* ad quantitatis naturam et speciem determinato est vel potest *esse contrarium*. Et hoc modo solo quantitati inesset habere contrarium, si hoc modo posset habere contrarium, sicut et solo illo modo substantiae inesset habere contrarium, si, prout substantia subiectum et substans est, posset habere contrarium. Quod esse non potest, sicut probatum est. Hoc igitur modo et non alio intelligenda sunt dicta Aristotelis.

Cap. 10. De proprio substantiae quod est non recipere magis et minus

Est item aliud substantiae proprium, quod quidem omni sed non soli convenit. *Videtur* enim *substantia nec magis nec minus suscipere* per intensionem et remissionem. *Hoc autem* ideo *non dico*, *quod* una *substantia* a substando dicta *non magis* sit substantia quam alia – *hoc enim* in ANTEHABITIS iam *dictum est*, *quia* prima substantia magis *est* substantia quam secunda –, *sed* ideo dicimus illud proprium omni substantiae conveniens esse, *quia unaquaeque substantia*, sive secunda sive prima sit, *hoc ipsum quod est*, *non dicitur magis* nunc esse *et minus* tunc vel alio tempore per hoc quod est secundum esse substantiale intendi et remitti. *Homo* enim *nec ipse a se nec alter* homo *ab altero* per intensionem et remissionem dicitur *magis et minus homo*, *sicut bonum et album* et idem a se in diversis temporibus et unum ab *altero* dicitur *magis* et minus *album* et bonum per intensionem et remissionem. Similiter etiam, *cum* aliquid *sit calidum*, per intensionem et remissionem *dicitur magis et minus calidum*. *Substantia vero*, sive prima sive secunda, hoc modo per intensionem et remissionem *non dicitur* magis et minus substantia; *homo enim nihil* penitus *dicitur nunc magis* vel minus *homo* per intensionem et remissionem, *quam prius* homo fuit. Propter quod generaliter concluditur quod *substantia* in hoc quod substantia est, *non suscipit magis et minus*.

Huius autem causa est id quod PRAEHABITUM EST, quod scilicet substantiae convenit non habere contrarium. Minus enim secundum intensionem est plus habens de contrario et magis est de contrario minus habens, ita quod contrarium large accipiatur. In quibusdam enim est | oppositio ut privatio et habitus sicut inter bonum et malum, in quibus tamen duo motus oppositi ad idem et ab eodem sunt contrarii, et sic suscipit magis et minus, secundum quod ista adverbia sunt bonum et malum; et hoc modo intensa et remissa intercipiunt de contrario. In quibusdam sunt contraria per formas contrarias, et illis est intensio et remissio per hoc quod intercipiunt in omni medio de extremis contrariis abiciendo unum et accipiendo reliquum, secundum quod dicit ARISTOTELES in I TOPICORUM quod 'albius est nigro impermixtius'. Et hoc modo substantia non potest suscipere magis et minus, cuius causa in SCIENTIA DE UNIVERSALIBUS reddita est a PORPHYRIO, quia esse substantiale semper idem et

3 b 33 – 4 a 9 (Arist. Lat. 52, 23–53, 2): Videtur autem substantia non suscipere magis et minus; dico autem hoc non quia substantia non est a substantia magis et minus (hoc autem dictum est quia est); sed quoniam unaquaeque substantia hoc ipsum quod est non dicitur magis et minus; ut est haec substantia homo, non est magis et minus homo, neque ipse a se neque alter ab altero. Non enim est alter altero magis homo, sicut est album altero magis album et bonum alterum altero magis; sed et ipsum a se magis et minus dicitur, ut corpus, cum sit album, magis album esse dicitur quam prius, et cum calidum sit, magis et minus calidum dicitur; substantia vero non dicitur (nihil enim homo magis nunc homo quam prius dicitur, neque aliorum quicquam quae substantiae sunt); quapropter non recipiet substantia magis et minus.

CaO1P1BrShSiV1 pap 45 *Ca* f. 38rb

1 sive] vel *O1* suae *pap* 1–2 Manifestum – quantitas[2]] sic *pap* 3 contrarium] contraria *Br* 5 quantitatis] qualitatis *Ca* 5–6 quantitatis – speciem *iter. P1* 5 nulli] ulli *BrV1* 6 speciem] quantitatis *add. pap* | determinato] determinata *CaO1P1* determinatum *Si* determinant *V1* 7–8 Et – contrarium *om. (hom.) V1 pap* 7 inesset] inest *Br* 8 si] sed *CaO1P1 pap* | posset] possit *CaO1P1 pap* potest *Si* | habere[2]] esse *pap* 9–11 sicut – contrarium *om. (hom.) Br* 9 inesset] detur *pap* 10 si] sed *pap* 11 est *om. pap* | posset] possit *CaO1P1* potest *Si pap* 12 est] hic *add. O1P1SiV1 pap* | alio] aliter *pap* 16 Est] et *V1* | item] iterum *O1P1V1 pap* | aliud] aliquid *pap* 18 intensionem] intentionem *BrSiV1* 19 quod] quia *P1* 20 enim] iam *add. Sh* 22 illud] esse *add. CaO1P1Sh* omne *add. Br* 25 est *om. CaO1P1Sh* 26 hoc] enim *add. Sh* 27 nec[1]] non est *Sh* | homo[2] *om. Sh* 29 sicut] sic *CaO1P1* | album] malum *Br* 31–33 Similiter – remissionem *om. (hom.) pap* 32 etiam *om. O1Si* 33 calidum] bonum *p* | vero] autem *Sh* 34 hoc modo *in marg. Sh*[1] 34–35 et remissionem *om. pap* 35 homo] haec *pap* 36 vel] et *pap* 40 id *om. Br pap* 41 scilicet] si *CaO1P1 om. pap* | convenit non *inv. ShSi pap corr. Sh*[1] 42 secundum] propter *Br* 44 accipiatur] accipiat *p* 45 est] contrarietas *add. O1* 45–46 bonum – malum] malum et bonum *Sh* 46 quibus] quibusdam *pap* | motus] modi *Br* 50 quibusdam] quibus autem *Br* | per *om. P1* 51 intercipiunt] motum *add. pap* 54 quod *om. pap* 56–57 in – Porphyrio] reddita est in scientia de universalibus (in *add. et exp.*) a Porphyrio *Sh* 57 esse] omne *CaO1P1ShV1* omne *praem. pap*

60 ipse – se *CsVa* a se *Ch* ipse *ed.* 62 sit[1] album *CsCh inv. ed.*

20–21 Supra p. 24 v. 56–65. – 40 Vide capitulum praecedens. – 53–54 Immo: Arist., Top. l. 3 c. 5 (119 a 27–28); transl. Boethii: Arist. Lat V, 1–3 p. 59 v. 18–19. – 56–57 Porph., Isag. (Arist. Lat. I, 6–7 p. 16 v. 4–5). Cf. Alb., De V univ. Ed. Colon. t. 1, 1a p. 83 v. 38–56.

simplex est, et ideo non potest suscipere magis et minus, quia, sicut probat AVICENNA, si magis susciperet, tunc in eo magis susciperet, quod ipsum esse substantiale plus formae substantiali appropinquaret per ipsius formae adeptionem, quod falsum est, cum nihil medium habeat; inter esse enim et non esse nihil est medium, sicut inter album et nigrum multa sunt media. Et ideo secundum esse substantiale non potest esse intensio et remissio in aliquo.

Ad hoc tamen opponitur quod generatio et corruptio sunt mutationes in substantia; omnis autem mutatio successiva est sicut tempus, quod est mensura ipsius; in tali autem successione est recessus ab uno termino et accessus ad alium continue; hoc autem magis et minus esse ⟨videtur⟩ secundum intensionem et remissionem; ergo in esse substantiali videtur esse intensio et remissio.

Adhuc autem una substantia miscibilis est cum altera, ut in II DE GENERATIONE ET CORRUPTIONE circa principium dicit et probat ARISTOTELES. Mixta autem necessario intenduntur et remittuntur, ut habetur ex dictis IBIDEM. Substantia ergo videtur recipere magis et minus et intensum et remissum.

Haec omnia et similia sophistice obiciuntur, quia de necessitate est concludens illa probatio, quae probat substantiam non recipere magis et minus per hoc quod non habet contrarium. Ad hoc ergo quod DICITUR de mutatione, dicendum quod mutatio et generatio et corruptio dupliciter dicuntur: Uno quidem modo utrumque est mutatio simplex, quae, ut dicit AVERROES SUPER LIBRUM DE SENSU ET SENSATO, | est finis motus et non motus. Finis autem motus est, in quo motus est in motum esse et non in moveri; et haec mutatio non est in tempore, sicut nec finis motus est in tempore, sed ad nunc simplex. Et haec mutatio est simpliciter inter esse et non esse, inter quae nihil potest esse medium, et ideo in hac non est intensio et remissio. Et ideo dicit ARISTOTELES in V PHYSICORUM quod generatio et corruptio non sunt motus sed mutationes. Est autem mutatio secundo modo dicta sive generatio et corruptio immixta motui, qui est alteratio, sicut quando de semine alterato paulatim fit animal vel homo, et tunc intensio et remissio non refertur ad esse et non esse substantiae, sed potius ad qualitates activas vel passivas, quibus perficitur talis generatio. Et hoc est, quando qualitates activae et passivae materiam alterant et movent, prout sunt instrumenta substantialis formae, quae ut formans et ut artifex est in semine. Et tunc forma substantialis dicitur esse in successione, non gratia sui, sed gratia instrumentorum suorum, quae sunt qualitates activae vel passivae, agentes vel patientes in materia seminis. Et hoc modo dicit ARISTOTELES in XVI ANIMALIUM quod 'non est vivum et animal simul et quod non est animal et homo simul'. Non quod aliquid sit medium inter vivum et non vivum vel inter esse animal et non esse animal vel inter esse hominem et non esse hominem, sed quia actione primarum qualitatum, prout sunt instrumenta caeli vel formativae virtutis, quae est in semine, materia prius accedit ad potentiam et actum unius, quod est vivum, et postea ad potentiam et actum alterius, quod est animal. Et hoc non est intendi et remitti, sed potius in eadem forma secundum potentiam et actum plus et minus depurari, et hoc modo plus et minus accedere ad veram nominis impositionem.

Quod autem OBICITUR de mixtione substantiarum, nihil penitus facit ad propositum, quia in mixtis non fit intensio et remissio secundum substantias mixtorum, sed secundum qualitates | illarum substantiarum, et ideo intensio refertur ad qualitates et non ad substantias. Patet igitur quod *substantiae* convenit nec *magis nec minus recipere*.

CaO1P1BrShSiV1 pap 30 *Sh* f. 38va 67 *Ca* f. 38va

1 simplex] simul *pap* 2–3 tunc – susciperet] sequeretur *pap* 3 quod] quia *Si* 4 formae[2] *om. Si* 5 adeptionem] adeptione *Ca* deceptionem *P1* 6 est *om. Sh* 8 et] vel *Sh* neque *pap* 10 Ad – tamen] adhuc cum *pap* | Ad hoc] adhuc *Br* | opponitur] obicitur *Br* | quod] quia *pap* 11 sunt] intentiones *add. Br* | mutationes] mutatione *Sh* | mutatio] motio *pap* 12 successiva] sensiva *Ca* sensitiva *P1* susceptiva *ShSi* | mensura] mensuram *Ca* mensuratio *Sh pap* 13 termino] fine *pap* 15 esse] omne *Ca* | videtur *suppl. editor cum pap in marg. Br*[1] 19 et – Aristoteles] Aristoteles quod et probat *pap* 21 dictis] eius *add. pap* | recipere] suscipere *Sh* | magis *om. Br* 22 intensum – remissum] intensionem et remissionem *Si* 23 Haec] autem *add. Si* 27 mutatione] intentione *Br* 28 dupliciter *om. pap* | modo] et *add. pa* ut *add. p* 29 est *iter. Ca* 32 et[1] *sup. lin. Sh*[1] 32–34 non[2] – mutatio *om. (hom.) p* 33 sicut – tempore *om. (hom.) pa* | ad *om. Si* 34 simpliciter] simplex *O1BrSi pap* 35 quae – potest] esse enim et non *Br* 36 hac] hoc *pap* | est] potest esse *P1* 38 secundo *om. pap* 40 qui] quae *Br* 40–41 alterato paulatim *inv. Sh* 41 et[2]] vel *P1Br* vel vel *Sh* 42 non[1] *om. Br* | non[2]] quidem ad *add. in marg. Br* 46 ut[2]] non *Si om. pap* 47 esse] etiam *pap* 49 quae sunt *om. CaO1P1* 54 esse[2] *om. Sh* | vel[2]] et *pap* 55 esse *om. Sh* | actione] per actionem *Br* 56 sunt *om. CaO1P1ShV1* 58 potentiam et *in marg. O1*[1] | et[1]] ad *add. BrSiV1 pap* 59 et] ad *add. BrSiV1 pap* 60 remitti] et remitti *iter. Sh* 61–62 depurari – minus *om. (hom.) pap* 62 accedere] accederet *Sh* 64 substantiarum] animalis *add. pap* 65 mixtis] mixto *pap* | fit] sit *p* 66 mixtorum] mixtas *Br* 67 secundum *om. CaO1P1* 69 nec[1]] neque *Sh* | nec[2]] neque *Sh*

2 Avic., Logica (Venetiis 1508 f. 9rb): 'ergo essentia rei non recipit magis nec minus. Si autem augeatur constituitur eius essentia; et ex eius augmento tunc eius essentia est magis'. – 10–22 Ad hoc – remissum: Cf. Kilw., Super Praed. (ed. Conti p. 42 v. 9–33). – 18–19 Immo: Arist., De gen. et corr. circa finem l. 1 c. 10 (328 b 15–22). – 21 Arist., De gen. et corr. l. 1 c. 10 (328 a 23 sqq.). – 26–27 Vide supra v. 10–16. – 29–30 Immo: Averr., Phys. l. 4 comm. 129 (Venetiis 1562 f. 201D): 'transmutatio dicitur equivoce de transmutatione, quae est per se et de transmutatione quae non est per se, sed est finis transmutationis'. Cf. Alb., Phys. Ed. Colon. t. 4, 1 p. 288 v. 74–85. Ad hunc textum refert Albertus in De sensu et sens. tr. 3 c. 2 (Ed. Paris. t. 9 p. 81b sq.); cf. etiam Alb., De sex princ. Ed. Colon. t. 1, 2 p. 40 v. 19–23: 'et similiter dicit Averroes de illuminatione'. Forte exemplum illuminationis explicat errorem Alberti in laudando commento De sensu. – 36–37 Arist., Phys. l. 5 c. 1 (225 a 35–b 1). – 51–52 Arist., De gen. animal. l. 2 c. 3 (736 b 2). – 64 Supra v. 17–22.

Cap. 11. De proprietate quod substantia secundum sui mutationem susceptibilis sit contrariorum

Maxime vero substantiae proprium esse videtur – quod et proprie proprium est et 'convenit omni et soli et semper' – *quod*, *cum unum et idem numero sit*, *contrariorum susceptivum* vel *susceptibile* esse. Dico autem 'quod cum unum sit', a quo sit potentia contraria suscipiendi. Hoc autem habet substantia ab eo quod ipsa est subiectum ens in se completum, et hoc habet a specie, in quantum est substantia ut substantia; et hoc est, in quantum est substantia secunda, quia prima substantia est ex eo quod iam substat accidentibus individuantibus. Et dico 'idem numero' propter primam substantiam, in qua est secunda et a qua virtutem substandi accipit et habet.

Ex hoc enim quod secunda substantia est in prima – quae, inquam, secunda est ens in se perfectum ⟨et⟩ ex genere formato et differentia ad perfectum esse formante consistit – ex hoc, inquam, virtutem accipit substandi accidentibus, quod non haberet, si in seipsa ens perfectum non esset, quia quod in se perfectum non est, alii non potest dare esse, per hoc quod existit in eo. Sic igitur ens in se unum est ens in se perfectum et idem numero est per materiae individuantis | indivisionem, ita quod, in quantum secunda substantia est in prima, sit unum perfectum, in quantum autem est individuata per indivisam et unam materiam, sit idem numero. Et sic esse unum et idem numero subicibile contrariis est proprie proprium substantiae, secundum quod dicitur substantia ab actu substandi, sicut in ANTEHABITIS dictum est.

Et in aliis quidem rebus aliorum praedicamentorum *non habebit* nec inveniet *quis quod proferat*, cui hoc proprium conveniat, *quaecumque* res generum aliorum *non sunt substantiae* ab actu substandi dictae, ita scilicet quod res alterius generis sit *contrariorum susceptibile*, *cum sit* in se manens *unum et idem numero*; *velut* si quaeramus in rebus, quae sunt in genere qualitatis, et dicamus quod *color*,

4 a 10 – b 19 (Arist. Lat. 53, 3–54, 16): Maxime vero substantiae proprium videtur esse quod, cum unum et idem numero sit, contrariorum susceptivum est. Et in aliis quidem non habebit quis quid proferat quaecumque non sunt substantiae, quod cum sit unum numero susceptibile contrariorum sit; velut color, quod est unum et idem numero, non erit album et nigrum, neque eadem actio et una numero erit prava et studiosa; similiter autem et in aliis quae non sunt substantiae. Substantia vero, cum unum et idem sit numero, capax contrariorum est; ut quidam homo, cum unus et idem numero sit, aliquando quidem niger aliquando autem fit albus, et calidus et frigidus, et pravus et studiosus. In aliis autem nullis aliquid tale videtur, nisi quis forsitan instet dicens orationem et visum eiusmodi esse; eadem enim oratio et idem visus verum et falsum esse videtur, veluti, si vera sit oratio sedere quendam, surgente eo falsa erit; similiter autem et de visu; si quis enim vere putet sedere aliquem, surgente eo false videtur ei, eundem habenti de eo visum. Sed et si quis hoc suscipiat, sed tamen modo differt; nam ea quae in substantiis sunt ipsa mutata susceptibilia sunt contrariorum (frigidum enim de calido factum mutatum est – alterum enim factum est – et nigrum ex albo et studiosum ex pravo, similiter autem et in aliis unumquodque mutationem suscipiens est susceptibile contrariorum); oratio autem et opinio ipsa quidem immobilia omnino perseverant, cum vero res movetur contrarium circa eam fit; oratio namque permanet eadem eo quod sedeat aliquis, cum vero res mota sit, aliquando quidem vera aliquando autem falsa fit; similiter autem et in opinione. Quapropter solummodo proprium substantiae est eo quod secundum suam mutationem susceptibilis sit contrariorum – si quis autem etiam hoc recipiat, opinionem et orationem dicens susceptibilia esse contrariorum; non est verum hoc; oratio namque et opinio non in eo quod ipsa aliquid recipiant contrariorum susceptibilia esse dicuntur, sed eo quod circa alterum aliqua passio facta sit. – Nam in eo quod res est vel non est, in eo etiam oratio vera vel falsa dicitur, non in eo quod ipsa captabilis sit contrariorum. Simpliciter autem a nullo neque oratio movetur neque opinio, quapropter non erunt susceptibilia contrariorum, cum nulla in eis passio facta sit. Verum substantia, in eo quod ipsa contraria recipiat, in hoc susceptibilis dicitur esse contrariorum. Languorem enim et sanitatem suscipit, et candorem et nigredinem; et unumquodque talium ipsa suscipiendo contrariorum esse susceptibilis dicitur. Quare proprium erit substantiae quod, cum idem et unum numero sit, secundum suam mutationem contrariorum susceptibilem esse. De substantia quidem haec dicta sint.

CaO1P1BrShSiV1 pap 24 *Sh* f. 38vb

1 proprietate] substantiae quae est *add. p* 2 mutationem] eadem numero manens *add. p* 3 sit] est *O1 p* 4 vero *Sh* quo *Ca* autem *O1P1BrSiV1 pap* | esse videtur *inv. Sh* substantiae *add. Si* 6 quod] et *pa om. p* | numero sit] sit semper de numero *O1* | contrariorum] sit *add. Br* 7 esse *om. Br* 9 subiectum] quod est *add. Br* 10 hoc] sic *Si om. V1* 11–12 ut – substantia[1] *om. (hom.) Br* 11 ut substantia *om. pap* 12 secunda *om. pap* 13 individuantibus *om. Br* | Et] ideo *add. pap* 14 idem *om. pap* 15 a] in *pap* | virtutem] veritatem *pap* | accipit et *om. O1Si* 16 enim] patet *praem. pa* patet *p* | substantia] in quantum *add. pap* 17 quae – secunda *om. pap* | in se] universale *pap* | et *suppl. editor cum pap* 18 formato] formatum *Br* 18–19 formante] formantem *p* 19 consistit *om. SiV1* | ex] et *Br pa* | inquam] autem *pap* 20 si – seipsa] nisi *Si* 21 non[1] esset] est *Si* 22 existit] existat *Sh* 23 in[1] – ens *om. (hom.) O1P1SiV1 pap* | et] ideo *add. Br* 24 individuantis] hoc aliquid significare. Hoc autem aliquid significare convenit quidem soli materiae (substantie *Sh*) … unde Boethius in libro de hebdomadibus omne quod est ab alio habet *hunc textum ex initio octavi capituli sumptum add. et exp. Sh* | indivisionem] divisionem *pap* 26 autem *om. pap* 27 Et[2] *om. pap* 27–28 sic – numero *in marg. Sh*[1] 27 esse] idem *add. P1* 28 unum – idem *inv. Sh*[1] idem unum *SiV1* | subicibile] proprie *add. pa* propriis *add. p* 33 generum aliorum *inv. Sh* 35 susceptibile] susceptibilis *Br pap*

38 unum – idem *CsCh inv. ed.* 39 non[1] *CsCh* nullius *ed.* | quis *ReCbGlCh* quisquam *ed.* 40 sit *CsCh* est *ed.* 45 visum *CsCh* placitum *ed.* 48 opinio *GlCh a* placitum *ed.* 50 opinione *CsCh a* placito *ed.* | solummodo *CsCh* modo solo *ed.* 51 eo *Cs et codd. div. om. ed.* | susceptibilis *Ch a* capabilis *ed.* | hoc *CsCh a* haec *ed.* | opinionem *CsCh a* placitum *ed.* 52 opinio *CsCh a* placitum *ed.* 53 vel *Ch a* aut *ed.* 54 vel *Ch a* aut *ed.* | captabilis *Ch* captabilis *vel* susceptibilis *Alb* capabilis *ed.* 55 opinio *CsCh a* placitum *ed.* 58 suam *ChCs* sui *ed.* | susceptibilem esse *CsCh* est susceptibilis *ed.*

4–6 De proprie proprio cf. Porph., Isag. (Arist. Lat. I, 6–7 p. 19 v. 22 – p. 20 v. 4). Alb., De V univ. Ed. Colon. t. 1, 1a p. 109 v. 34–38. – 30 Supra p. 21 v. 31.

cum sit manens *unum et idem numero, non erit album et nigrum* successive, ut modo sit actu album et postea actu nigrum, sed forte si est color medius, in se habebit album et nigrum permixta, sed hoc est contraria permixta et in potentia habere et non habere actu utrumque per successionem manente eodem subiecto. Similiter, si quis proferat de genere actionis aliquid, quod contrariorum videatur esse susceptivum, et dicat quod *eadem actio prava* sit *et studiosa*, sicut actio voluntatis deliberativae, dicimus quod eadem actio numero manens una numero non potest esse per successionem prava modo et postea studiosa, quia pravum et studiosum sunt accidentia inseparabilia ab actione, et ideo actio prava eadem manens numquam erit studiosa, sed alia similis illi in causa, in eo quod est voluntaria, potest esse studiosa. Similiter una et eadem numero linea non erit recta et curva per successionem, et *similiter est in* omnibus *aliis* rebus aliorum generum, *quae non sunt substantiae.* Sola autem *substantia, cum sit una et eadem numero* manens in subiecto, quod est substantia, *capax est contrariorum*, ut modo sit sub uno et postea ipsa eadem numero sit sub alio, ut patet per inductionem, *ut quidam homo*, qui est prima substantia, *cum sit unus et idem numero, aliquando quidem est albus, aliquando autem niger, et* aliquando *calidus et* aliquando *frigidus*; secundum contraria morum aliquando quidem *pravus*, aliquando autem *studiosus*, sed non simul pravus et studiosus. *In aliis autem* praedicamentis nullum *tale* ens invenitur.

Forsitan autem *aliquis instans* contra ea quae dicta sunt, *dicat orationem*, quae est in genere discretae quantitatis, vel *visum* sive *opinionem*, quae est in genere qualitatis, tale aliquid esse. Videtur enim quod *eadem oratio* manens numero eadem *et idem visus* secundum opinionem manens numero idem *videntur vera et falsa esse*, et sic suscipere contraria – nec fiat vis modo, utrum verum et falsum contrarie vel privative opposita sunt –, velut si | dicamus in exemplo quod haec *oratio 'aliquem sedere'*, dum sedet, *vera sit*, eadem oratio manens eadem numero per syllabas et dictionum compositionem *falsa erit illo surgente. Similiter autem* est *et de visu* opinantis alicuius. *Si quis enim* opinetur *sedere aliquem*, dum sedet, verum opinabitur; quae opinio manens eadem in anima opinantis *falsa* erit *illo surgente*, si *eundem* opinionis *visum* de eodem surgente retineat, quem prius illo sedente habuit.

Sed ad hoc dicendum quod etiam, *si quis hoc* suscipiens concedat eandem orationem esse vel eandem opinionem, quae sic contraria *suscipiat* – quod tamen falsum est, sicut INFERIUS patebit, quia verum et falsum est in talibus sicut in signo et non sicut in subiecto –, dicimus quod *tamen* hoc dato adhuc differentia est in *modo* suscipiendi contraria. *Nam ea quae in substantiis sunt, ipsa* quidem *mutata* et alterata secundum seipsa *susceptibilia sunt contrariorum*; quando enim id quod modo est *frigidum, est factum de* eo quod prius erat *calidum*, ipsum subiectum secundum seipsum *mutatum est* et *alteratum*. Id enim quod *ex albo fit nigrum*, ipsum alterum et alteratum factum est; similiter est, quando *ex pravo* per alterationem fit *studiosum*, et similiter est in omnibus aliis, quae de contrario mutantur in contrarium. Unde id quod *mutationem* secundum seipsum *suscipiens est, susceptibile* fit *contrariorum*. Sed *oratio* quidem *et opinio*, in quibus est verum et falsum sicut in signo ex relatione alterius ad ipsa, *ipsa quidem immobilia perseverant* et in nullo mutata. *Cum vero res movetur* et mutatur, ex cuius relatione ad ipsa vera vel falsa efficiuntur, *fit contrarium circa* orationem et opinionem; *oratio* enim, quae est *quod sedet aliquis* vel aliquem | sedere, semper *eadem permanet* et in nullo mutata. *Cum vero res*, quam significat oratio, *mota* vel mutata *sit*, fit oratio ex relatione rei ad ipsam ut ad signum *aliquando* quidem *vera* et *aliquando falsa; similiter autem* fit *opinio* vera vel falsa. In talibus enim verum est ex adaequatione signi ad significatum, et ideo mutato significato verum vel falsum efficitur signum, sicut dicit BOETHIUS de dextro et sinistro. Res enim, quae modo a dextris est, nulla mutatione facta in ipsa fit sinistra, si videlicet qui modo a dextris est, transeat in sinistram re semper manente immobili.

CaO1P1BrShSiV1 pap 36 *Ca* f. 38vb 66 *Sh* f. 39ra

1 numero *om. O1* 2 successive *ShSi* successione *CaP1Br dub. O1V1* per successionem *pap* | modo] videlicet *pap* | postea] sit *add. O1* fiat *add. Br* | actu[2] *om. P1* 5 actu] actum *pap om. Br* 6 successionem] susceptionem *P1* 10 una] uno *CaSh* 14 similis] similitudinis *p* 16 curva] curvum *Ca* 18 non *om. Si* | substantiae] substantia *pap* 21 eadem] eodem *pa* | alio *om. Sh* | patet *om. O1* 22 per inductionem] inductione *pap* 24–25 frigidus] et *add. Sh* similiter *add. pap* 26 pravus[1]] pravos(?) *Sh* | aliquando autem] et postea *pap* | sed] et *SiV1 pap* 26–27 sed – studiosus *om. (hom.) P1 corr. in marg. P1*[1] 27 et *om. O1 p* 29 instans *in marg. Sh*[1] 30 dicat] dicet *pap* 31 visum] usum *CaO1P1* | visum sive *om. Br* 32 tale aliquid] vel aliquod aliud tale *Br* | Videtur enim] secundo *pa* secundum *p* 33–34 et – esse] videtur esse vera et postea falsa per successionem *pap* 33 idem visus] visio *Br* 34 idem] eadem *Br* 35 fiat] fiet *dub. Sh* | et] vel *Sh* 36 velut si] vel ut *Sh* 38 vera sit] est vera et *pap* | oratio – numero] omnino *Br* 39 dictionum] dictiones et *Br* | compositionem] operationem *pap* | falsa – illo] falsa autem eo *Br* 40 surgente] non sedente *pap* | et *om. Br pap* 43 si] secundum quod *Br* | eundem] eiusdem *pap* 44 habuit *om. SiV1* 48 est[2] *om. Sh* 49 talibus] est *add. CaSh* | sicut[2] *om. p* 50 quod tamen *inv. BrSi pap* | adhuc *om. pap* 51 in *om. pa* 53 quod modo *inv. pap* 55 et *om. pap* | Id] idem *pa* | Id enim] enim est et *p* 57 similiter] simile *Br* | per alterationem *iter. Ca* 58 in] de *O1* 59 Unde] unum *CaBr* 61 et[2]] vel *O1BrV1* 62 relatione] relatio *Ca* ratione *pap* 65 circa] esse secundum *Si* 67 permanet] re manet *Br* permanent *pa* | et *om. p* 68 mota – oratio *om. (hom.) P1 corr. in marg. P1*[1] 69 ut] tanquam *p om. pa* | quidem *om. pap* 70 et aliquando] aliquando quidem *O1Br* | similiter – falsa *om. (hom.) O1P1SiV1 pap* 71–72 significatum] signatum *CaP1BrSh* 72 significato] signato *CaP1BrSh* 75 in ipsa *om. Br* | si *om. V1* | si videlicet] sive *Sh* | videlicet *editor cum Br* vero *CaO1P1 om. SiV1 pap* | qui] res quae *Br pap* | modo] mihi *CaO1P1SiV1* 76 sinistram] sinistrum *P1* | re *editor* me *codd., edd.*

48 Infra p. 44 v. 7–23. – 73 Boeth., De trin. c. 5 (ed. Moreschini p. 178 v. 300–306).

Propter quod hoc solius et *solummodo substantiae proprium est* et nullius alterius quod propter sui prout subiectum est unum et idem manens in substantia – mutationem in formis accidentalibus factam *captabilis* vel *susceptibilis sit contrariorum*, et non propter alterius mutationem, quod in aliquo respectu aliquo modo se habeat ad ipsum.

Si quis ergo *hoc* concedens *suscipiat dicens* aliquo modo *orationem et opinionem esse susceptibilia contrariorum*, suscipit et concedit *hoc* quod *non* simpliciter *est verum. Oratio namque et opinio non dicuntur susceptibilia esse contrariorum, in eo quod ipsa* secundum seipsa *aliquid recipiant, sed in eo quod circa altera* quaedam, quae sunt significata orationis vel opinionis, *sit facta passio* quaedam secundum mutationem. Et patet, quia, in *eo quod res* significata per orationem vel opinionem sic *est vel non est*, prout in oratione vel opinione significata est, *oratio* et opinio *vera vel falsa* est et *dicitur*, et *non in eo quod ipsa* oratio vel opinio manet eadem in substantia et mutata in accidentibus, *captabilis* vel *susceptibilis sit contrariorum. Simpliciter autem oratio* vel *opinio* secundum se considerata *a nullo movetur* vel mutatur, *propter quod* oratio vel opinio secundum seipsa *non erunt susceptibilia contrariorum, cum nulla* penitus *in eis passio facta sit* alterationis. *Verum substantia contrariorum susceptibilis est, in eo quod ipsa* secundum se ipsam *contraria* secundum sui ipsius passionem et alterationem *suscipiat*, quod inducendo manifestum est in exemplis. Animal enim unum et idem manens in substantia *languorem suscipit et sanitatem*, aliquid passum et motum et alteratum secundum qualitatem, quae est dispositio et habitus. Similiter suscipit *candorem* sive | albedinem *et nigredinem*, passum et alteratum secundum qualitates, quae sunt passio vel passibilis qualitas. *Et* similiter *unumquodque talium ipsa* substantia manens eadem *contrariorum receptibile esse dicitur*, quando sui mutatione in qualitatibus alteratur. *Proprium* igitur *est substantiae, cum unum et idem sit numero, secundum suam mutationem susceptibile esse contrariorum.*

Cap. 12. De dubitabilibus quae sunt circa ea quae dicta sunt

Obicitur autem contra ea quae dicta sunt, quia non videtur omni substantiae convenire quod secundum sui mutationem sit susceptibilis contrariorum. Forma enim substantialis substantia est, et non secundum sui mutationem susceptibilis est contrariorum.

Similiter etiam Deus sive prima causa non secundum sui mutationem susceptibilis est contrariorum.

Adhuc autem et intelligentia substantia est, et non secundum sui mutationem susceptibilis est contrariorum.

Similiter etiam corpora caelestia, quamquam directe cadant in praedicamento ut composita substantia, tamen secundum sui mutationem non sunt susceptibilia contrariorum, ut videtur, quia corpus caeleste, ut dicit AVERROES in libro DE NATURA ET SUBSTANTIA ORBIS, non est susceptibile contrariorum.

Adhuc autem quod dicitur, quod substantiae nihil est contrarium, videtur habere instantiam, quia differentia est substantia, et tamen habet contrarium. Quod enim differentia substantia sit, per hoc probatur, quia quidquid essentialiter est pars substantiae, est substantia; differentia autem essentialiter est pars substantiae, quia est pars speciei, quam constituit; ergo est substantia. Et tamen habet contrarium, quia rationale et irrationale contraria sunt et fundantur super formas contrarias. Omnia igitur ista praedictis videntur contraria.

Sed ad omnia haec dicendum quod doctrina habita de substantia, secundum quod est praedicamentum, stat immobili veritate. Ista autem quae inducta sunt instantiae sunt sophisticae. Quod igitur primo OBICITUR de forma, dicendum quod forma et materia non sunt in genere substantiae, prout substantia de numero praedicabilium est. Forma enim ut forma, prout est pars et principium compositi, de generibus et speciebus et individuis

CaO1P1BrShSiV1 pap 30 *Ca* f. 39ra

1 quod *om. Br* | quod hoc *inv. P1* | substantiae proprium *inv. Sh* 2 sui] mutationem *add. Br* 3 mutationem] inquam mutatione *Br* 4 factam] facta *Br* 6 aliquo[2]] alio *Br* | ipsum] ipsam *p* 7 hoc] haec *V1* non *p* 10 et] ut *pa* 12 altera] alia *add. pap* | significata] signata *CaSh* 13 passio] compassio *CaO1P1Br* 14 Et] ut *O1* | significata] signata *P1* 15–16 sic – opinione *iter. P1 corr. P1[1]* 15 est[2] *om. Sh* 16 significata] signata *CaP1Sh* | et] vel *O1BrV1 pap* 17 est et *om. Br pap* | et[2] *om. Sh p* | manet] manens *SiV1* 18 in[1]] etiam *Si* 19 Simpliciter] similiter *O1BrSi* 20–21 a – mutatur] nullo modo moventur vel mutantur *p* 20 movetur] modo *praem. pa* | vel] nec *Sh* 22 erunt] essent *CaO1P1BrSiV1* | eis] eo *pa* 30 et[1]] sive *Sh* 33 receptibile] susceptibilis *Br* receptibilis *pap* 34 quando] quod *pap* | sui mutatione] secundum sui mutationem *pap* | mutatione] alteratione *Br* | qualitatibus] qualibus *Sh* | alteratur] mutatur *Br* 37 dubitabilibus] dubitationibus *Sh* 37–38 dubitabilibus – sunt] dubitationibus circa praedicta *Br* | dubitabilibus – sunt] dubitationibus *p* 38 sunt[2]] quod substantia suscipit contraria *add. p* 39 autem *om. pap* 40 convenire] conveniens *pap* 41 sit] est *V1 pap om. CaSh* 41–43 Forma – contrariorum *om. (hom.) V1* 42 substantia est *inv. Sh* | et] tamen *p add. pa* 43 est *sup. lin. Sh[1]* 44–45 Similiter – contrariorum *post* adhuc autem et intelligentia … est contrariorum *transp. p om. pa* 44 causa *iter. Sh* 45–50 susceptibilis – mutationem *om. (hom.) Br* 47 contrariorum] Similiter etiam Deus … susceptibilis est contrariorum *add. p* 48 etiam *om. pap* | quamquam] qua *CaO1P1Sh* quae *pap* 49 cadant] cadunt *pap* | in *om. CaSh* | substantia] sunt et *add. pap* 49–50 tamen] non *add. Sh* 50 sui *om. Ca* | non – susceptibilia] susceptibilia sunt *Sh* 52 in – orbis *om. pap* 53 est *om. CaP1Sh* 54 autem] etiam *pap* | substantiae] substantia *CaP1* 55 quia] quod *O1* 56 est *om. Ca* | est substantia *inv. Sh* 57 quia] quod *pap* 58 est[2]] cum *Ca* 59 essentialiter *om. O1P1 pap* 60 quam constituit] quoniam constituit speciem *pap* 61 Et – contrarium *om. O1* 61–62 et[2] irrationale] mortale *pap* 63 igitur] enim *V1 pap* | contraria] esse *add. pap praem. Br* 65–66 stat immobili *inv. Sh* 66 immobili] in mera *Br* | veritate] virtute *pap* | Ista] istae *O1* in *praem. P1* | inducta] inductae *O1* 67 primo *om. pap* | de] quod *Sh* 70 est[1] *om. CaP1V1* | enim] ista *pap* | ut] prout est *O1* | prout] et *praem. Sh om. O1* 71 et[1]] de *p*

48–53 Similiter – contrariorum: Cf. Kilw., Super Praed. (ed. Conti p. 43 v. 31 – p. 44 v. 2): 'non convenit corporibus supracaelestibus (…); supracaelestia non sunt susceptiva contrariorum'. – 51–53 Averr., De subst. orbis c. 2 (Venetiis 1562 f. 7E–G).

non praedicatur; similiter autem est dicendum de materia, quod nullo modo praedicatur. Et si essent in genere substantiae praedicabilis, procul dubio oporteret quod praedicarentur. Unde forma et materia sunt in genere substantiae ut principia substantiae reducta ad genus, prout genus, quod est substantia, est res naturae per se existens, et non prout est unum praedicabilium. Proprietates autem | substantiae aut assignantur ei, prout est de numero praedicabilium, aut prout est res naturae non absoluta a praedicatione; sed nullo modo forma et materia sic se habent ad substantiam, et ideo non est mirum, si non convenit eis proprietas assignata substantiae, aut prout est praedicabile aut prout est res naturae non absoluta a praedicatione. Si enim substantia absoluta accipiatur a ratione praedicabilis, non erit de consideratione logici sed primi philosophi.

Quod autem de prima substantia OBICITUR, quae est Deus, dicendum quod prima substantia nec materia est nec forma nec compositum, nec universale nec particulare, nec species nec genus nec individuum nec differentia, et ideo nullo modo est in genere vel reductum ad genus, sed est ante omne genus et super omne genus. Et quando omnia resolvuntur ad ens, non est illud ens substantia prima, quae est Deus, sed est ens, de quo dicitur in LIBRO DE CAUSIS, quod est creatum primum et ante illud ens est creator talis creati. Et ideo, cum dicitur quod Deus est substantia, intelligitur quod ipse vere est ens per se et a se existens et in seipso, et quod alia quae dicuntur substantiae, non sunt substantiae nisi per analogiam et proportionem ad ipsum, et secundum quod propinquius et similius sunt per se comparata ad ipsum, sic verius attingunt esse per seipsa. Quia hoc modo Deus non est substantia, prout est unum praedicabilium, ideo non est mirum, si non convenit Deo substantiae proprium.

Ad hoc autem quod de intelligentia DICIT, planum est respondere, si intelligentia accipiatur proprie secundum intelligentiae rationem. Sic enim intelligentia est agens intellectus, qui est essentia potius quam substantia et non habet compositionem nisi eam, quae est ex esse et quod est, | et est res consistens in lumine causae primae. Et hoc non est in genere univoce cum aliis, quae sunt in genere, sed reducitur ad genus et suscipit nomen generis secundum analogiam et proportionem sicut causa prima. Et haec solutio est secundum intentionem philosophorum PERIPATETICORUM, qui de intelligentiis bene sunt locuti.

Quidam autem ARABES et quidam IUDAEI de intelligentiis secundum modum suae Legis loquuntur, quod nullo modo probare possunt ex alicuius philosophiae principiis, dicentes intelligentias angelos esse, qui localiter moventur et mittuntur ad homines, quod a STOICIS secundo et ab EPICUREIS primo ortum habuit et assumptum est ab his qui leges posuerunt. Et secundum ISTOS intelligentia habet genus et speciem et individuum. Et genus quidem est intelligentia omnibus communis; species autem sunt intelligentiae distributae in diversis ordinibus, ita quod illae quae sunt unius ordinis, sunt eiusdem speciei, et diversae sint in specie, quae in diversis ordinibus sunt constitutae, et individua specierum sint singulares intelligentiae sive angeli; et illis, ut DICUNT, convenit substantiae proprium, quia, quamvis iustitia Dei sint confirmatae in bono vel in malo, tamen, ut dicit DAMASCENUS, natura sunt vertibiles ad utrumque. Ad hoc autem adducunt – quod non recte intelligunt – illud PLATONIS in II TIMAEI: 'Dii deorum, quorum opifex paterque ego', natura quidem mutabiles, voluntate autem mea sic permanentes. Sed Plato ibi loquitur de mutabilitate, quam sustinet omne, quod creatum vel

CaO1P1BrShSiV1 pap 8 *Sh* f. 39rb 40 *Ca* f. 39rb

1 autem *om. pap* 2 quod] quae *pap* | essent *editor* esset *codd., edd.* 3 praedicabilis] praedicamentalis *Br* praedicabili *Sh* 4 praedicarentur] praedicaretur *Br pap* 6 naturae] non *SiV1* vere *pap* 7 praedicabilium] praedicamentorum *Br* 7–8 Proprietates] proprietas *pap* 8 aut *om. V1* | aut – ei] signatur *pap* | assignantur] signantur *CaO1P1BrSi* 9 naturae] vere *pap* 10 non *om. SiV1* 10–14 sed – praedicatione *iter. SiV1* 12 mirum *in lac. Ca*[1] 13 aut[2] – est *in marg. P1*[1] | naturae] vere *pap* 14 non *om. SiV1* | enim substantia] autem *pap* 17 substantia] causa *pap* | quae] quod *CaO1P1* 18 substantia nec] causa non *pap* | est *om. P1* 20 nec[4]] neque *Sh* 22 est *om. p* | super] supra *pap* 24 prima *om. O1* | quae] quod *pap* | est[2] *om. pap* 25 illud ens] ens istud *pap* 26 creator] creatio *V1* creato *pa* | quod *om. Br pap* 27 vere *om. Br pap* 30 ipsum] quem *CaO1* quod *P1* substantiam *Br* vere ens et substantiam, quae Deus est *add. pap* 31 comparata] apperta *pa* apta *p* 31–32 attingunt] attingitur *pap* 32 Quia] quare *pap* et *praem. SiV1* 33 praedicabilium] et *add. pap* 34 si] sed *CaO1P1* quod *Br* 35 dicit] dicitur *BrSi pap* 40 causae primae] esse proprie *pap* 41 sunt *om. Ca p* 41–42 sunt – genere] in genere sunt *Sh* 42 reducitur] reducuntur *Br* | suscipit] suscipiunt *Br* 44–45 philosophorum *Sh* philosophiae *cet. codd., edd.* 45 bene] enim *Sh* 46 sunt *om. Si* 48 modum] rationem *pap* | quod] et *Br* 50 dicentes] dicens *Sh* 52 ab *om. Br* 52–53 assumptum est] assumpsit et *pap* 54 habet *editor cum Br* habens *CaO1P1ShSiV1* habens est *pap* | Et[3] *om. Br* 55 est] in *add. p* 56–57 distributae – ordinibus] in diversis ordinibus distributae *pap* 56 distributae in *om. Si* | in *om. CaO1P1ShV1* 57–58 ita – speciei] et quae in uno ordine sunt eiusdem sunt speciei *pap* 58 sint] sunt *P1BrSiV1 pap corr. P1*[1] 59 sint] sunt *P1BrSiV1 pap* 61 iustitia] in scientia *Br* 62–63 ut – Damascenus *om. pap* 63 vertibiles] convertibiles *Br* | ad utrumque *om. O1* | utrumque] ut dicit Damascenus *add. CaP1Sh* ut dicit Dionysius (Danius *pa*) *add. pap* 64 hoc – adducunt] haec autem hoc (non *pa*) advenit *pap* | autem] quod *add. O1* 65 in] et *Ca* | Dii] Dei *O1P1V1 pap* 66 paterque] pater quia *pa* | natura] vera *Sh* | mutabiles] mutabilis *pa* 67 permanentes] permanens *pa* | ibi] utique *Br* igitur *pa om. p* | ibi loquitur *inv. Sh*

17 Supra p. 44 v. 48. – 24–25 Liber de causis § 37 (ed. Pattin p. 54 v. 37–38). – 35 Supra p. 44 v. 46. – 45 Peripatetici, idest auctor Libri de Causis. – 47–61 De doctrina Iudaeorum et Arabum de angelis vide Alb., Probl. determ. Ed. Colon. t. 17, 1 p. 48 v. 29–34: 'Sciendum autem, quod non inveniuntur antiqui Peripatetici aliquid de angelis tradidisse, sed novi quidam, et tantum quidam Arabes et quidam Iudaei, Arabes sicut Avicenna et Algazel, Iudaei autem sicut Isaac et Moyses Aegyptius, quem Rabbi Moysen, hoc est Magistrum Moysen, vocant', p. 50 v. 55–74. – 51–53 De doctrina Stoicorum et Epicureorum de deis vide supra p. 16 v. 23–27 cum nota. – 61–63 Ioh. Dam., De fide orth.; transl. Burg. c. 17 (ed. Buytaert p. 70 v. 18–24). – 65–67 Plato, Tim. 41A; transl. Chalc. (ed. Waszink p. 35 v. 9–11).

causatum est, quod ex se quidem nihil est, et id quod est et esse suum est sibi ex relatione ad causam primam. Hoc autem subtiliter determinari habet in PRIMA PHILOSOPHIA in illa parte, ubi agitur de fluxu entium a causa prima.

Quod autem de corporibus caelestibus OBICITUR, dicendum quod illa pro certo composita sunt et in genere substantiae secundum rectam lineam et ordinem praedicabilium, et sic sunt proprietatis substantiae susceptiva corpora caelestia. Primae enim differentiae contrariorum sunt secundum situm et differentiae situs, unde etiam per situs contrarietates; omnia alia contraria, ut dicit AVERROES, diffiniuntur cum diffiniuntur per maxime distare; distantia enim primo in situ, et distantia in situ causa est omnis distantiae omnium aliorum generum. Differentiae autem situs contrariae sunt: dextrum et sinistrum, et ante et retro, et sursum et deorsum, quae, ut dicit ARISTOTELES, et horum contrariorum secundum sui mutationem corpus caeleste est susceptivum, sed sua mutatio non nisi secundum ubi, quia non est in potentia nisi ad ubi tantum, quamvis AVERROES in libro DE SUBSTANTIA ORBIS dicat – et MESCALACH probat in libro DE SPHAERA MOTA – quod corpus caeleste susceptibile raritatis et densitatis secundum suae substantiae mutationem. | Sed hoc verum est quod haec raritas et haec densitas sunt aequivocae vel ad minus non univocae ad raritatem et densitatem, quae sunt in elementis et elementatis; densitas enim et raritas in elementis mutant substantiam, sicut raritate transit aqua in aërem et aër in ignem, sed in caelestibus non dicunt nisi situm partium in toto corpore et non mutationem a forma caelesti in formam aliam. Est enim densum in caelo, cuius partes positionem habent propinquam, propter quod sol spissus esse dicitur, rarum autem, cuius partes secundum positionem stant remotae, et ideo substantia circulorum caelestium dicitur esse rara et pervia plus raritate et pervietate omnium elementorum et elementatorum.

Quod autem de differentia OBICIT, in PRAECEDENTIBUS est solutum. Secundum enim quod contrarietas est distantium perfecte, quae prima in quolibet genere, sic differentia est contraria differentiae. Sed hoc modo differentia non est in genere nisi per reductionem ad genus, ut SAEPIUS iam in DOCTRINA ISTA et in DOCTRINA DE UNIVERSALIBUS dictum est. Si autem sumantur contraria qualitates, quae mutuo se expellunt ab eodem susceptibili, quod potentia utrumque natum recipere, sic differentia differentiae non est contraria, sed aliquid habet proportionale ad contrarietatem hoc modo dictam, in quantum differentiae oppositae | natae sunt fieri circa idem genus et non possunt simul actu esse in illo; genus enim proportionatur materiae, sicut olim SAEPIUS dictum est.

Ex his ergo manifestum est quod proprie *proprium substantiae est secundum sui mutationem esse susceptibile contrariorum* et quod hoc 'convenit omni et soli et semper' illi substantiae, quae cadit in genere substantiae, prout ipsa est praedicamentum vel prout ipsa est ens constitutum, non absolutum a ratione praedicabilis.

Cap. 13. De dubitabilibus quae sunt circa hoc quod oratio suscipit verum et falsum

De hoc etiam quod DICTUM EST, quod oratio susceptibilis est veri et falsi, una manens, sed ad rei significatae mutationem, multae sunt dubitationes: quae sit res significata et qualiter significatum sit in oratione. Est enim oratio haec, quae verum vel falsum significat, sola oratio, quae enuntiatio vel interpretatio vocatur.

CaO1P1BrShSiV1 pap 24 *Sh* f. 39va 49 *Ca* f. 39va

1 quidem] quidam *et sic saepe Si om. p* | nihil est *inv. Sh corr. Sh*^{1} 2 sibi – relatione] per relationem *pap* | Hoc] haec *BrSi pap* 3 determinari habet *inv. Sh* | habet] habent *BrSi pap* 6 pro certo] prout *p* | certo *om. pa* | et *om. pap* 8 proprietatis *editor cum V1 pap* proprietatum *Br* proprietates *CaO1P1ShSi* 12 cum diffiniuntur *om. CaO1P1Br pap* 13 primo] est *add. V1* | primo – distantia *om. pap* 13–14 et – situ *om. (hom.) P1 corr. in marg. P1*^{1} 15 sunt] ut *add. pap* 16 et^{2} *om. O1BrSi pap* | et^{2} – sursum *in marg. P1*^{1} | et^{4} *om. O1BrSiV1 pap* 17 quae *om. pap* 17–18 secundum *om. p* 19 nisi] est *praem. pap* | secundum] ad *pap* | ubi] est *add. Br* 20 ad] ab *p* | tantum] nam *Ca* nunc *O1P1* ideo *Br* et nunc *pap* 20–21 in^{2} libro *Sh* in *Br om. cet. codd., edd.* 21 dicat – Mescalach] dicant metala *pa* | et] quod *p* 22–23 susceptibile] contrariorum est scilicet *add. Br* sit *add. pap* 24 est] secundum *add. p* 25 vel] et *O1P1 pap* 27 et^{1} elementatis *om. pap* | elementatis – elementis *om. Br* | enim *sup. lin. Sh*^{1} 33 quod *in marg. Sh*^{1} 34 secundum positionem *in marg. Sh*^{1} | ideo] illa *O1* 35 rara *om. CaO1P1Sh* | rara et *om. pap* 35–36 plus raritate *in marg. P1*^{1} 38 obicit] obicitur *O1BrSiV1 pap* 39 quod *in marg. Sh*^{1} | quod – est] contrarietatem *pap* | est^{2} *om. CaO1P1Sh* 40 prima] est *add. pap praem. Br* 41 Sed] et *SiV1 pap* 44 contraria] contrariae *O1Br pap* 46 natum] est *add. Br pap* 48 dictam] dictum *CaSiV1* 50 simul *in marg. Sh*^{1} | in *om. O1* 55 hoc] haec *p* 57 constitutum] et *add. pap* 58 praedicabilis] praedicamentali *pap* 59 dubitabilibus] dubitationibus *p* 59–60 dubitabilibus – sunt] dubitationibus *Br* 62 quod^{1} *om. Sh* 63 una] et eadem *add. p* | manens sed *inv. pa* | sed *om. p* 64 quae] quod *Sh* videlicet *add. pap* 66 vel] et *pap* 67 quae *iter. Ca*

3 Alb., Metaph. Ed. Colon. t. 16, 2 p. 507 v. 77 – p. 510 v. 38. – 5 Supra p. 44 v. 48–53. – 9–11 Prima – contraria: Cf. Kilw., Super Praed. (ed. Conti p. 44 v. 3–7). – 11–12 Averr., Phys. l. 5 comm. 24 (Venetiis 1562 f. 224A–C), comm. 59 (Venetiis 1562 f. 243D–I); Metaph. l. 8 comm. 4 (Venetiis 1562 f. 211B–C), l. 10 comm. 13 (Venetiis 1562 f. 261D–H). Vide etiam infra in capitulo de quantitate, p. 75 v. 18–31. – 15–20 Arist., De caelo et mundo l. 2 c. 2 (285 a 29 sq.); Metaph. l. 8 c. 4 (1044 b 7–8). – 20–21 Averr., De subst. orbis c. 2 (Venetiis 1562 f. 7I): 'videtur quod raritas et densitas causae sint fere diaphaneitatis et non diaphaneitatis. Sed tamen dicuntur utraeque in utroque corpore secundum prius et posterius'. – 21–22 De Mescalach cf. Alb., De caelo et mundo. Ed. Colon. t. 5, 1 p. 148 v. 35–84, p. 151 v. 72–73. – 38 Supra p. 44 v. 54–63. | Supra p. 39 v. 26. – 43–44 Vide supra p. 32 v. 31 – p. 33 v. 4; Alb., De V univ. Ed. Colon. t. 1, 1a p. 104 v. 29 – p. 105 v. 66. – 51 Alb., De V univ. Ed. Colon. t. 1, 1a p. 95 v. 70 – p. 96 v. 39, p. 97 v. 9–13; Lib. div. Ed. Colon. t. 1, 2 p. 92 v. 52–64. – 62 Supra p. 43 v. 29–44.

Videtur enim quod oratio in significando non mutatur per hoc quod mutatur res significata. Haec enim oratio 'ego sedeo' significat me sedere, sive ego sedeam sive non. Non enim magis significat me sedere, dum sedeo, nec minus significat me sedere, dum non sedeo, sed aequaliter et semper significat me sedere. Igitur in significando, quod significat, nunquam mutatur. Facit enim semper quod a prima institutione accepit; a prima autem institutione accepit significare quod ego sedeo, et hoc semper et immobiliter agit. Uno ergo modo se habet ad hoc significandum, sive ego sedeam sive non sedeam. Quod autem uno modo se habet in significando, non modo est verum et modo falsum in significando ad rei mutationem. Videtur igitur quod oratio non est susceptiva veri et falsi ad rei mutationem.

Adhuc, omne signum est verum, quando ita significat, prout est institutum significare; sed haec oratio 'ego sedeo' instituta est, ut significet me sedere, sive sedeam sive non; sive ergo sedeam sive non, sic facit quod accepit facere a prima institutione. Sed tunc est significativa veri, quando significat, sicut accepit significare; ergo sive sedeam sive stem, haec oratio 'ego sedeo' vel 'me sedere' semper est vera in significando, ut videtur.

Adhuc, sicut oratio significativa est rei, ita significativa est conceptus sive cogitationis vel opinionis eius, qui profert orationem illam, eo quod 'voces sunt notae passionum, quae sunt in anima'; ergo sicut susceptiva est veri et falsi ad rei mutationem, ita est susceptiva veri et falsi ad conceptus vel cogitationis vel opinionis mutationem illius, qui profert orationem. Sicut enim est verum quod est adaequatio vocum et rerum significatarum per voces, sic est verum quod est adaequatio vocum et conceptus prolati per voces. Videtur ergo quod haec oratio 'ego sedeo' mutatur de falso in verum et e converso, quando ille qui profert eam, mutatur secundum opinionem quod sedeam vel quod non sedeam. Et hoc iam hac ratione dixit PROTAGORAS, qui posuit quod verum et falsum in dicto est opinando vel non opinando id quod dictum est in voce significante.

Secundum autem eundem modum videtur ANSELMUS probare, quod verum in signo est immobile et unum in omni signo significante; signum enim verum est, quando significat hoc quod significare accepit in primae sapientiae veritate; sed signum semper hoc significat, quod accepit in prima veritate significare; ergo quando significat hoc, sive res sit sive non sit, semper est verum in significando. Sive ergo res sit | sive non sit, oratio, quae est signum, semper vera est in significando. Non ergo ad rei mutationem oratio susceptibilis est veri vel falsi, ut videtur.

Adhuc autem secundum hoc videtur quod una veritas significetur et sit in omnibus veris. Omne signum significat, quod significare accepit in prima veritate; quod autem in prima veritate est, unum et idem est et non diversum; idem ergo et unum significatur in omnibus veris, ut videtur.

Adhuc, | idem est et unum, quod immobile est ad omnium rerum mutationem; significare autem hoc quod accepit significare in prima veritate, immobile est ad omnium rerum mutationem; ergo idem et unum ⟨est⟩, quod significatur in omni signo significante. Hoc autem non potest nisi veritas prima, ut videtur. Videtur ergo quod veritas prima significetur in omni oratione significante, et sic totum falsum esse videtur quod DICTUM EST, quod oratio verum et falsum significat, in eo quod res significata est vel non est.

Haec et huiusmodi sophismata multa induci possunt contra ea, quae determinata sunt, si rationes HERACLITI et PROTAGORAE et ANSELMI in libro DE VERITATE considerentur.

CaO1P1BrShSiV1 pap 47 *Sh* f. 39vb 57 *Ca* f. 39vb

3–4 sive – sedere *om. (hom.) pap* 4 magis – sedere] significat me sedere magis *Br* 4–5 dum – sedere *om. (hom.) Si* 6 aequaliter] essentialiter *Si* 8 accepit] significare *add. O1SiV1 pap* 8–9 a^{2} – significare *om. Si pap* 13 modo^{2}] est *add. P1BrSh* 13–14 in – ad] secundum *pap* 14 ad – mutationem *om. O1* | igitur] autem *Ca* ergo *Sh* | non *in marg. Sh*^{1} 15 susceptiva] significativa *Sh* | et] vel *Sh* 16 ita *om. Br* 17–18 ego sedeo *om. Br* 19 non^{1}] sedeam *add. Sh pap* | non^{2}] stem *Sh om. Ca* | sic] sicut *Ca om. BrSh pap* 19–20 accepit] incepit *pap* 21 accepit] accipit *P1Br* incepit *pap* 22 ergo] sicut *pa* | stem] non *Si pap* 23 me sedere *om. pap* | in *om. Si p* | ut videtur *om. pap* 24 est] veri vel *add. Br* 28 et^{1}] vel *Sh* 28–30 veri^{2} – mutationem] mutationis *Br* 28 et^{2}] vel *Sh* 29 conceptus] conceptum *CaO1P1* | vel^{2}] sive *pap* 31–32 et – vocum *om. (hom.) Br* 34–35 de – mutatur *om. (hom.) V1* 34 falso – verum] vero in falsum *pap* 36 iam] in *add. O1P1V1 pap* 37 ratione] oratione *pap* | Protagoras] Pythagoras *Br pap* | qui] dixit vel *add. Br* | quod *om. pap* 38 dicto est] dictione *pap* 39 voce] id *add. Br* 41 quod] quia *p* | unum] esse *add. sup. lin. Br*^{1} 42 significante] et sic dicit quod in oratione est veritas signi prout signum semper est ad actum signi relatum *add. Br* 43 accepit] accipit *pap* 45 accepit] accipit *pap* 46 sit^{1} *sup. lin. Sh*^{1} 47–48 oratio – semper] semper oratio quae est signum *O1* 49 vel] et *Sh* 52 Omne] esse *Si* enim *add. pap* 53 accepit] accipit *pap* 54 veritate] verum *add. Br* | unum et] in secunda *Br* | et^{2} *om. p* 57 Adhuc] unum *add. V1* | est^{2} *om. CaP1BrSh* | ad] aliquid *Br* 58–60 significare – mutationem *om. (hom.) Sh corr. in marg. sup. Sh*^{1} 59 accepit] accipit *P1 pap* | prima] significatione vel *add. O1* 61 est *suppl. editor cum Br pap* 62 autem *sup. lin. Sh*^{1} 62–63 Videtur^{2} – quod] igitur *Br* 63 significetur] significatur *Br* | oratione] signo *Si add. V1* 65 quod] scilicet *add. pap* 67 sophismata multa *inv. Sh* | multa *om. Br* 68 Heracliti *in lac. Ca*^{1} 69 Protagorae] Pythagorae *O1Br pap* 69–70 considerentur] considerantur *Sh*

1–15 Quod oratio non sit susceptiva veri et falsi, dicit Auctor Libri sex principiorum: Ps.-Gilb. Porr., De sex princ. c. 1 n. 5 (Arist. Lat. I, 6–7 p. 36 v. 4): 'non est autem oratio contrariorum susceptiva'. Cf. Alb., De sex princ. Ed. Colon. t. 1, 2 p. 7 v. 14–64. – 26–27 voces – anima: Cf. Ps.-Gilb. Porr., De sex princ. c. 1 n. 5 (Arist. Lat. I, 6–7 p. 36 v. 5–6); Arist., De interpr. c. 1 (16 a 3–4). Cf. supra p. 6 v. 4. – 37 Protagoras: Cf. Arist., Metaph. l. 4 c. 5 (1009 a 6–15). Alb., Metaph. Ed. Colon. t. 16, 1 p. 181 v. 24–33, p. 186 v. 6 – p. 187 v. 84. – 40 Ans., De verit. c. 2 (ed. Schmitt I p. 179 v. 1–19). – 64–65 Supra p. 43 v. 60–73. – 68–69 Rationes Heracliti: Cf. Arist., Metaph. l. 4 c. 7–8 (1012 a 24–b 28). Alb., Metaph. Ed. Colon. t. 16, 1 p. 203 v. 40 – p. 204 v. 44. De rationibus Protagorae et Anselmi vide supra v. 37 et v. 40.

Ad haec ergo et huiusmodi dicendum esse videtur quod veritas signi, quod est enuntiatio vel dictum enuntiationis, est adaequatio vocis significantis et rei significatae per vocem, et ideo verum et falsum in voce est sicut in signo relato ad rem significatam, propter quod etiam mutatur significatio ad rei significatae mutationem, sicut SUPERIUS dictum est, et sic manente oratione una et eadem ad rei mutationem mutatur de vero in falsum et e converso de falso in verum.

Ad hoc autem quod OBICITUR, quod idem semper significat sive sit res sive non sit, dicendum quod hoc est verum, sed significatio non est in hoc quod ipsa idem significet, sed in hoc est significatio vera vel falsa, quod rei adaequatur vel non adaequatur significatio, et ideo inaequali facta re, cui signum non adaequatur, falsa fit oratio.

Ad hoc autem quod OBICITUR, quod significat hoc quod accepit a prima institutione significare, dicendum quod a prima institutione accepit, ut rem per sui adaequationem ad rem significaret, et quando non adaequatur rei, tunc non facit signum illud quod facere accepit a prima institutione. Nemo enim signum sic instituit significare, ut vagam et non rei significatae aequatam habeat significationem. Unde quando rei non aequatur, tunc fallit ab hoc quod accepit a prima institutione. Non enim instituta est tantum significare, sed instituta est, ut per significationis adaequationem significet rem ut est, et nec minus nec magis. Ad hoc enim sermo inventus est, ut dum rebus in communicando nobis invicem uti non possumus propter rerum infinitatem et propter hoc quod praesentes res non semper habemus, sermonibus pro rebus uteremur, quando conceptus et affectus nostros, quos de rebus habemus, nobis invicem pandere et communicare vellemus. Et hoc iam ante nos dixit PLATO in TIMAEO.

Quod autem OBICITUR de hoc quod sermo semper significat hoc quod in prima veritate significare accepit, dicendum quod in ordinatione primae veritatis non accepit significare tantum vaga significatione, sed significare rem sicut est significatione rei adaequata. Et hoc dico salva fide dicti ANSELMI. Et ideo falsi vel veri susceptiva efficitur per mutationem rei. Si autem non accepisset nisi adaequationem instituentis et signi instituti ad significandum, tunc aliquo modo esset verum, quod dicitur, sed hoc meo iudicio non est verum.

Ad hoc autem quod DICITUR, quod verum est in adaequatione intellectus vel concepti ad signum, quod conceptum significat, dicendum quod conceptus vel intellectus vel opinio vel quocumque modo dici possit id quod est in anima, cuius voces prolatae signa sunt, non absolvitur a rebus, quae sunt causa conceptuum, et ideo si illis, prout conceptae sunt res, adaequatur, tunc etiam rebus adaequatur. Non enim sermo inventus est ad designandum conceptum fictum, qui non est nisi in concipiente, quia sermo inutilis esset, quia per sermonem audiens nullam de re conciperet veritatem vel significationem. Et ideo dictum PROTAGORAE et HERACLITI non habet veritatem, quia dixerunt quod verum est in apparendo vel opinando, secundum quod opinio tantum est opinantis passio; sed hoc verum est quod verum est in opinando vel concipiendo, secundum quod conceptus vel opinio est rei significatae aequata passio sive conceptio. Et ideo sermo tali conceptui aequatus aequatus est etiam rei, et ideo dicit | ARISTOTELES quod veritas est adaequatio rerum et intellectuum.

Ad hoc autem quod DICIT, quod omnia sint vera prima veritate, quia signa sunt primae veritatis, in hoc quod significant, sicut in prima veritate acceperunt significare, dicendum ut PRIUS quod in prima veritate acceperunt |

CaO1P1BrShSiV1 pap 63 *Ca* f. 40ra 68 *Sh* f. 40ra

1 ergo] autem *Br* | et *om. Sh* | esse *om. O1 p* 4 est] sunt *Br* 6 significatae] significantis *P1* 7–8 sicut – mutationem *om. (hom.) V1* 7 sic] nunc *pap* | oratione *om. Br* voce *sup. lin. Br*[1] 10 hoc] id *pap* 11 sit[1] res *inv. Sh* 12 est] vera vel falsa *add. pap* 14 adaequatur[1]] adaequetur *CaO1P1* | adaequatur[2]] adaequetur *CaO1P1* 15 fit] est *Br pap* 16 obicitur] obicit *CaO1P1ShV1* | hoc[2] *om. pap* 17 accepit] accipit *Si pap* | significare *om. pap* 19–20 adaequatur] est adaequatum *Br* 20 accepit] accipit *pap* 21 enim] aliquod *add. Br* 21–22 signum – significare] sic signum significare instituit *Si* 21 sic] sicut *Sh* 22 aequatam] adaequatam *Si* 23 aequatur] adaequatur *BrSi pap* 24 ab] ad *CaO1P1Si* 26 est *om. O1* 27 et *om. Si pap* | minus – magis] magis et minus *pap* 28 dum] cum *Sh* | dum – communicando] rebus in communicando dum *Si* 30 praesentes] plures *pap* 32 affectus nostros *Sh* affectiones *cet. codd., edd. (vide notam)* | quos] quas *pap* 33 vellemus] volemus *pa* volumus *p* 33–34 Et[2] – Timaeo] Et hoc est dictum Platonis, et est etiam Aristotelis primo Elenchorum *p in nota* 38 tantum] in *add. Br* | sed] accepit *add. Sh om. Si* 39 est] in *add. Br* ratione rei *add. pap* 40 fide] pace *Br* | dicti *om. pap* | Et ideo *om. O1* | vel] et *O1Br pap* 41 per mutationem] permutatione *pa* 42 instituti] instituenti *P1* 43 tunc] et *Si* 44 sed hoc] et ideo illud quod ratio praetendit *Br* | meo *dub. Sh* 46 concepti] conceptus *Br p* 47 conceptum] est *add. pa* 51 si *om. pap* 51–52 tunc – adaequatur *om. (hom.) pap* 52–53 designandum] significandum *Br pap* 53 conceptum] compositum *Si* 54 quia[2]] nam *Br* 55 re] esse *CaO1P1Br* | conciperet] susciperet *Br* 56 Protagorae] Pythagorae *Br pap* 57 dixerunt] quod habet veritatem vel *add. Br* 57–58 apparendo] apprehendendo *pap* | apparendo vel *om. Br* 58 tantum *om. pap* 61 aequata] adaequata *Si* | sive] vel *pap* 62 tali] talis *pap* | aequatus[1]] aequatur *CaO1P1Sh* adaequatur *Br* 63 est[1] *om. Sh* 64 rerum – intellectuum] rei ad intellectum *pap* 65 sint] sunt *P1BrV1 pap* 67 significant] significationis *Ca* | sicut] quod *p om. pa* | significare *om. Br*

7 Supra p. 43 v. 70–74. – 10 Supra p. 47 v. 1–15. – 16 Supra p. 47 v. 7–12. – 27–31 De usu sermonum pro rebus cf. supra p. 1 v. 49. – 31–33 quando – vellemus: Cf. Alb., III Sent. d. 38 a. 9 (Ed. Paris. t. 28 p. 726b): 'ut nobis invicem affectus nostros (…) pandamus'. – 34 Plato, Tim. 47C; transl. Chalc. (ed. Waszink p. 44 v. 23–26). – 35–44 Quod – verum: Cf. Alb., De sex princ. Ed. Colon. t. 1,2 p. 7 v. 36–64. – 35 Supra p. 47 v. 16–23. – 40 Vide supra p. 47 v. 41. – 45 Supra p. 47 v. 30–36. – 56 Vide supra p. 47 v. 68. – 63 De hac diffinitione veritatis cf. Alb., Super Ethica. Ed. Colon. t. 14, 1 p. 283 v. 14–15; Metaph. Ed. Colon. t. 16, 1 p. 205 v. 65–66; De resurr. Ed. Colon. t. 26 p. 248 v. 62–63 cum notis. – 65 Supra p. 47 v. 51–56. – 68 Supra v. 36–39.

quod significarent res et adaequata significatione significarent verum et non adaequata significarent falsum. Et ideo mutata significatione signi mutatur adaequatio. Et quod dicunt de immobilitate veritatis, dicendum quod illa immobilitas non est nisi circa signum relatum ad significandum et non circa signum rei significatae aequatum vel non aequatum, et ideo signo illo manente immobilis est veritas. Sed illa prima veritas esse non potest, quia corrumpitur et mutatur mutato signo.

Ad hoc autem quod DICITUR quod omne signum significat, ad quod significare ordinatum est in prima veritate, dicendum quod, quamvis hoc concedatur, non sequitur quod omnia sint vera prima veritate, quia in prima veritate ordinatum est quod oratio significet res per aequalitatem ad ipsas, prout sunt vel non sunt, et sic in prima veritate voces ad res significandas referuntur. Si autem veritas non esset nisi adaequatio vocis ad primam veritatem in significando tantum, tunc posset aliquo modo verum esse, quod dicitur. Haec igitur de praedicamento substantiae dicta sufficiant.

CaO1P1BrShSiV1 pap

1 significarent] significant *CaO1P1Br pa* 1–2 significarent] significant *Br* significent *pap* 2 adaequata] significatione *add. O1* | significarent] significant *BrSh* significent *pap* 3 ideo *om. O1* | significatione] significationis *CaSh* 5 signum] significandum *p* 6–7 signum – aequatum] rei significatae signum adaequatum *Br* 7 aequatum[2]] adaequatum *Br* 8 non *om. p* 9 quia] illa *add. O1* 10 hoc] id *pap* 10–11 significat] id *add. pap* 14 ordinatum est] ordinatam *Ca* ordinativa *O1P1* ordinatur *pap* | est *om. Sh* | res *om. Br*

4 Supra p. 47 v. 58–62. – 10 Supra p. 47 v. 52–55.

TRACTATUS DE QUANTITATE

Cap. 1. De divisione quantitatis, et quare immediate sequatur substantiam

Inter praedicabilia, quae sunt de natura accidentium substantiae, primum occurrit praedicabile, quod est quantitas, eo quod haec immediate sequitur, ut dicit Rabbi Moyses. Cum enim substantia potentia divisibilis sit secundum id quod est ex parte subiecti et materiae, qua substat et secundis substantiis et accidentibus, potentia autem divisibile non reducitur ad actum, ut actu divisibile efficiatur, nisi per quantitatem, oportet quod primum quod accidit substantiae sit quantitas.

Adhuc, cum materia, ut dicit Avicenna in sufficientia sua, subiciatur generationi et generaliter mutationi, in quantum potentia est trinae dimensionis et non actu, formata autem ad esse per generationem actu fiat trinae dimensionis, oportet quod id quod primum accedit ad materiam, ut formarum motus et ipsius motus sit receptibilis, sit quantitas, quia aliter mobilis non esset ad formam, nisi quanta esset, eo quod Aristoteles probat in vi physicorum quod nihil est mobile nisi quantum. His igitur rationibus immediate post substantiam ordinanda est.

Adhuc autem propter hoc quod formarum alterationis non est receptibilis nisi per quantitatem, quia in ipsa substantia existentes quantae efficiuntur per quantitatem, quae iam inest substantiae, sicut albedo et caliditas et huiusmodi, his rationibus rationabiliter immediate post substantiam ponitur quantitas. Inter accidentium enim genera nullum est penitus absolutum nisi quantitas et qualitas. Qualitatis autem – praecipue quantum ad duas species ipsius, quae sunt passio vel passibilis qualitas et forma vel circa aliquid constans figura – non est susceptibilis substantia nisi mediante quantitate, et ideo immediatius adhaeret quantitas substantiae quam aliquod aliorum generum accidentis.

Quia autem quantitas multarum divisionum est, oportet nos primo notificare quantitatem per divisionem ipsius, quia, si per diffinitionem notificaremus eam, non possemus dicere, nisi quia est 'mensura substantiae'. Et cum ratio mensurandi non sit per unum modum in continuo et discreto et in habente positionem in partibus et in non habente, non haberemus quod una ratione esset quantitatis, secundum quod in genere accipitur, diffinitivum. Cum enim, ut dicit Aristoteles, unumquodque mensuretur sui generis minimo, oportet quod, sicut differunt mensurata, sic differant etiam mensurae; et eodem modo differt in eis mensurandi ratio. Non habentes igitur quantitatis in genere sumptae diffinitionem, ne nullo modo declaretur, oportet quod ex posterioribus notificetur per divisionem.

Hac igitur necessitate coacti dicimus, quantitatem in genere per differentias primas | dividentes, quod *quantitatis*

4 b 20–25 (Arist. Lat. 54, 17–21): Quantitatis autem aliud est continuum, aliud discretum; et aliud quidem ex habentibus positionem ad se invicem suis partibus constat, aliud autem ex non habentibus positionem. Est autem discreta quantitas ut numerus et oratio, continua vero ut linea, superficies, corpus; amplius autem praeter haec tempus et locus.

CaO1P1BrShSiV1 pap 52 *Ca* f. 40rb

1 DE QUANTITATE] tertius de praedicamento quantitatis *Br* 3 et – substantiam *om. BrSiV1 p* | quare – substantiam] quanto invicem *O1P1* | immediate – substantiam] in inesse *Ca* 5 primum] primo ut videtur *Br* | primum occurrit] primo occurrit primum *O1* 6 haec] hoc *pap* | sequitur *editor cum Br pap om. CaO1P1Sh* 6–7 sequitur – Moyses] ut dicit Rabbi Moyses sequitur substantiam *SiV1* 7 potentia *om. O1* 9 qua] quae *pap* 10 divisibile] est *add. et exp. Ca* 10–11 non – divisibile *om. (hom.) V1* 11 divisibile] fiat sive *add. pap* | oportet] igitur *add. O1* 13 cum] circa *V1* 16 autem] aut *P1* | autem ad] ad aliquod *pap* | fiat] fiet *pap* ut *praem. Br* 17 accedit] accidit *Br pap* 18 ut formarum] et *Si* 18–19 receptibilis] receptibile et *pap* 19 mobilis] mobile *pap* 19–20 ad formam *om. pap* 20 quanta esset] esset quantum *pap* | eo – probat] cum enim ut probat Aristoteles *Br* 21 quod *om. Br* | quod – quantum *in marg. P1*[1] | His] de *praem. Si* 22 rationibus] quantitas *add. Br* | ordinanda est] quantitas est ordinanda *pap* | est] quantitas *add. O1* 23 Adhuc autem] ad haec *V1* 24 est] substantia *add. in marg. Br om. O1* | receptibilis] receptibile *Sh* | quia *editor cum pap* quae *CaO1P1BrShV1 om. Si* 24–26 in – quae *om. Br* 26 substantiae] subiecto *pap* 27 rationabiliter *om. V1* 31 ipsius] illius *O1P1SiV1 pap* 32 circa *om. O1* | non] quae *O1* 35 generum] accidentium vel *add. Br* 38 quia – diffinitionem *in marg. P1*[1] | si *om. Ca* | per – eam] notificaremus eam per diffinitionem *Sh* 39 possemus] possumus *pap* | substantiae *om. Br* 40 in *om. CaO1P1*[1]*Sh pa* 42 haberemus] habemus *pap* | ratione] ratio *Sh p* 43 quantitatis] quantitati *p* 44 Cum] est *CaO1P1* | Cum enim *om. Br* | unumquodque] et cum *praem. Br* 47 differt] differat *p* | ratio] causa *Br* 48–49 ne nullo] ut aliquo *pap* 52 primas *om. Si*

53 aliud[1] *CsCh* quidem *add. ed.* 55 continua *CsCh a* continuum *ed.* | ut *CsCh a om. ed.*

6–7 Moses Maimon., Dux neutr. l. 1 c. 56 (Parisiis 1520 f. 21v): 'illa sunt accidentia de genere quantitatis quae comitantur entia quae sunt parata recipere huiusmodi accidentia'. Ibid. c. 51 (f. 19r) dicit quod genus qualitatis sequitur quantitatem; cf. etiam l. 2 c. 1 prop. 22 (f. 39v). Quod quantitas immediate sequitur substantiam, demonstrat Boeth., In Cat. Arist. l. 2 (PL 64, 201D–202B). – 13–14 Avic., Lib. I Nat. tr. 1 c. 2 (ed. Van Riet p. 18 v. 5 sqq.). – 20–21 Arist., Phys. l. 6 c. 4 (234 b 10–20). Cf. Alb., Phys. Ed. Colon. t. 4, 2 p. 462–464: 'De divisibilitate eius quod movetur' (tr. 2 c. 2.). – 44 Arist., Metaph. l. 10 c. 1 (1052 b 18–19. 31–32); transl. anon.: Arist. Lat. XXV, 2 p. 185 v. 16–17, p. 186 v. 6–7.

aliud est continuum, aliud discretum. Non autem dicimus dividendo quod quantitas dividitur continuitate et discretione, quia continuitas et discretio non sunt praedicabilia de quantis, cum sint formae abstractionis modo significatae, quae non sunt in genere quantitatis, sed nominant qualitates, quae dicuntur circa quantitates. Sic igitur tangentes quae in genere sunt quantitatis, dicimus quod *quantitatis aliud est continuum, aliud discretum*.

Antequam autem has partes assignemus per diffinitiones quid sunt, oportet aliam subicere divisionem, cuius partes communicant utrumque istorum dividentium. Et hoc est quod quantitatis *aliud quidem ex habentibus* sive de numero eorum quae habent *positionem* in *partibus*, et *aliud ex* partibus *non habentibus positionem*, sicut patebit INFERIUS.

Has autem inducentes divisiones nullam de unitate et puncto facimus mentionem, quia haec in genere quantitatis non sunt nisi per reductionem ad genus, sicut principia generis ad genus reducuntur. Continuum enim habens positionem fluit a puncto | sicut indivisibili essentiali principio. Discretum autem habens ordinem in partibus loco positionis sicut numerus causatur ab unitate sicut a suae discretionis essentiali principio. Et haec omnia INFERIUS erunt manifesta. Et quia positionem habere in partibus accidit continuo et discreto accidit non habere positionem in partibus, ideo explanari non poterant membra primae divisionis, nisi prius daretur et altera.

His autem ita per duas divisiones praemissis consequens est membra istarum explanare sive declarare divisionum. Quia vero discretum, ut BOETHIUS in PROLOGO ARITHMETICAE dicit et ante eum dixerat PYTHAGORAS, †cum inconsistentia†, constat numerorum proportionibus, ideo prius declaranda est discreta quantitas, praecipue propter hoc quod essentiale principium ipsius, quod est unitas, simplicius est quam essentiale principium continuae quantitatis, quod est punctus. Est unitas indivisibile simplex non habens positionem, punctum autem est indivisibile positum sive positionem habens.

Quod autem dividentes DIXIMUS quod *quantitatis aliud est continuum, aliud discretum*, praemisimus continuum discreto quoad nos; quoad nos enim cognoscimus numerum divisione continui, ut dicit ARISTOTELES in IV PHYSICORUM. Cum tamen unitas, cuius iteratio essentialiter causat numerum, quoad naturam rei simplicior sit quam punctum, cuius fluxus causat essentialiter continuum, hac igitur consideratione dicimus imprimis describendo discretum per exemplum quod *discreta quantitas est ut numerus* habens ordinem *et oratio* habens vices et ordinem et successionem, *continua vero* quantitas est, ut exemplariter declaretur, *ut linea, superficies* et *corpus*. *Amplius autem praeter haec tempus et locus*. Haec enim praeter dicta aliam suae continuitatis habent causam. Alia enim suae continuitatis habent causam intra se et intra suam propriam continuitatem essentialiter contentam ut linea punctum, et superficies lineam, et corpus superficiem; locus autem in sua continuitate habet terminum corporis locati, qui non est locus, et tempus continuatur continuitate motus, motus autem continuatur continuitate mobilis et continuitate magnitudinis inter duos terminos

CaO1P1BrShSiV1 pap 20 *Sh* f. 40rb

1 est *om. SiV1 pap* | aliud[2]] est *add. Sh* 4 quantis] quantitate *Br p* quantitatis *pa* 6 nominant] nominentur *pap* | dicuntur] esse *add. O1* saepe *add. Br* 7–8 sunt – quod *in marg. P1*[1] 8 est *om. Si pap* 10 subicere] submittere *Sh* 11 communicant] communicantur *CaO1P1BrV1* 12 quidem] est *add. V1 pap* 13–14 et – partibus *om. (hom.) P1 corr. in marg. P1*[1] 14 aliud] alium *Sh* | positionem] constat *add. Br* 16 divisiones nullam] divisionem nullum *Ca* 17 facimus] faciemus *pap* 19 genus] genera *BrSh* 20 sicut] ab *add. pap om. Br* 21 essentiali *Sh* corporali *CaO1P1BrSiV1 pap* 23 sicut a] et hoc sicut in *Br* 25 continuo] continue *CaO1P1* continuis vel continuae quantitati *pap* | discreto *editor* eidem *codd., edd.* 29 ita *om. O1* 30 istarum] illarum divisionum *Si* 30–31 divisionum *editor cum BrP1*[1] *pap* divisiones *CaO1P1SiV1* divisionis *Sh* 31 Quia – discretum] et (*om. pa*) quia ratio discreti *pap* 32 dicit] dixit *pap* 33 cum *om. V1 pap* | inconsistentia] in consistentia *BrV1 pap* | cum inconsistentia *locus nondum sanatus, vide notam* | constat] consistat *SiV1* 33–34 proportionibus] proportionum *Br* 35 quod] est *add. sup. lin. Sh* | essentiale *om. pap* | ipsius] istius *pap* 35–36 ipsius – principium *om. (hom.) Br* 37 quantitatis *ex* existentis *corr. in marg. Sh*[1] | Est[2]] et *Br* et enim *Sh* enim *add. SiV1* | Est[2] unitas] unitas enim est *pap* 38–39 simplex – indivisibile *om. (hom.) V1* 38 positionem] est principium essentiale discretae *add. Br* 39 positionem] compositionem *pa* 40 quantitatis] qualitatis *CaP1* quantitas *Si* 41–42 continuum[2] – nos] quo ad nos continuum discreto *Sh* 43 iv] tertio *Br* 44 iteratio] interatio *(sic) CaO1* increatio *P1* 44–45 essentialiter causat *Sh* essentialiter totum *CaO1P1* causat essentialiter totum *V1 pap* totum *add. BrSi* 47–48 describendo] declarando *Sh* 49 vices *Sh* voces *cet. codd., edd.* 50 successionem] rationem *pap* 51 et *om. Sh* 53 aliam] alia *CaO1Sh* | habent *om. V1* | Alia] aliam *pa* illa *p* | enim] autem *O1* 54 suae *om. P1* | intra[1]] inter *pap* | intra[2]] inter *pap* 55 propriam *om. pap* 56 punctum] punctus *CaO1P1* | et[1] *sup. lin. Sh*[1] 57 habet] habent *CaP1 corr. P1*[1] 58 locus – tempus *inv. O1* | tempus *om. Si*

1–8 Non – discretum: Cf. Kilw., Super Praed. (ed. Conti p. 49 v. 17–18): 'quaeritur quare non dividitur quantitas per continuationem et discretionem, sed per continuum et discretum'. – 14–15 Infra p. 60 v. 17–23. – 24 De puncto ut principio continui vide infra p. 54 v. 48 – p. 55 v. 15; de unitate ut principio discretionis vide infra p. 52 v. 8–43. – 31–32 De prioritate quantitatis discretae, idest numeri cf. Boeth., De arithm. l. 1 c. 1 (CCL 94A p. 12 v. 73 – p. 14 v. 130). Alb., Metaph. Ed. Colon. t. 16, 1 p. 50 v. 30–34: 'Et hoc est, quod sententiam verborum Pythagorae transferens dixit Boethius de substantia numeri in Primo Arithmeticae loquens: 'omnia quaecumque a primaeva rerum natura constructa sunt, numerorum videntur ratione formata' (Boeth., De arithm. l. 1 c. 2, p. 14 v. 2–3). Robertus Kilwardby etiam Boethium allegat in hac quaestione (Super Praed., ed. Conti p. 49 v. 1–3): 'discreta quantitas (…) natura prior, secundum quod asserit Boethius quod quaecumque a primaeva rerum natura sunt constituta ratione numerorum videntur esse formata'. Forsan textus Alberti sic corrigendus est: 'quia vero discretum, ut (…) Pythagoras 'prius est natura, quia omnia a primaeva natura' constituta constant numerorum proportionibus'. – 37–39 Est – habens: Cf. Arist., Anal. post. l. 1 c. 27 (87 a 36). – 40 Supra p. 50 v. 51 – p. 51 v. 8. – 43–44 Immo: Arist., Phys. l. 3 c. 7 (207 b 1–13). Alb., Phys. Ed. Colon. t. 4, 1 p. 191 v. 8: 'nihil est causa numeri nisi divisio', p. 192 v. 4–5.

motus existentis. Hac igitur de causa dicitur quod *praeter haec* sunt *tempus et locus*. Haec autem INFERIUS melius patebunt, quando de singulorum istorum singillatim loquemur continuitatibus.

Cap. 2. De probatione qualiter numerus et oratio discretae sunt quantitates

Quod autem numerus sit discreta quantitas, sic probatur. Primo quidem, quod sit quantitas, quia quo mensurante redditur quantitas discretorum, illud per se est discreta quantitas; numero autem redditur quantitas ovium, canum, hominum et sic de aliis, quae discreta sunt et sub una forma continuitatis non continentur; numerus igitur est quantitas. Et quod sit discreta quantitas per hoc patet, quod continuum et discretum sunt | oppositae differentiae primae circa primum genus quantitatis; haec autem sunt quantitates, et non continuae, ergo discretae. Et quia discretionem non cognoscimus nisi privatione continui, oportet quod hoc probetur continuationis privatione. Dico igitur quod *partium numeri nullus est communis terminus* indivisibilis, *ad quem* ut ad unum *copulentur*, ita quod sit terminus partis unius ut finis, ad quem finitur continuatio eius, et sit terminus alterius, ut a quo incipit ipsius continuatio. Hoc autem probatur inductive et exemplariter, *sicut quinque et quinque si* ponantur *particulae* numeri *decem* sive denarii, istae particulae *ad nullum communem terminum* ⟨*copulantur*⟩, qui sit unius partis terminus et alterius principium ut continuans; quinque enim prima in ordine unitatem, ad quam finiuntur, non habent eandem, a qua incipiant quinque sequentia, secundum substantiam, sed divisam habent eam et discretam ab unitate, a qua incipit quinarius sequens, et sic est de omnibus partibus denarii. Semper enim partes denarii, quocumque modo accipiantur, *semper discretae sunt*, sicut si accipiantur *septem et tria* vel duo et octo vel sex et quattuor vel decem unitates, semper non copulatae et non continuatae accipiuntur, ita quod singulae in suis manent discretionibus nullo modo continuante aliquo uno copulatae. *Numerus* igitur *est discreta* quantitas, et iste numerus est | formalis, qui est unus, duo, tres et ceteri, quo reddimus et certificamus eorum, quae numerantur, quantitatem discretionis. De hoc tamen INFERIUS plenius erit manifestum.

Similiter autem et oratio discreta est quantitas et *est* de numero *discretorum*, ita quod omnes eius particulae ab invicem sunt separatae. *Quare enim* sive propter quid *oratio* sit in genere *quantitatis, manifestum est*. Omne enim, cuius quantitas mensurante aliquo et certificante mensuratur, est quantitas et in genere quantitatis. Sonus autem litterae et *syllabae, sive brevis sit* sive *longa*, mora pronuntiationis *mensuratur*. Igitur oratio consistens ex his est quantitas et in genere quantitatis. *Dico autem orationem cum voce prolatam* sive secundum quod est in prolatione vocis sive vocali pronuntiatione; sic enim non est unus sonus vel vox continue sonans vel vocans, sed est aggregata et discreta vocatio sonorum qui sunt discretorum elementorum in litteris et syllabis, quae sua multitudine et ordine conficiunt hoc totum, quod est dictio vel oratio. Sic enim elementum litterae cum elemento

4 b 25–37 (Arist. Lat. 54,22–55,9): Partium etenim numeri nullus est communis terminus ad quem copules particulas eius; ut quinque et quinque, si est ad decem particula, ad nullum communem terminum copulantur, sed semper discreta sunt; sed et tria et septem ad nullum communem terminum particularum, sed semper discreta et separata sunt; quapropter numerus quidem discretorum est. Similiter autem et oratio discretorum est (quia etenim quantitas est oratio manifestum est; mensuratur enim syllaba brevis et longa; dico autem cum voce orationem prolatam); ad nullum enim communem terminum particulae eius copulentur; non enim est communis terminus ad quem syllabae copulantur, sed unaquaeque divisa est ipsa secundum se ipsam.

CaO1P1BrShSiV1 pap 15 *Ca* f. 40va 40 *Sh* f. 40va

1 existentis] existentes *pa* | praeter] praedicatur *V1* 2 haec] hoc *CaSh* 3–4 loquemur] loquimur de *Si* 5 De probatione *om. SiV1 p* 8 numerus] numerus et oratio numerus *add. O1* | discreta *om. pa* | sic *om. Sh* 11 discreta *om. pap* | numero – quantitas *om. (hom.) P1 corr. in marg. P1*[1] *textus tamen partim abscissus est* 12 ovium] omnium scilicet *Br* | sic *om. pap* 15 patet] probatur *O1 pap* | quod] quia *Sh* 16 primae] primo *pap* 17 haec – quantitates *in marg. Sh*[1] 18 Et *om. pap* 20 continuationis] continuitatis *CaO1Br pap* continuantis *P1* probetur *add. Ca* | quod *sup. lin. Sh*[1] 21 est *post* communis *transp. sup. lin. Sh*[1] | communis] continuus *CaO1P1Si corr. Si*[1] continuationis *Br* 22 ut] et *pap* 23–24 eius – continuatio *om. (hom.) V1* 24 ipsius continuatio *inv. Sh* 25 inductive] inductione *O1BrV1* 27 ad nullum] nullum habent *pap* | copulantur *suppl. editor cum Arist. Lat.* 28 terminus] finis *p* | principium] continuatur *add. Br* 28–29 continuans] continuas *CaO1P1* continuus *Sh* 29 unitatem] communitatem *Br* 30 finiuntur] sumuntur *CaO1P1 pa* | incipiant] inequant *CaO1P1* incipiunt *Br* incohent *V1* incohantur *pap* et *add. Sh* 31 divisam] divisim *pap* 32 eam *om. Si* 35 semper *lac. Br om. SiV1* 37 semper *om. Br* 37–38 accipiuntur] accipiunt *p* 38 in – manent] manent in suis *Sh* | manent *om. O1P1 pap* 39 continuante] continuatae *O1Sh* continuantur *pap* aut *add. Br* | uno] modo *pap* | copulatae] copulante *Br* 40 numerus est *inv. Sh* 41 ceteri] cetera *BrSiV1* | reddimus] respondemus *Br* 41–42 et[2] certificamus *om. pap* 42 eorum] quantitatem *praem. Br* | quae] qui *CaO1P1* | quantitatem] quantitatis *Si* 42–43 quantitatem discretionis] per quantitatem discretam et *Br* 44 et[1] *om. Sh* 46 enim] autem *pap* | sive – quid *om. Br* 50 sive[2]] vel *pap* 51 consistens] existens *Sh* 53 voce *om. O1* | secundum – in] quod idem est *p* quod est *pa* 56 vocatio] vocatione *pap* | sunt *editor* sonus *codd., edd.* 57 elementorum] est *add. Br* | quae *om. p* 59 oratio] sic quod sonus litterae cum sono litterae *add. Br* | elementum] elīo *Ca* divisio *O1P1Br pap* | elemento] divisio *CaO1P1* divisione *pap*

61 copulantur *Ch* copulatur quinque et quinque *ed.* 63 quia] quare *Alb.* 64 copulentur *Ch* copulantur *ed.*

2 Infra in capitulis 4 et 5. – 43 Infra p. 53 v. 17–29.

litterae non est continuum, sed ab eo discretum et cum eo compositum conficit syllabam, et sic syllaba discreta cum syllaba composita conficit dictionem, et eodem modo dictio cum dictione conficit orationem. In omnibus enim his – syllaba, dictio, oratio – constitutio fit totius discretorum aggregatione et ordine. Quod manifestum est ex hoc quod sonus elementorum et syllabarum et dictionum in oratione *ad nullum communem terminum copulantur*. Si enim dicam 'baculus' vel 'virga', discrete sonant omnia litterarum elementa et nihil est continuans inter ea, quo continuante unus sonus alteri copuletur. Et similiter est de sono litterarum in syllaba et sono syllabarum in dictione et sono dictionum in oratione. Nullus *enim communis terminus est, ad quem syllabae copulentur* in pronuntiatione, *sed unaquaeque divisa* manet *secundum seipsam* discreta.

Sed hic advertendum quod, quamvis discretae maneant omnes particulae orationis et numeri, tamen sub una forma specifica discretionis uniuntur. Numerus enim unitatis constituitur aggregatione et ordine, et quaecumque est aggregationis ordinatae terminus, in quo stat aggregatio ut in complente unitate, illa ut finis et complementum est forma numeri illius ut in quinario quinta et in denario decima et sic de aliis. Et ideo dicit Aristoteles in v primae philosophiae quod decem non est tria et septem aut bis quinque aut octo et duo, sed oportet | accipere formam in unitate ultima, prout est finis aggregationis ordinatae ad unitatem illam, quae complementum est talis aggregationis.

50 quidem] quaedam *Alb.* 53 particulae[1] ceterae *Cs [Ch]* ceterarum *ed.* | copulantur] copulentur *CsCh* copulatum *ed.* 53–54 unum quid *codd.* unumquodque *ed.* 55 perspicere *CsCh a* respicere *ed.* | ut *CsCh* aut *ed.* 56 permanent *CsCh* patiuntur *ed.* | permanens *CsCh a* patiens *ed.* 57 quomodo *CsCh* hoc *add. ed.* 59 permanent *CsCh* patiuntur *ed.* 60 permanent *CsCh* patiuntur *ed.* 61 ex non *Ch* non ex *ed.*

1–9 Est – quantus: Cf. Alb., Phys. Ed. Colon. t. 4,1 p. 220 v. 83–86: 'non est motus ad locum, prout est superficies sola, sed prout habet potentiam activam et perfectivam locati (…) a virtute caelesti loco infusa'; De natura loci. Ed. Colon. t. 5,2 p. 2 v. 41–76. – 13 Supra p. 59 v. 35–41 et p. 59 v. 49–51. – 24–36 Positionem – copulatorum: Cf. Kilw., Super Praed. (ed. Conti p. 60 v. 7–9): 'ad positionem exiguntur tria, scilicet situs, permanentia (…) et ordo'.

quandam secundum latitudinem *habent positionem*. *Similiter namque* sicut et in linea facile *ostenditur*, *ubi iacent* in superficie positae et quae sunt *quae copulantur ad invicem* et quo copulante ut communi termino. In linea enim copulat punctum, in superficie autem copulat linea ut communis terminus. *Soliditatis quoque* sive corporis particulae eodem modo et eadem de causa habent positionem et permanentiam et copulationem. *Et similiter loci* particulae, secundum quod mathematice sumitur locus, talem in partibus habent positionem, permanentiam et copulationem. Dictae igitur quantitates habent in suis partibus permanentiam et positionem et copulationem.

In numero autem talem partium *positionem* et permanentiam et copulationem *non potest quisquam* per intellectum *perspicere*. Cuius causa est, quia natura partium numeri repugnat ad tria, quae DICTA SUNT, et ideo non invenitur quod *particulae* numeri *positionem habeant ad invicem*. Primo enim deficit *situs* in continuo *alicubi*, quia unitas, cuius iteratio facit numerum, non est indivisibile habens in continuo positionem, sed potius a natura positionis penitus separatum, et ideo non potest dici quod unitas vel pars numeri sit sita alicubi in continuo. Nec potest dici quod *aliquae particulae* numeri *ad se invicem* in aliquo, quod aliquid utriusque sit, habeant connexionem sive copulationem, sicut in capitulo DE DISCRETIONE NUMERI est probatum, sed omnes particulae manentes discretae et separatae ab invicem ad unum ultimum habent ordinem, cuius additione perficitur species numeri.

Sed nec ea quae sunt particulae temporis habent in suis partibus positionem, quia, quamvis habeant connexionem et terminum communem, in quo connectuntur et continuantur, tamen nullam habent in esse permanentiam; *quod autem* in esse *non permanet*, de illo non potest dici ubi situm sit. Nusquam enim situm est, quod secundum esse non est.

Sed secundum hoc videtur etiam quod non habeat copulationem vel connexionem, quia quod secundum esse non est, nulli potest copulari. Sed ad hoc dicendum est quod in successione est quod copulatur, et in successione esse est secundum aliquid esse. Est enim in hoc quod copulat usque ad quod sicut ad finem, quem intra se ut aliquid sui habet ipsa successio; et similiter futurum, cui copulatur, est secundum successionis principium, quod iterum ipsa successio futuri intra se habet ut aliquid sui, quia est suae successionis principium, et sic in instanti quod est medium finis praeteriti et principium futuri – copulantur praeteritum et futurum. Et aliquo modo est praeteriti successio | in praesenti ut in termino et successio futuri est in eodem sicut in principio. Sic ergo copulationem habent partes temporis et tamen nullam habent permanentiam neque positionem.

Sed in hoc conveniunt cum partibus numeri, quod *ordinem quendam dices habere particulas* temporis, in eo quod quaedam sunt priores et quaedam posteriores, | tam in praeterito quam in futuro; sed priores in praeterito sunt a praesenti longinquiores, priores autem in futuro sunt, quae ad praesens nunc sunt propinquiores; et sic *aliud* particularum *temporis est prius et aliud* suarum particularum est *posterius*.

Sic etiam *de numero similiter* est, quod scilicet in particulis numeri non est positio sed ordo enumerationis, *eo quod* secundum ordinem enumerationis *prius numeratur unus quam duo et* prius *duo quam tres*. Et sic de aliis est numeri partibus, et sic prius est in numero quod unitati, quae iteratur in numero, est propinquius, *et* sic *ordinem quendam habebunt* numeri partes; *positionem vero non* habebunt aliquo modo nec etiam copulationem sive connexionem nec habent communem terminum, qui aliquid sit utriusque partis, prioris scilicet et posterioris, et ideo manent partes divisae et discretae. Quod etiam ostendit ratio nominis numeri. Numerus enim dicitur quasi 'nutus memeris', hoc est divisionis, quia quocumque innuatur in partibus numeri, divisae inveniuntur et segregatae. Patet quod nullam huiusmodi partes perficiunt positionem.

Similiter et oratio se habet in partibus suis. Haec enim in discretione partium convenit cum numero, in successione autem convenit cum tempore, quo mensuratur

CaO1P1BrShSiV1 pap 48 *Ca* f. 42va 54 *Sh* f. 42rb

1 latitudinem] habitudinem *Br* 2 ubi] non *pa* | in^{2} *om. V1* 5 ut] et *p* 7 eadem] eandem *Ca* | de *om. BrSh* 8 similiter *Sh om. cet. codd., edd.* 10 habent] habet *CaP1 om. O1Sh* | permanentiam *om. Br* 11–12 Dictae – copulationem *om. (hom.) BrSiV1 pap* 13 talem partium] in partibus *pap* | partium] pertinet *V1* 14 quisquam] quosquam *Sh* 15 perspicere] prospicere *CaO1P1 pa* | quia] quod *pap* 19 indivisibile] divisibile *P1* 28 additione] adductione *CaBrSi* adiectione *Sh* 32 esse] se *Sh* 33 non^{2} *om. P1* 36 etiam] enim *pa om. p* 40 enim] autem *P1* et praeteriti *pap* praeteritum *add. SiV1* 41 quod^{2}] quid *pap* 42 ipsa] sua *V1* | et *om. Sh* 43 copulatur] copulantur *p om. P1* 44–45 quod – principium *iter. P1* 45 suae *om. pap* 46 medium] scilicet *add. p* 48 in^{1} *om. Sh* | in^{1} praesenti *om. SiV1* 51 habent] partis *add. Si om. O1* | positionem] possessionem *p* 52 hoc] quod *add. CaSh* 57 nunc] non *CaO1P1 om. BrSiV1* | nunc – propinquiores] sunt priores *pap* | aliud] aliquid *p* 58 est *iter. Sh* | aliud] aliquid *p* 60 Sic] et sic est *SiV1* est *add. CaO1P1Sh* | est *om. SiV1* | scilicet *om. BrSi* 61 enumerationis] … ationis *Ca* 61–62 eo – enumerationis] quia *pap om. (hom.) SiV1* 62 quod *om. Sh* | numeratur *Sh* numerantur *Ca* enumeratur *O1BrSiV1 pap* enumerantur *P1* 63 unus] unum *Sh* | est *om. pap* 64 prius *om. pap* 68 habent *om. pap* 70 et *om. pap* | Quod] ut *Sh* | Quod etiam] et *Br* 71 nominis numeri] numeri nominis hoc *Br* | nutus] invitus *pa* numus *p* 72 memeris] num'is *Ca* meris *O1P1* memoris *Br* verus *pap* | est] signum *add. Br* | quocumque] quotienscumque *post corr. Sh* | quocumque innuatur] quodcumque numeratur *Br* quaeque unitates *p* | innuatur] imitatur *pa* 74 Patet] igitur *add. pap* 76 Haec] hoc *V1 pa* 77 discretione] divisione *Br* 78 mensuratur] pronuntiatur *pap*

16 Supra p. 60 v. 24–27. – 25 Vide supra c. 2, p. 52 v. 8–43. – 70–73 De ratione nominis numeri cf. Alb., Super Dion. De div. nom. Ed. Colon. t. 37, 1 p. 444 v. 6–10 cum nota; Phys. Ed. Colon t. 4, 1 p. 192 v. 15–19 cum nota; Metaph. Ed. Colon. t. 16, 1 p. 256 v. 47–53 cum nota; Summa I. Ed. Colon. t. 34, 1 p. 138 v. 41–43, p. 311 v. 72–80, p. 323 v. 66–68; Anal. post. l. 1 tr. 3 c. 1 (Ed. Paris. t. 2 p. 71a): 'numerus dicatur nutus mentis vel memeris'.

orationis pronuntiatio, et ideo partes eius discretae sunt et non permanent. Oratio igitur est de numero eorum quae dicta sunt, quae scilicet in partibus non habent positionem. *Nihil enim permanent particulae* orationis et minus sumi possunt quam particulae temporis, quia ad minus in tempore est accipere nunc vel praesens instans, in quo aliquo modo est praeteritum et aliquo modo futurum, sed in oratione nihil est accipere aliquo modo, cum omnia indivisibilia elementorum discreta sint et in nullo connexa, *sed* quodlibet eorum *dictum est* et transiit, et ideo *non potest amplius sumi*, ut demonstretur ut permanens, propter quod nulla *erit positio particularum* orationis propter hoc quod *nihil permanet* particularum eius.

Et sic probatum est inducendo, quod intendimus, quod scilicet *alia* de genere quantitatis *constant ex particulis, quae in eis sunt* essentialiter *positionem habentibus ad se invicem, alia autem* eiusdem generis constant *ex* particulis *non habentibus* ad se invicem *positionem*.

Cap. 7. De dubitabilibus circa ea quae sunt dicta de linea

Quia autem quantitates, de quibus dictum est, sunt 'mensurae substantiae', antequam dicamus de proprietatibus, bene se habet dubitationes, quae sunt circa ipsas, determinare.

Et primo de linea. Haec enim videtur extensio infinita secundum longitudinem, cum dicat Euclides quod licet lineam protrahere in infinitum in continuum et directum. Adhuc cursus puncti, qui mathematicam facit lineam, non sistitur in continuo. Videtur quod procedat in infinitum. Sed contra hoc videtur esse quod natura et intellectus abhorrent infinitum. Et videtur quod linea sit de his, quae abhorret intellectus.

Sed quaestio penitus nulla est, quia linea non est infinita secundum actum, sed secundum potentiam per hoc solum, quia in continuo, secundum quod continuum est, assignari non potest ei terminus ad quem stet protractio ipsius. Et propterea dicit Euclides quod licet lineam in infinitum producere in continuum et directum. Tale autem infinitum, quod potentia infinitum est, nec natura abhorret nec intellectus.

Adhuc autem dubitant quidam, utrumne linea sit mensura substantiae corporalis. Si enim non est mensura, cum per nullam aliam dispositionem possit reduci ad subiectum, quod est substantia, videbitur quod non sit accidens; constat autem quod nec est substantia; ergo nihil esset, quod stare non potest. Si autem est mensura, tunc videtur quod sit imperfecta, quia corpus mensuratur longo, lato et profundo; linea autem est longitudo tantum.

Ad hoc autem dicendum quod linea est prima et perfecta mensura substantiae. Est enim linea mensurans in longum et mensurans in latum | et mensurans in profundum. Dicit enim Avicenna in sufficientia quod corpus mensuratur tribus diametris; diametri autem lineae sunt; totum ergo corpus mensuratur lineis. Et incrementum omnis corporis naturalis est secundum extensionem trium diametrorum, et sic omnium natura constantium terminus est et ratio magnitudinis et augmenti. Quod autem etiam superficies mensurat corpus, hoc est secundum totam corporis expansionem inter diametros mensurantes in altum et in latum et in profundum; et quod corporea quantitas mensurat corpoream substantiam, hoc est secundum repletionem quantitativam, quae secundum intellectum est inter omnes superficies. Et sic dicendum est de istis mensuris substantiae. Nec dicendum est, ut quidam male dicunt, quod linea sit mensura non separata a superficie | actu vel a corporea quantitate, et ideo iuncta cum aliis sit

CaO1P1BrShSiV1 pap 53 *Ca* f. 42vb 68 *Sh* f. 42va

2 permanent *Sh* permanens *Ca* permanentes *cet. codd., edd.* 5 sumi] sive *V1* stare *pap* 8 modo] est *add. O1P1SiV1 pap* 8–9 sed – modo *om. O1* 10 sint] sunt *pap* 11 transiit] transit *p* 11–12 demonstretur] derivetur *CaO1P1* | demonstretur ut] diceretur *Br* denominetur *pap* 12 quod *om. Ca* 13 hoc *om. pap* | nihil] re *add. pap* 20–21 De – linea] Disgressivum de dubitabilibus circa lineam *Br* 20 dubitabilibus] dubitationibus *Si p* quibusdam *add. Sh* 21 sunt dicta *inv. O1P1SiV1 p* 24 bene] li in *Ca* in *O1P1* in se *praem. SiV1* | bene – habet] habent esse *Br* | habet] habent *Sh pap corr. Sh*[1] 25 determinare] determinatae *CaO1P1 pap* determinandae *Br* 26 primo] prima *CaO1P1* 28 protrahere – infinitum] in infinitum protrahere *Br* | in[2]] et *CaO1P1SiV1 pap* 30 sistitur] sistit *Br pap* | Videtur] igitur *add. Br* ergo *add. pap* | procedat] procedit *P1* 32 abhorrent] abhorret *BrV1* 32–33 infinitum – abhorret *om. (hom.) Si* 32 Et] ergo *pap* sic *add. Br* 35 secundum[1] actum] in actu *pap* | sed] solum *add. Si* 36 quia] quod *O1P1V1 pap* 37 stet] stat *Br p* 38 propterea] propter hoc *Sh* | quod] quia *pap* 39 producere] protrahere *Br* 40 quod – infinitum] aliquid potentia *pap* 42 autem *om. p* | utrumne] utrum *pap* 43–44 Si – mensura *in marg. O1*[1] 46 quod *om. Sh post* nec *suppl. Sh*[1] 47 esset] est *pap* 51 autem] est *add. Br* 51–52 est – linea *om. (hom.) V1* | perfecta] imperfecta *O1* 53 et[1]] non *add. Br* | mensurans[2] in *om. Br* 54 enim] autem *Br pap om. O1* | sufficientia] sua *add. O1Br* 56 totum *om. pap* | totum ergo *inv. Sh* 58 sic *om. p* 58–59 natura – est] constantium natura posterius est terminus *Br* 60 autem *om. O1Si* | etiam *om. p* | mensurat corpus] mensuratur *pap* 61 est *om. Sh* | expansionem] extensionem *pap* 64 repletionem] completionem *O1* complectionem *P1* 64–65 quantitativam] qualitativam *CaO1P1SiV1 pa* 69 a[1] *om. V1 pap* | sit] fit *p*

27–29 Euclid., Elementa l. 1 pet. 1; transl. Adelardi versio I (ed. Busard p. 33 v. 63–64). – 31–33 Sed – intellectus: Cf. Kilw., Super Praed. (ed. Conti p. 54 v. 34–35): 'ars et natura et intellectus refutant infinitum; linea vero est infinitum'. Alb., De caelo et mundo. Ed. Colon. t. 5, 1 p. 19 v. 33 cum nota. – 38–40 Euclid., Elementa l. 1 pet. 1; transl. Adelardi versio I (ed. Busard p. 33 v. 63–64). – 42–50 Quidam: Cf. Kilw., Super Praed. (ed. Conti p. 55 v. 6–8). – 54 Avic., Lib. I. Nat. tr. 1 c. 2 (ed. Van Riet p. 18 v. 5 sqq.). – 67 – p. 63 v. 5 Quidam: Haec positio invenitur et refutatur apud Kilw., Super Praed. (ed. Conti p. 55 v. 6–14, imprimis v. 10–11): 'remanet tamen quaelibet [dimensio] ab alia divisa secundum essentiam et intellectum'.

mensura perfecta corporis. Quamvis in esse non sit separata a superficie et corpore, tamen in actu mensurandi secundum naturam et intellectum separata est eo modo, quo diximus, et ideo specialis est species quantitatis continuae.

Dubitant etiam QUIDAM, quid linea habeat pro materia et quid pro forma, obiciendo dicentes quod in linea non sunt nisi duo, partes scilicet lineae, quae copulantur, et communis terminus copulans; aut ergo erunt ei partes pro materia aut terminus copulans. Dicunt autem quod terminus copulans non potest esse lineae pro materia, eo quod terminus copulans est punctus; linea autem non est ex punctis, ut probat ARISTOTELES. Si autem partes copulatae erunt pro materia, sequitur adhuc maior abusio; partes enim lineae sunt lineae, ergo linea est materia lineae; et illa linea iterum habet materiam, ergo illius lineae erunt materia lineae, et ibitur in infinitum et erit idem materia sui ipsius, quod nullo modo potest intelligi. Partes ergo lineae nullo modo possunt esse lineae materia.

Adhuc autem, si punctum dicatur forma lineae, videtur in contrarium esse, quod ea, quae sunt ex materia et forma, non possunt intelligi id, quod sunt, sine forma; potest autem intelligi linea sine puncto, si intelligatur longitudo infinita ex utraque parte.

Ulterius etiam quaeritur, utrum linea possit esse ex punctis. Et videtur per ARISTOTELEM in VI PHYSICORUM quod non, quia non se tangentium non est continuatio; punctum autem non tangit punctum. Aut enim tangeret secundum partem aut secundum totum. Si secundum partem, sequitur quod punctum habet partem, quod falsum est, quia dicit EUCLIDES quod 'punctum est, cui pars non est'. Si autem secundum totum tangit, hoc est iterum impossibile, quia contactus est eorum, quorum ultima sunt simul; ergo puncta se tangentia haberent ultima; sed quidquid habet ultimum, aliud est ipsum et aliud est ultimum ipsius; igitur punctum est aliud ab ultimo ipsius, et sic iterum sequitur quod punctum secundum quantitatem partes habet, ultimum scilicet et id quod habet ultimum. Non ergo ⟨linea⟩ componitur ex punctis.

Si hoc autem conceditur, tunc quaeritur, quare numerus componitur ex indivisibilibus, et 'continuum ex indivisibilibus componi non potest'.

Ad hoc autem facile est solvere, si ad memoriam revocentur ea quae DICTA SUNT de natura continuae quantitatis. Dicendum enim pro certo quod linea forma est et non habet materiam, ex qua sit, sed habet materiam, in qua sit, et ideo quaestio nulla est. Si autem sic formatur quaestio: quid habeat linea pro substantia secundum id quod est, et quid pro formali principio? tunc quaestio valet. Et quod dicatur quod partes lineae sunt in ea ut substantia materialis, omnino est impossibile et stultum dicere, quia, sicut OBIECTUM EST, partes lineae sunt lineae, et oporteret de illis idem quaerere. Unde hoc stultum est dicere. Sed dicendum quod, sicut in tempore substantia temporis est nunc, ita in linea mathematice per intellectum generata et constituta substantia lineae punctum est fluens in continuum, et sicut esse temporis fluens successio est, ita in linea esse formale lineae est continuitas circa puncta copulantia posita per fluxum puncti intellectualem. Cuius probatio quod id est formale principium in quolibet, per quod ponitur in specie sui generis; linea autem ponitur in specie quantitatis per longitudinis continuum; longitudinis igitur continuum est forma ipsius. Continuum autem non fit nisi ad unum communem | terminum copulatione, et copulatio non fit nisi fluxu extenso. Fluxus ergo intellectualis puncti facit continuum in linea, et punctum est substantia ipsius. Et hoc est verum. Et dicere

CaO1P1BrShSiV1 pap 67 *Ca* f. 43ra

1 perfecta] perfecti *O1P1V1 pap om. Sh* | Quamvis] enim *add. sup. lin. Br* 3 intellectum *in marg. Sh*[1] | est] in *V1 pap* | eo] eodem *Sh* 4 est *om. O1* 5 continuae *ante* quantitatis *in marg. transp. Sh*[1] 6 habeat] habet *CaO1P1V1* 7 quid *om. pap* | obiciendo] obiciunt *pa om. p* 8 duo] duae *BrSh pap* 9 copulans] copulationis *pap* 10–11 Dicunt – terminus] terminus autem *Br* 11–12 non – copulans *om. (hom.) P1 corr. in marg. P1*[1] 11 esse] inesse *O1* 12 copulans] ut dicunt *add. Br* 13 est] punctus nec *add. Si om. CaP1Sh* 14–15 adhuc *om. O1* 15 partes enim] quia cum partes *Br* | lineae[2]] linea *Br* 16 iterum *om. Br* 17 erunt] partes *add. O1* 18 et] aut *p* 18–19 nullo – lineae] absurdum est ergo videtur quod *pap* 20 materia *om. pap* 22 in contrarium] inconveniens *pap* | quod] quia *pap* 23 possunt *om. Si* 24 si] scilicet *add. Br* 28 quia non *post* se *transp. in marg. Sh*[1] 29 Aut – tangeret] si enim tangeret aut *Br* 31 partem[2]] partes *Si* 32 cui] cuius *BrSi p* 33 tangit] tangitur *pap* 35 ergo] et sic *pap* 37 igitur] ergo *CaSh* ipsum *praem. Br* 38–39 iterum – ultimum *om. Si* 40 linea *suppl. editor cum pap* 42 quaeritur] quaeratur *O1 om. Si* 43 et continuum] continuum autem *Br* 44 indivisibilibus] divisibilibus *P1* 45 Ad *om. pap* | solvere] solide *Ca* 46 ea *om. pap* 47 enim] est *add. Si om. O1* 48 sit] fit *O1 p* 48–49 sed – sit *om. (hom.) Si pap corr. in marg. Si*[1] 49–50 formatur] formaretur *V1 pap* 51 formali] forma *CaP1* 52 quod[1]] si *Si* 53 ea] eo *CaO1P1ShSi* 55 oporteret *Sh* oportet *cet. codd., edd.* 56 stultum – dicere] stultum *CaO1P1* stultum est *Br* est stultum *pap* | in] de *O1* 58 per – et] generata et per intellectum *O1* 59 lineae] linea *CaP1* | sicut] sic *O1 om. Br* 61 copulantia] tamen copulatio *Br* copulativa *pap* 62 intellectualem] intelligibilem *Br* 63 quod[1]] est quia *pap* | quod[1] – est] est nam *Br* 64 in[1] – ponitur *om. (hom.) Br* 65–66 per – longitudinis *om. Br* 65 longitudinis] longum *Sh* 68 et – non] copulatio autem *Si* | nisi] ex *add. Br* 69 ergo] igitur *Sh* | intellectualis] intellectuali *P1* integralis *Si* | continuum] continuitatem *pap* 70 Et[2] *om. O1Br*

4 Quidam: Cf. Kilw., Super Praed. (ed. Conti p. 55 v. 15–19): 'sequitur quaerere quid remanet lineae pro materia, et quid pro forma'. – 6 Cf. Kilw., Super Praed. (ed. Conti p. 57 v. 7–19). – 12–13 Arist., Phys. l. 6 c. 1 (231 a 24 sq.). – 21–25 Adhuc – parte: Cf. Kilw., Super Praed. (ed. Conti p. 55 v. 20–22): 'non contingit intelligere aggregatum ex materia et forma sine forma'. – 26–27 Ulterius – punctis: Cf. Kilw., Super Praed. (ed. Conti p. 56 v. 1–5). – 27 Vide supra v. 12–13. – 32 Euclid., Elementa l. 1 diff. 1; transl. Adelardi versio I (ed. Busard p. 31 v. 3). – 42–44 Si – potest: Cf. Kilw., Super Praed. (ed. Conti p. 56 v. 6–11, imprimis v. 9–10): 'ex indivisibilibus non fit continuum'. – 46 Supra p. 54 v. 48 – p. 56 v. 8. – 54 Cf. v. 15

quod punctum ⟨est⟩ forma et partes materia, est deliramentum. Nec punctum nisi fluens ponitur in diffinitione lineae, secundum quod linea est, sed ponitur in diffinitione lineae rectae et finitae; finita enim et recta linea est longitudo, 'cuius medium non exit ab extremis', cuius extrema sunt duo puncta.

Ad hoc autem quod QUAERITUR, utrum linea sit ex punctis, dicendum quod hoc est impossibile, sicut probatur, quod linea constet ex punctis integraliter componentibus lineam, quia ex indivisibilibus non fit continuum divisibile; sed hoc modo, quo dictum est, non est impossibile, quia secundum hoc puncta sunt substantiae positae in linea, circa quae ponitur continuatio sicut circa terminum, in quo fit copulatio; et hoc modo fit omne continuum ex indivisibili in se posito, circa quod sicut terminum, in quo copulatio, ponitur forma continui.

Ad hoc autem quod QUAERITUR, quare | numerus sit ex indivisibilibus et non linea vel aliud continuum, dicendum, sicut in ANTEHABITIS dictum est, quod hoc est ideo, quia numerus est discretum, et indivisibilia in numero manent discreta et non faciunt unum nisi aggregatione, quod est plura simpliciter et unum secundum quid, scilicet aggregatione ad unum complens summam ordinatam ad illud, sicut SUPERIUS dictum est.

Cap. 8. De dubitabilibus quae sunt circa dicta de superficie et corpore

Eodem modo quaeritur, utrum superficies habeat lineam pro materia et sit materiale principium ad corpus, sicut videtur PLATO dicere et QUIDAM alii philosophorum. Hoc enim videtur ex modo loquendi, quia superficies est longitudo et latitudo sine profunditate, et constat quod latitudo dat speciem superficiei; quod autem ante speciem est, est materiale totum; longitudo igitur materialis est ad latitudinem. Et per idem concluditur quod superficies est materialis ad quantitatem corporis.

Adhuc autem quaeritur, qualiter mathematice loquendo superficies producitur ex linea et corpus ex superficie. Si enim unum producitur ex alio, videtur quod unum sit materiale ad alterum.

Adhuc autem quaeritur, an ista simul et secundum actum possint esse in eodem, quia, si linea inest, tunc inest 'longitudo sine latitudine'; et sic, cum superficies latitudo sit, videtur non posse inesse superficies. Et eadem ratione, si insit superficies, videtur quod non possit inesse profunditas.

Adhuc autem quaeritur, quare profundum non est sine longitudine et latitudine, et latum non est sine longitudine, sicut e converso longitudo sine latitudine et latitudo sine profunditate.

Quaerunt etiam QUIDAM, propter quid non sunt nisi tres dimensiones.

QUAERUNT etiam, in quo differt corpus substantia a corpore quod est quantitas.

Adhuc autem ulterius QUAERUNT, utrum quantitas sit in substantia ex parte materiae vel ex parte formae vel ex parte compositi. Non enim videtur advenire ex parte materiae. Non enim possibile est aliquid esse substantiam in potentia et quantum esse in actu; materia autem est substantia in potentia; non ergo erit in actu quanta.

CaO1P1BrShSiV1 pap 18 *Sh* f. 42vb

1 est[1] *suppl. editor cum pap* 1–2 est[1] – punctum *om. (hom.) Br* 3–5 sed – est *Sh om. (hom.) cet. codd., edd.* 7 Ad hoc] Adhuc *p* 8–9 probatur] probant *Sh* in VI Physicorum impossibile *add. in marg. Br* 9 quod – constet] esse lineam constare *Br* | constet] constat *Sh* 10 quia *sup. lin. Sh[1]* 12 quia] quod *P1* 14 fit] stat *Br* 16 quo] fit *add. p* 18 sit] fit *p* sic *pa* 19 ex *sup. lin. Sh[1]* 20 sicut] et *add. CaP1* 20–21 hoc – ideo] huiusmodi est ratio *Br* 22 nisi] nihil *CaP1* vel *O1* 23–24 quod – aggregatione *om. (hom.) pap* 26 dubitabilibus] dubitationibus *p* | quae sunt *om. Br* 27 dicta] ea quae dicta sunt *Si* | corpore] et est disgressio *add. Br* 31 quia] quod *Br* 34 autem *om. O1* | est[2] *om. O1P1V1* 35 latitudinem] longitudinem *V1* 36 materialis] vel *add. Sh* 38 Adhuc] ad haec *V1* | qualiter *om. O1P1SiV1 pap* 38–39 loquendo] an *add. p* 40 producitur *Sh* producatur *CaO1P1BrSiV1 pap* 41 alterum] aliud *pap* 43 possint] possunt *O1Br pap* 45 inesse] esse *Sh* in *praem. sup. lin. Sh[1]* | Et] similiter *add. pap* 49 longitudine – latitudine] latitudine et longitudine *Sh* 49–50 et[1] – longitudine *om. (hom.) SiV1 pap* 50 e converso *om. pap* 52 propter quid] quare *in marg. O1[1]* 54 Quaerunt] quaeritur *V1 pap* | corpus] quod est *add. Br pap* 58 videtur] dicitur *Br* 59 possibile est *inv. BrSiV1 pap*

2–3 Haec diffinitio lineae ab Alberto saepius Platoni attribuitur, sicut infra p. 88 v. 45. Cf. etiam Alb., De sex princ. Ed. Colon. t. 1, 2 p. 57 v. 25–29; Phys. Ed. Colon. t. 4, 2 p. 504 v. 33–35; Summa I. Ed. Colon. t. 34, 1 p. 153 v. 16–17; Super Dion. De div. nom. Ed. Colon. t. 37, 1 p. 201 v. 4–5, p. 206 v. 28–29, p. 392 v. 60–62; Anal. post. l. 1 tr. 2 c. 9 (Ed. Paris. t. 2 p. 40b), tr. 3 c. 1 (p. 69a), l. 2 tr. 4 c. 2 (p. 211b). Albertus hanc diffinitionem ex commento Anaritii in Euclidem hausit; Alb., Super Euclidem l. 1 diff. 3 (ed. Tummers p. 6 v. 25–28): 'Plato autem diffinit (…) dicens quod linea recta est cuius medium duas ipsius extremitates cooperit'. Anaritius ipse dependet a Proclo, In primum Euclid. element. (ed. Friedlein p. 109 v. 20–22), et sic diffinitio Platonis, quae invenitur in Parmenide (137E) ad Albertum pervenit. – 7 Supra p. 63 v. 26. – 10–11 ex – divisibile: Cf. supra p. 63 v. 43–44. – 18 Supra p. 63 v. 42–44. – 20 Supra p. 53 v. 17sq. – 25 Supra p. 53 v. 17sq. – 28–29 Eodem – corpus: Cf. Kilw., Super Praed. (ed. Conti p. 56 v. 12–14). – 30 Plato, Tim. 53C sq., cuius argumentum Albertus ex Aristotele (De caelo et mundo l. 3 c. 1 et 7 et De gen. et corr. l. 1 c. 2) cognoscit. Cf. Alb., De V univ. Ed. Colon. t. 1, 1a p. 26 v. 42 – p. 27 v. 67; De caelo et mundo. Ed. Colon. t. 5, 1 p. 209 v. 3–45; De gen. et corr. Ed. Colon. t. 5, 2 p. 119 v. 6 – p. 122 v. 27. | Quidam: Democritus scilicet. Vide Averr., De caelo l. 3 comm. 17 (Venetiis 1562 f. 183K): 'Democritus fere declinavit ad dicendum simile'. Alb., De caelo et mundo. Ed. Colon. t. 5, 1 p. 209 v. 3–4. – 38–41 Adhuc – alterum: Cf. Kilw., Super Praed. (ed. Conti p. 56 v. 22–23). – 42–47 Adhuc – profunditas: Cf. Kilw., Super Praed. (ed. Conti p. 56 v. 24–31). – 44 longitudo sine latitudine: Cf. Euclid., Elementa l. 1 diff. 2; transl. Adelardi versio I (ed. Busard p. 31 v. 4). – 48–51 Adhuc – profunditate: Cf. Kilw., Super Praed. (ed. Conti p. 56 v. 34–35). – 52 Quidam: Cf. Kilw., Super Praed. (ed. Conti p. 57 v. 3). – 54 Cf. Kilw., Super Praed. (ed. Conti p. 57 v. 10–11). – 56 Cf. Kilw., Super Praed. (ed. Conti p. 57 v. 12–14).

Adhuc autem omne receptibile alicuius diminutum et privatum est a forma recipienda; materia autem receptibilis est quantitatis; ergo in se ipsa ab omni quantitate est privata. Haec et huiusmodi sunt quae quaeruntur a QUIBUSDAM.

Ad HAEC autem et huiusmodi solvendum, quod linea pro certo materialis est ad superficiem hoc modo, quo superficies, quae formalis essentia est, potest habere materiale principium, ex quo mathematice generetur. Fit enim superficies ex motu lineae ad latus lineae facto. Et attende quod superficies, secundum quod superficies est, non fit ex linea ducta in seipsam. Ex ductu enim lineae in seipsam fit haec superficies secundum speciem determinata, quae est quadratum, et ex tali ductu non fit superficies, secundum quod est superficies in genere sumpta. Nec iterum ex ductu lineae finitae in continuum ad latus lineae facto fit superficies, secundum quod superficies est in genere, sed ex talis lineae ductu vel motu fit superficies finita tantae mensurae in latum, quantae mensurae | est linea in longum. Relinquitur igitur quod superficies, secundum quod superficies, fiat ex motu lineae secundum latus in continuum.

Si autem obicitur quod terminus communis, in quo copulantur superficiei partes, est linea, et ille terminus est habens actum formae, quia copulare actus formae est, dicendum, sicut de puncto DIXIMUS, quod huiusmodi non habent materiam, ex qua fit. Sed ipse punctus et ipsa linea dupliciter considerantur, scilicet prout substantiae positae in continuo, et sic accipit linea a puncto et superficies a linea substantiam, quae est id quod est; possunt etiam haec considerari prout termini copulantes, et sic accipitur ab eis esse formale quantitatis illius quae est linea, vel illius quae est superficies, et sic habet actum formae, qui est copulare. Et non est inconveniens quod unum et idem utrumque horum perficiat in diversa consideratione.

Si autem obicitur quod materia non coincidit in unam rem cum forma, absurdum est, quia non est materia, ex qua fit res, sed tantum est hic substantia secundum id quod est et secundum quo est id quod est. Et haec in uno esse possunt secundum diversa, quae sunt in ipso, sicut expresse exemplum est in nunc temporis, quod, secundum quod adiacet ei quod fertur, est substantia temporis et, secundum quod fluit, causat esse temporis. Per omnem eundem modum dicimus quod superficies se habet ad corpus.

Ad hoc autem quod QUAERITUR, utrum simul in uno inveniantur istae dimensiones, dicendum quod sic. Et quod infertur quod aliquid est longum et non latum, dicendum quod nihil valet, quia affirmationes, quae in harum dimensionum diffinitionibus, et negationes non opponuntur, quia non sunt relatae ad idem et secundum idem. Et quando DICITUR quod 'linea est longitudo sine latitudine', non negatur | nisi latitudo lineae et non superficiei, et ideo dimensiones simul sunt in eodem.

Ad hoc autem quod QUAERITUR, quare ultra tres dimensiones non est quarta dimensio, dicendum quod hoc ideo est, quia non sunt nec possunt esse plures quam sex differentiae positionis, scilicet sursum et deorsum, et dextrorsum et sinistrorsum et ante et retro, inter quas non possunt esse nisi tres dimensiones. Et hoc iam probavit ARISTOTELES in II DE CAELO ET MUNDO. Mathematice autem loquendo ex propriis quantitatis dicendum est quod ad unum angulum rectum non possunt concurrere nisi tres lineae rectae in diversa protractae, quarum quaelibet directe protrahatur in continuum ad diversa positum, una scilicet secundum longitudinem et una secundum latitudinem et una secundum altitudinem sive profunditatem. Non enim potest intelligi quarta positio continui, in quod protrahatur diameter mensurans substantiam, et ideo dicit ARISTOTELES in CAELO ET MUNDO quod perfectio est in istis secundum tres caeli

CaO1P1BrShSiV1 pap 20 *Ca* f. 43rb 54 *Sh* f. 43ra

1 omne] esse *CaO1P1SiV1 pap* | alicuius *om. Br* | diminutum] diminuunt *P1* diminuit *V1 pap* 6 huiusmodi] pro certo *add. O1* | solvendum] solvendo dicendum est *Br p* dicendum est *add. pa* 7 pro certo *ante* solvendum *transp. O1* 9 ex] e *CaO1P1* 10 lineae^{2} facto *om. pap* | facto *om. O1* 12 ducta] directa *Si* | seipsam] ex linea enim ducta in seipsam sive *add. pap* 12–13 Ex^{2} – seipsam *om. (hom.) P1 corr. in marg. P1*^{1} 12 enim] autem *Br om. pap* 16 finitae] finito *Br* 17 lineae *om. Sh* | facto] factum *Si* non *add. CaO1P1 pap* 18 ductu] auctu *Sh* 20–21 igitur] ergo *V1 om. CaO1P1Si* 22 latus] latum *BrSi* 26 dicendum] est igitur quod *add. pa* quod *add. p* 26–27 huiusmodi – habent] superficies non habet *pap* 27 fit] sit *Ca* fuit *Br* | ipse punctus] ipsam punctum *p* 31 etiam] et *pap* | prout] sunt *add. Br* 35 quod] ut *Sh* 37 coincidit *editor cum Br pap* concidit *CaP1ShV1 dub. Si* coincidat *O1* 39 fit] sit *O1P1ShSi* | fit res] fuit *Br* | hic] haec *BrSiV1 pap* 40 et – est *om. (hom.) Br* | quo] quod *pap* 42 in^{2} *om. V1 pap* 43 adiacet] aiacet *Sh* | fertur] formatur *Br* 44 causat] tunc *CaO1P1 pa* tunc est fomale *Br* 45 Per omnem] et per *pap* | omnem *om. Br* 47 uno] eodem *Br* 49 quod^{1}] cum *pap* | infertur quod] infert per *P1* 50 nihil] non *Si* | quia] dicendum quod *O1P1* 50–51 affirmationes – diffinitionibus] diffinitiones illarum dimensionum *Br* ponuntur *add. pap* 54 nisi *om. Sh* 55 simul] suas *O1* 58 possunt esse *inv. Ca* | esse plures *inv. Sh* 59 scilicet] quae sunt *pap* 60 et^{1} *om. BrSiV1 pap* | dextrorsum *Sh* dextrum *cet. codd., edd.* | et^{2} *om. pap* | sinistrorsum *Sh* sinistrum *cet. codd., edd.* | et^{3} *om. BrSiV1 pap* 62 in] libro *add. Sh* 63 ex] de *pap* | ex – quantitatis *om. Br* 64 possunt] convenire sive *add. pap* 66 protrahatur] protrahitur *pap* 68 una^{2}] tertia *pap* 69 sive] et *pap* secundum *add. Sh* | enim *in marg. Sh*^{1} 70 quod] quam *Br* 71 in] de *add. pa*

1–5 Quidam: Cf. Kilw., Super Praed. (ed. Conti p. 57 v. 19–20). – 6 Supra p. 64 v. 28–41. – 26 Supra p. 63 v. 47. – 47–55 Vide supra p. 64 v. 42; solutio ut in Kilw., Super Praed. (ed. Conti p. 56 v. 24–33). – 47 Vide supra p. 64 v. 42. – 53 Vide supra p. 64 v. 43. – 56–61 Vide supra p. 64 v. 52; solutio ut in Kilw., Super Praed. (ed. Conti p. 56 v. 24–31). – 59–60 Cf. Alb., Phys. Ed. Colon. t. 4, 1 p. 186 v. 33–34: 'Loci autem species et differentiae sunt sex: sursum, deorsum, dextrorsum, sinistrorsum, ante et retro'. – 62 Arist., De caelo et mundo l. 2 c. 2 (284 b 6–285 b 14). Alb., De caelo et mundo. Ed. Colon. t. 5, 1 p. 109–118 (l. 2 tr. 2 c. 4–5). – 71–72 Arist., De caelo et mundo l. 1 c. 1 (268 a 11). Alb., De caelo et mundo. Ed. Colon. t. 5, 1 p. 5 v. 9–37.

motus: Ab austro scilicet in aquilonem, qui est motus profunditatis, quia ante est nobis in aquilone et austrum est retro, et iste est motus de tropico in tropicum per aequinoctialem. Et motus a dextro in sinistrum, qui est motus latitudinis caeli et planetarum; sed planetae dextrum suum habent in occidente et sinistrum in oriente primi caeli. Et motus a sursum in deorsum, qui est motus totius sphaerae secundum motum luminis et virtutis caelestis ad centrum. Propter quod perfectio est in tribus dimensionibus, et quia perfectum est, ut dicit ARISTOTELES, cui nihil addi potest, ideo quarta addi non potest dimensio.

Ad hoc autem quod QUAERITUR, quare latitudo non est sine longitudine sicut e converso, dicendum quod hoc est idem quaerere, quare secundum non est sine primo, sicut primum est sine secundo; quia latum et secundum generatur ex longo et primo, et id ex quo generatur, manet in generato et non e converso. Latum enim ad quodcumque latus moveatur, semper in superficie motum facit latum et numquam perficiet longitudinem sine latitudine, sed motum extra superficiem ad aliam positionem movebitur aut sursum extra superficiem aut in profundum subtus superficiem, et tunc, quia movetur ad aliam positionem, faciet aliam quantitatis speciem, sicut linea non ad positionem longitudinis mota, sed ad aliam positionem facit superficiem.

Ad hoc autem quod QUAERITUR, in quo differt substantia corpus et corpus quantitas, SAEPIUS iam DICTUM EST, quia materia, prout est subiectum generationis, est habens | potentia, non actu, tres dimensiones; corpus autem actu formae substantialis perfectum est actu habens tres dimensiones; corpus autem quantitas est ipsa trina dimensio.

Ad hoc autem quod QUAERITUR, utrum ex parte materiae vel formae vel compositi adveniat quantitas substantiae, dicendum sicut in ANTEHABITIS quod potentia suscipiendi ⟨est⟩ a materia, quae potentia divisibilis est; actus autem disponendi quamlibet partium in situ et dimensione propria, ne effluant partes a terminatione totius, est a forma terminante, partes materiae ad situm proprium ordinante. Ipsa autem dispositio partium in situ et ordine est totius et utriusque, tam formae quam materiae, secundum quod totum sunt. Et per hoc patet solutio omnium.

Cap. 9. De dubitabilibus circa hoc quod tempus dicitur quantitas

Contra hoc etiam quod tempus dicitur esse continua quantitas, opponunt QUIDAM dicentes quod cuius partes non sunt, ipsum non est. Partes autem temporis non sunt: praeteritum non est, quia praeteriit et abiit in non esse; futurum autem nondum est, sed expectatur adesse; praesens autem est indivisibile nunc, quod non potest esse pars continui, quia quaelibet pars continui divisibilis est sicut ipsum continuum. Ergo nulla pars temporis est, et sic ipsum tempus non est. Et sic ulterius non est continua quantitas.

Si forte ALIQUIS dicat quod praesens est pars temporis, in quo tempus habet esse aliquo modo, contra hoc esse videtur quod in aliis continuis id, in quo copulantur partes continui, est indivisibile, et non pars continui, sicut punctum in linea; praesens autem est, in quo copulantur partes temporis, praeteritum scilicet et futurum; ergo praesens est indivisibile temporis, et non pars ipsius.

Adhuc omne compositum ex aliquibus ut partibus est divisibile in ea, ex quibus ut partibus est compositum; tempus non est divisibile in nunc; igitur non est compositum ex nunc sicut ex partibus vel parte.

CaO1P1BrShSiV1 pap 30 *Ca* f. 43va

1–2 qui – aquilone *om. (hom.) BrV1* 2 austrum] Auster *p* 3 est[1]] nobis *add. Sh* | motus] metus *Sh* 4 aequinoctialem] aequinoctiale *V1* 5 et *om. O1* 7 a] ad *CaO1P1ShSi om. pap* | in] et *O1SiV1 pap* 8 motum] totum *p* 11–12 addi[2] – potest] non potest addi *Sh* 13 autem *om. CaO1P1* | quaeritur] quaerebatur *pap* 14 converso] contra *p* 17 et[1]] ut *Br* | et[2]] ut *Si* 18 converso] contra *p* | Latum] longum *Br* 18–19 Latum – quodcumque] longum enim secundum vel ad quantum *O1* 19 quodcumque] quod oportet *pap* | semper] sufficienter *Br* 21 superficiem] superficie *Ca* 22 movebitur] movet *Br* 22–23 superficiem] ad aliam positionem *add. V1* 25 speciem] et *add. in marg. P1* | sicut] sic *CaO1P1* et sic *pap* | non *om. P1* 26 facit] fecit *CaO1P1V1* faciet *Br pap* 27–33 Ad – dimensio *om. (hom.) SiV1* 27 differt] differat *pap* 28 saepius] superius *pap* 30 potentia] et *add. Sh pap* 30–32 corpus – dimensiones *om. (hom.) pap* 31 formae substantialis] forma substantiali *Br* 32 quantitas] quantitatis *pap* 37 est[1] *suppl. editor cum Br pap* 39 effluant] affluat *Ca in* effluat *corr. Ca[1]* effluat *O1P1Sh* affluant *Si* 40 materiae] totius materiae et *Si* 41 ordinante] ordinatae *Br pap* 42 totius et *lac. Br* | formae] scilicet *add. pap* 43 per hoc] sic *pap* 45–46 Cap. – quantitas *illeg. V1* 45 Cap. 9] disgressivum *add. Br* | dubitabilibus] dubitationibus quae sunt *p* 45–46 hoc – quantitas] tempus quod est continuum *Br* 46 tempus dicitur] dicitur, quod tempus est continua *p* | dicitur] esse *add. O1P1* continua *add. Si* 47 esse *om. BrShSi* | continua *om. pap* 48 quod *om. Br* | cuius] autem *CaO1P1* 50 praeteritum] namque *add. pap* | praeteriit – abiit] praeteritis et ab his *Ca* 51 adesse] aliquod esse *O1P1 om. pap* 52 indivisibile] ipsum *add. Si* 53 quia] si *CaO1P1Br pap* | continui[2] *om. Si* 55 non[2] *sup. lin. Sh[1]* 56 est *om. CaP1ShSiV1* 57 forte] autem *Sh* 60 pars continui] continuum *SiV1* 62 scilicet *om. pap* 63 temporis] tempus *O1 pap* | ipsius] temporis *Br* 64 omne] autem *p* 64–65 est – partibus *om. (hom.) V1* 65 divisibile] indivisibile *P1Sh* | ea] eo *CaO1P1ShSi* his *pap* 66 tempus] enim *add. Br* autem *add. pap*

10–11 Arist., Metaph. l. 5 c. 16 (1021 b 12–13). Cf. Alb., Anal. pr. l. 1 c. 2 c. 7 (Ed. Paris. t. 1 p. 497b); De caelo et mundo. Ed. Colon. t. 5, 1 p. 7 v. 19, p. 126 v. 45; Metaph. Ed. Colon. t. 16, 1 p. 227 v. 34–36. – 13 Vide supra p. 64 v. 48 et Kilw., Super Praed. (ed. Conti p. 57 v. 1–2). – 27 Vide supra p. 64 v. 54 et Kilw., Super Praed. (ed. Conti p. 57 v. 10–11). – 28–29 Vide supra p. 50 v. 13–17. – 34 Vide supra p. 64 v. 56. – 36 Vide supra v. 27–33. – 48 Cf. Kilw., Super Praed. (ed. Conti p. 57 v. 32–35) et Arist., Phys. l. 4 c. 10 (217 b 30 sq.). – 57 Cf. Kilw., Super Praed. (ed. Conti p. 58 v. 2–4). – 64–67 Adhuc – parte: Cf. Kilw., Super Praed. (ed. Conti p. 58 v. 5–6).

Adhuc quaelibet pars continui cum alia eiusdem continui parte continuatur; nunc autem, ut probat | ARISTOTELES in VI PHYSICORUM, non continuatur cum nunc; ergo nunc praesens non est pars continui.

Adhuc autem nunc non potest esse continuum ad nunc vel cum nunc. 'Continua enim sunt, quorum ultima sunt unum'; nunc autem, cum sit indivisibile, non habet ultimum; ergo cum alio non habebit ultimum idem. Et sic nunc non potest esse pars temporis.

Adhuc etiam concesso quod nunc est pars temporis et quod sit id quod de tempore est accipere, adhuc non sequitur quod tempus sit actu, quia, ut dicit ARISTOTELES, nunc in tempore non est actu sed potentia.

Si propter hoc dicatur quod tempus non est, et ideo non est species continuae quantitatis, in contrarium OBICITUR, quia constat quod motus est continuus et divisibilis, sicut constat ex VI PHYSICORUM; aut ergo est mensura aut mensuratum aliquo. Si est mensura, non potest esse mensura nisi aut eius quod movetur, aut magnitudinis super quam est motus. Et constat quod neutro modo potest esse mensura. Mensura enim et mensuratum sunt eiusdem generis; id autem quod movetur est permanens, similiter autem et magnitudo de permanentibus est; motus autem est de numero successivorum. Si vero dicatur motus mensuratum, tunc erit aliqua mensura mensurans ipsum; constat quod ⟨nec⟩ id quod movetur nec magnitudo super quam est motus, propter causas quae dictae sunt; cum ergo non sit invenire mensuram eiusdem generis cum motu nisi tempus, erit tempus mensura eius successiva sicut motus. Ex quo sequitur quod tempus ⟨est⟩, quia esse mensuram non est determinatio diminuens ab esse sed in esse constituens.

Dicimus igitur his consentientes, quod tempus est, sed est secundum esse successivi sicut et motus, cuius ipsum est mensura.

Ad hoc autem quod obicitur de partibus temporis, quae non sunt, dicendum quod totum, secundum quod in genere totum accipitur, non dependet ab esse partium actu. Hoc enim non habet nisi totum in partibus permanens, et hoc non habet totum successivum, quod non dependet a constitutione partium, nisi secundum quod sunt in ordine. | Et tales partes habet tempus. Successivum enim totum est, dum fit, et habet esse permixtum potentiae, et ideo non oportet quod partes simul actu habeat.

Ad hoc autem quod QUAERITUR, utrum nunc sit pars temporis, dicendum quod praesens accipitur ut divisibile tempus, de quo dicit PRISCIANUS quod praesens est, cuius pars praeteriit et pars in instanti est et pars in futuro, et hoc copulatur praeterito et futuro; est etiam praesens nunc indivisibile, et hoc non copulatur, sed copulat; et hoc quidem est aliquid temporis, sed non est aliqua pars temporis. Et secundum hoc facile est solvere obiecta.

Si autem QUIS obiciat dicens quod 'tempus est numerus motus', et ita discreta et non continua quantitas, satis responsum est per ANTEDICTA. Est enim tempus numerus continui primo numeratus et postea numerans; numeratus quidem a priori et posteriori in magnitudine et motu; numerans autem et certificans quantitatem motus. Taliter autem numeratus numerus non est discreta quantitas sed continua. Sic ergo tempus est continua quantitas et non discreta.

Multa autem de tempore, quae dicenda remanent, ad naturalem pertinent philosophum. Quaedam nuper in

CaO1P1BrShSiV1 pap 2 *Sh* f. 43rb 42 *Ca* f. 43vb

1 cum] est *Sh* | cum alia] est alia ab *p* 1–2 cum – parte] parte continuatur cum alia ergo continui partes *Si* | continui *om. O1* 2 parte] cui *add. p* 2–3 continuatur – cum] continui autem tunc et *pa* 5 esse] est *Sh* 6 cum] non *Br* 7 sunt] simul *add. V1* 8 ergo *Sh* et *CaO1P1Br* igitur *SiV1 pap* | ultimum[2]] unum *add. Br* 9 sic] iterum *add. Br* 10 etiam] autem *O1V1* 12 quia] quod *O1* 13 est] in *add. pap* 14 Si] Et sic *Br* sed *pa* | dicatur] dicetur *Br* 14–15 et – est *om. (hom.) O1P1* 15 contrarium] oppositum *pap* 16 et *om. p* 16–17 et divisibilis] indivisibilis *CaO1P1 pa* 18 aliquo] aliquod *pap* 19 quod movetur *om. O1* 20 super] supra *Sh* 21–22 mensuratum] semper *add. Br* 23 magnitudo] longitudo *Br* 24 autem est *inv. Ca* 25 vero] modo *pap* | mensuratum] mensura *V1* esse *add. Br* quoddam esse *add. pap* 26 ipsum] sed *add. pap* | constat] autem *add. BrSi* 26–27 constat – magnitudo *in marg. P1*[1] 26 nec *suppl. editor cum Br pap* 27 super] supra *Sh* 28 ergo *in marg. Sh*[1] 31 est[1] *suppl. editor cum Br pap* 32 ab *BrSh* ad *cet. codd., edd.* 33 his consentientes] non in esse permanenti constituentes *Br* 34 successivi] successivum *Br* 37 quae] quod *Br* 38 totum] rerum *Sh* 41 a] successione *add. V1* 42 habet] habent *pa* 44 potentiae] potentia *p* | simul *om. Br* 45 habeat] habeant *pap* 47 quod] uno modo *add. in marg. Br*[1] 48 est *om. CaSh* 49 pars[3] *om. Br* 50 et[1] – futuro *om. (hom.) P1 corr. in marg. P1*[1] | hoc copulatur] haec copulantur *pap* 53 solvere] solve ad *Sh* 54 autem quis *inv. Sh* 55 ita] est *add. sup. lin. Br* 56 tempus *om. O1* 61 sed] haec *pa* 62 et] sed *P1SiV1* | discreta] distincta *Br* 63 remanent] movent *Ca* monent *O1P1* manet *Br* videntur *pap* 64 Quaedam] tamen *add. sup. lin. Br*

1–4 Adhuc – continui: Cf. Kilw., Super Praed. (ed. Conti p. 58 v. 7–10). – 2–3 Arist., Phys. l. 6 c. 1 (231 b 7). Alb., Phys. Ed. Colon. t. 4, 1 p. 261 v. 1–3, t. 4, 2 p. 447 v. 40 – p. 448 v. 49. – 5–9 Adhuc – temporis: Cf. Kilw., Super Praed. (ed. Conti p. 58 v. 7–10). – 6–7 Arist., Phys. l. 6 c. 1 (231 a 22 sq.). – 10–13 Adhuc – potentia: Cf. Kilw., Super Praed. (ed. Conti p. 58 v. 11–12). – 12–13 Arist., Phys. l. 4 c. 13 (222 a 10–20). Alb., Phys. Ed. Colon. t. 4, 1 p. 238 v. 26–70. – 15–16 Cf. Kilw., Super Praed. (ed. Conti p. 58 v. 13–25, imprimis v. 16 sq.): 'quod igitur [tempus] habeat esse patet, cum sit motus aliquid divisibile vel mensura vel mensuram habens. Sed si esset mensura, aut esset mensura mobilis, aut magnitudinis; et hoc non potest esse, etc.' – 17 Arist., Phys. l. 6 c. 4 (234 b 10–22), l. 5 c. 4 (228 a 20–22). – 36–45 Ad – habeat: Cf. supra v. 10; solutio ex Kilw., Super Praed. (ed. Conti p. 58 v. 13–16): 'Dicimus ergo quod actus totius non dependet ab actu partium, etc.'. – 46 Supra v. 10. – 48 Prisc., Inst. gramm. l. 8 n. 51 (ed. Hertz II p. 414). Cf. Alb., Summa I. Ed. Colon. t. 34, 1 p. 240 v. 19–21. – 54–55 Cf. Kilw., Super Praed. (ed. Conti p. 58 v. 26–29): 'qualiter sit continua quantitas, cum sit numerus motus. Et dicendum quod non sequitur (…) nisi dicatur «numerus» qui numeratur; sic enim ostendit Aristoteles quod tempus est numerus'. Arist., Phys. l. 4. c. 11 (219 b 1–2, 220 a 24–25). – 56 Supra p. 58 v. 17–43

PRAEHABITIS dicta sunt. Haec igitur hic ad intentionem istam sufficiant.

Cap. 10. De dubitabilibus circa ea quae de loco dicta sunt et de eis quae sunt habentia positionem et non habentia

Dubitatur etiam de his quae dicta sunt de loco, et de his quae dicta sunt de quantitatibus positionem habentibus in suis partibus et de his quae non habent positionem in partibus. De loco quidem dubitatur, quia, cum locus sit superficies continentis corporis, videtur quod impossibile sit ad eundem terminum copulari particulas loci, ad quem particulae locati copulantur. Secundum enim esse non est unus communis terminus continentis et contenti. Et si dicatur, ut QUIDAM dicunt, quod superficies ultima corporis continentis est terminus, ad quem sicut ad terminatum intra copulantur partes loci, et eadem superficies est terminus extra, ad quem copulantur particulae locati, hoc videtur absurdum esse, quia ea quae copulantur in uno communi termino vel ad unum communem terminum, continuantur in illo et sunt continua ad invicem; locus autem et locatum hoc modo sumpta in communi termino non continuantur ad invicem; ergo superficies interior corporis continentis non est communis terminus, ad quem copulantur particulae loci et particulae locati, nisi aequivoce terminus communis accipiatur in loco et in aliis continuis.

Eodem autem modo dubitatur de his quae positionem dicuntur habere, et de his quae positionem dicuntur non habere. Numerus enim positionem videtur habere, cum habeat partium permanentiam et ordinem. Et ita videtur ergo falsum quod numerus positionem non habeat.

Adhuc autem non est positio nisi habentium locum; | locum autem non habet linea et superficies, quia locus est tantum corporum; videtur igitur quod linea et superficies in partibus non habent positionem.

Ulterius etiam quaeritur, cum in V PRIMAE PHILOSOPHIAE motus dicatur quantitas, videtur quod plures sunt species continuae quantitatis, quam SUPERIUS assignatum sit.

Adhuc autem tempus continuitatem habet a motu; motus autem a spatio in quo est, quod est distantia continua inter duos terminos motus; videtur quod tam motus quam tempus non sint quantitates continuae nisi per aliud et per accidens. Non ergo debent poni species continuae quantitatis, quia species recipit praedicationem generis per se et non secundum accidens; istae autem sunt per accidens quantitates.

Adhuc autem sicut motus et tempus sunt quantitates per aliud et per accidens, sic etiam albedo est quanta, quia quanta est superficies, tantam albedinem esse dices.

Adhuc autem videtur hoc modo substantia esse quantitas per accidens, quia per quantitatem est distensa in longum, latum et profundum.

Ad haec autem et similia dicendum quod absque dubio, sicut SUPERIUS ostensum est, duae sunt loci considerationes. Una quidem mathematica, secundum quam locus est quantitas longum habens et latum et profundum secundum corporis locati dimensiones. | Alia est physica de loco consideratio, secundum quod locus

5 a 38 – b 10 (Arist. Lat. 56, 18–27): Proprie autem quantitates hae solae sunt quas diximus, alia vero omnia secundum accidens; ad haec enim aspicientes et alias dicimus quantitates, ut multum dicitur album eo quod superficies multa sit, et actio longa eo quod tempus et longum et multum sit, et motus multus; neque enim horum singulum per se quantitas dicitur; ut, si quis assignet quanta sit actio, tempore definiet, annuam vel sic aliquo modo assignans, et album quantum sit assignans superficie definiet (quanta enim fuerit superficies, tantum esse album dicis); quare solae proprie et secundum se ipsae quantitates dicuntur quae dictae sunt, aliorum vero nihil per se, sed, si forte, per accidens.

CaO1P1BrShSiV1 pap 34 *Sh* f. 43va 60 *Ca* f. 44ra

1 praehabitis] habitis *P1* | hic *om. O1 pap* 2 istam] ista *Si* illa *V1* | sufficiant] dicta sunt *Br* 3 De dubitabilibus *om. O1* | dubitabilibus] dubitationibus *p* que sunt *add. Sh* 3–6 ea – habentia] dicta de loco et circa quantitates positionem habentes et non habentes positionem. Et est disgressio *Br* 4–5 et – sunt *om. (hom.) Sh corr. in marg. Sh*^{1} 4 eis] his *P1Sh*^{1}*p* 5 sunt habentia] habent *p* | habentia] circa *praem. Sh* 6 et – habentia] in partibus et quae non *p* | habentia] positionem *add. O1* 7 etiam] autem *Br* 9–10 et – partibus *om. (hom.) SiV1 pap* 10 in] suis *add. O1* | quidem] autem *Sh* 13 quem] quas *p* 14 terminus] finis *p* 15 dicunt *sup. lin. Sh*^{1} 17 terminatum intra] terminum intrinsecum *pap* 17–18 partes – copulantur *om. (hom.) V1* 21 continuantur] continuatur *CaP1Sh* 23–24 ad invicem *om. pap* 25 copulantur] copulentur *CaO1P1SiV1 pap* 25–26 particulae – particulae] loci particulae et *pap* 26 loci – particulae *om. (hom.) P1* 26–27 communis *om. pap* 27 aliis] omnibus *Br* 28 autem *om. Sh* 29–30 positionem dicuntur *inv. Sh* 32–33 Et – habeat *om. pap* 32 falsum] sumi *CaO1P1Br* 33 non *om. Br* 39 sunt] sint *ShSi* 40 quam] quae *pa* 40–41 assignatum sit] assignatae sint *O1P1SiV1* assignatae *pap* 44 videtur] igitur *add. pap* ideo *praem. Br* 45 sint] sunt *Br pap* 48 per se] secundum se genus *Br* 50 sicut] sic *SiV1* 51 sic *editor cum Br pap* sicut *CaO1P1ShSiV1* 53–55 Adhuc – profundum *om. p* 53 videtur – modo] hoc modo videtur *Sh* 53–54 quantitas] quantitatis *pa* 61 physica] physicae *P1* physici *Sh*

1 Scilicet in hoc capitulo. – 15 Cf. Kilw., Super Praed. (ed. Conti p. 59 v. 12–20). – 28–33 Eodem – habeat: Cf. Kilw., Super Praed. (ed. Conti p. 60 v. 3–4); cf. etiam supra p. 60 v. 24–27. – 34–37 Adhuc – positionem: Cf. Kilw., Super Praed. (ed. Conti p. 60 v. 16–17). – 38–41 Arist., Metaph. l. 5 c. 13 (1020 a 31–32). Cf. Kilw., Super Praed. (ed. Conti p. 62 v. 7–8): 'quaeritur quare in V° Metaphysicae ponitur motus esse in genere quantitatis, hic autem non'. – 40 Supra p. 54 v. 23sqq. – 45–49 non – quantitates: Cf. Kilw., Super Praed. (ed. Conti p. 61 v. 10–18). – 50–52 Adhuc – dices: Cf. Kilw., Super Praed. (ed. Conti p. 61 v. 19–21). – 53–55 Adhuc – profundum: Cf. Kilw., Super Praed. (ed. Conti p. 61 v. 19–21). – 57 Supra p. 59 v. 29 – p. 60 v. 13.

quaeritur propter motum, ut dicit ARISTOTELES, et si non esset motus, non quaereretur locus. Et de loco secundum utramque istarum considerationum intentionem dictum est in ANTEHABITIS.

Quod autem dicitur esse communis terminus, ad quem particulae loci et particulae locati copulantur, superficies interior locantis et exterior locati, hoc potest esse in consideratione loci physica, sed hoc non sufficit in consideratione logica et mathematica, quia procul dubio quaecumque in communi termino copulantur, unum efficiuntur continuitate; locus autem physicus cum locato physico non efficitur per continuationem unum. Et ideo oportet dicere, sicut SUPERIUS dictum est, quod scilicet communis terminus, usque ad quem omnes loci particulae continuantur, sit centrum loci – in quo etiam solo virtutes loci physici, ut ASTRONOMUS dicit, congregantur per lineas a circumferentia loci usque ad centrum loci productas –, ad quem etiam terminum continuantur particulae locati, propter quod ARISTOTELES probavit unam numero esse distantiam loci et locati, quod negabant ILLI qui ponebant vacuum. Dicuntur tamen lineae sive diametri illius distantiae aliter esse loci et aliter locati. Loci enim sunt ut continentis et virtutes continentiae per diametros illos influentis omnibus locati particulis. Dicuntur autem esse corporis locati sicut contenti et continentiae virtutem recipientis, ne defluant particulae a sitibus et virtutibus suis.

Ad hoc autem quod QUAERITUR de positionem habentibus et non habentibus positionem, dicendum pro certo quod habens positionem tria exigit et requirit, scilicet situm, ordinem et permanentiam. Et quia numeri partes non habent situm, eo quod unitas est indivisibile non habens positionem vel situm, ideo quamvis habeant permanentiam et ordinem, tamen non dicuntur habere positionem. Et quia partes orationis et temporis et motus non habent situm nec permanentiam, quamvis habeant ordinem, non dicuntur habere positionem.

Quod autem OBICITUR quod situs est habentium locum, hoc verum est. Sed habere locum dupliciter dicitur, secundum quod locus est quantitas. Dicitur enim habere locum id quod secundum se ipsum loco continetur secundum omnes loci differentias, et sic solum corpus locatum habet locum. Dicitur etiam habere locum, cui assignatur principium et medium et ultimum secundum aliquas loci dimensiones sive distantias, et sic linea et superficies habent situm et positionem in loco. Et hoc modo intelligitur, quando dicitur quod particulae lineae habent in loco positionem, et similiter particulae superficiei.

Ad id autem quod de motu QUAERITUR, dicendum quod motus est quantitas per accidens, habens continuitatem a spatio, quod est inter duos terminos motus, et quamvis sic habeat per accidens, tamen habet eam intra essentiam suam ita, quod sibi est essentialis, et ideo in veritate esse motus ut motus quantitas est. Quia tamen id quod fluit in motu, aliud est, quod est ubi vel quale vel quantum, et in mutatione est substantia, ideo motus, quantum ad id quod in motu est ut substantia fluens, non est quantitas, et ideo apud logicum, qui considerat, quid secundum suam substantiam ad quod genus reducatur, motus non est quantitas, et ideo inter species continuae quantitatis non ponitur.

De his quae quanta dicuntur per accidens, quia scilicet quantitate distenduntur propter distensionem | subiecti, hoc notandum est quod secundum suum esse et secundum id quod sunt, non est eis intrinseca et essentialis quantitas, sicut est tempori et motui, quamvis in hoc differant, quod tempori intranea est et secundum id

CaO1P1BrShSiV1 pap 64 *Sh* f. 43vb

2 quaereretur] queretur *Sh* 8 hoc *om. Br* 12 efficitur] efficiuntur *SiV1* 14 terminus] est *add. O1P1 pap* 15 sit] sic *P1* sicut *pap* 17–18 usque – loci *om. (hom.) p* 20 unam] uno *P1* 22 diametri] diameter *pap* 23 aliter] esse *add. O1* | continentis] continentes *CaO1P1BrSi pa* | virtutes] virtute *pa* 23–24 virtutes continentiae] virtutem continue *p* 24 illos] illas *Sh* | influentis] fluentis *O1* influentes *BrSh* influentibus *Si* 26 contenti] continenti *CaO1P1*[1] | contenti – virtutem *in marg. P1*[1] | continentiae] continue *pap* 29 positionem *om. pap* 31 ordinem] ordinationem *Sh* 33 habens] habent *pa* 34–36 et – permanentiam *iter. P1 corr. P1*[1] 34 ordinem] ordinationem *Sh* vel ordinem *in marg. Sh*[1] | dicuntur *Sh pap* dicitur *CaO1P1BrSiV1* 35–36 et[3] motus *om. O1* 37 ordinem] ordinationem *Sh* | non] tamen *add. Si* 41 id] non *CaO1P1 om. Br pap* | quod – se] non nisi secundum quod *Br* | se *om. P1Sh* 41–42 continetur] sed *add. O1* 43–44 locum] id quod secundum se ipsum loco continetur *add. V1* 44 et[1] *om. Si pap* 45 aliquas] omnes *Sh* vel aliquas *in marg. Sh*[1] 47 Et *om. Sh* 52 quod est *om. Br* | duos] duo *Sh* 53 sic] sit *Ca* situm *O1P1SiV1 pa* | eam] causa *Ca* causam *O1P1SiV1 pa* 55 Quia] et *Br* | Quia tamen] Quantum ad *Si pap* 56 quod[2]] quam *O1* 59 apud logicum *editor cum p* a logico *codd. et pa* 60 quid *om. pap* | substantiam] est *add. sup. lin. Br*[1] 61 non *sup. lin. Sh*[1] 63 his] vero *add. Br* autem *add. pap* 63–64 quia scilicet] vel quia *p* | scilicet] vel *pa* 64 distensionem] distantiam *Br* 65 hoc] hic *Br pap* 66 est *sup. lin. Sh*[1] | est eis] in eis inest *pa* in eis est *p* | eis *editor cum pap* ei *Sh om. CaO1P1BrSiV1* 67 est *om. pap* 68 differant] differat *CaO1P1* | intranea] intrinseca *BrSh pap*

1 Arist., Phys. l. 3 c. 1 (200 b 20–21). Alb., Phys. Ed. Colon. t. 4, 1 p. 206 v. 14–15, p. 289 v. 22–33. – 4 Supra p. 68 v. 10–27. – 13 Supra v. 4. – 16–17 Astronomus, idest princeps Alboali. Vide: Alb., Phys. Ed. Colon. t. 4, 1 p. 221 v. 63–66: 'cuius quidem loci virtus formans et continens locatum diffunditur in distantiam locati usque ad centrum locati (…). Et hoc est quod dixit eleganter princeps Alboali'. Cf. Alb., De caelo et mundo. Ed. Colon. t. 5, 1 p. 67 v. 1–50 cum notis. – 19–20 Arist., Phys. l. 4 c. 3 (211 a 29–34). Alb., Phys. Ed. Colon. t. 4, 1 p. 216 v. 20–68. – 21 De philosophis qui probant esse vacuum (idest Pythagora, Democrito et Leucippo) cf. Arist., Phys. l. 4 c. 6 (213 a 12–b 29). Alb., Phys. Ed. Colon. t. 4, 1 p. 231 v. 55 – p. 233 v. 88. – 28–37 Ad – positionem: Cf. Kilw., Super Praed. (ed. Conti p. 60 v. 6–15). – 28 Supra p. 68 v. 28–33. – 38 Cf. Kilw., Super Praed. (ed. Conti p. 60 v. 26–37). – 50 Supra p. 68 v. 38; solutio secundum Kilw., Super Praed. (ed. Conti p. 62 v. 9–14). – 63 Cf. supra p. 68 v. 42–52; solutio secundum Kilw., Super Praed.; ed. Conti p. 61 v. 26–28: 'quantitas immediate advenit substantiae materiae et intrinsecus, et fundantur super hanc aliae formae quae (…) extensionem sumunt a quantitate, et sic dicuntur ⟨quantitates per accidens⟩', p. 61 v. 19–20: 'quantitas per accidens recipit intentionem qualitatis secundum denominationem'.

quod est et secundum esse – nunc enim, quod est substantia temporis, non est absolutum a distensione fluxus –, motui autem est intrinseca distensio secundum esse motus et non secundum id quod est. Aliis autem non est sic, quia illa sunt formae advenientes materiae, non secundum quod simpliciter substantia est, sed secundum quod est materia et subiectum iam actu quantum, et ideo denominationem recipiunt a subiecti quantitate, quia talis forma est in maiori maior et in minori minor.

Quae autem adveniunt materiae, secundum quod materia est et non secundum quod est quanta, sicut humanitas, non | sunt in maiori maior et in minori minor. In substantialibus autem hoc in sola reperitur materia, quae in maiori maior est et in minori minor. Et hoc non est in forma substantiali. Et per hoc etiam patet quod quantitas advenit substantiae ex parte materiae et non ex parte formae. Quinimmo forma substantialis advenit materiae secundum ordinem naturae ante quantitatem, et ideo distribuit partes materiae secundum diametros a natura determinatos et mensuratos.

Hoc igitur est quod dixit Aristoteles de his quae sunt quantitates per accidens dicens quod *proprie quantitates sunt hae solae, quas diximus* superius. *Alia vero omnia*, quae quanta dicuntur, *secundum accidens* quanta et quantitates dicuntur. Huius autem signum est quod alia quanta non *dicimus* nisi *aspicientes* per intellectum *ad haec* quae proprie sunt et dicuntur quantitates, ab his quae proprie sunt quantitates illa quae sunt per accidens quanta denominantes, *ut multum dicitur* aliquid *album* et multa albedo, *eo quod superficies*, in qua albedo est, *multa sit, et actio* dicitur *longa, eo quod tempus* mensurans eam *et longum et multum sit. Et* hoc modo dicitur etiam *motus multus*, quamvis de motu aliter sit quam de aliis, ut patet ex SUPRADICTIS. Non *enim singulum horum per se quantitas dicitur*, quod secundum id quod est et secundum suum essentiale esse sit quantitas, sed quia quanta dicuntur his quodammodo dimensa, *ut si quis* interrogatus, *quanta sit actio, assignat* quantitatem eius quantitate temporis, dicens eam esse *annuam* vel diurnam *vel sic* sive tali *aliquo modo* actionis quantitatem *designans*. Et interrogatus, *quantum sit album, designabit* quantum sit album, *diffiniens* quantitate *superficiei. Quanta enim fuerit superficies, tantum* in dimensione *album esse dices*. Propterea *solae proprie et secundum se dicuntur quantitates ipsae, quae* in PRAEHABITIS *dictae sunt. Aliorum vero nihil per se* dicitur quantitas, *sed, si forte* aliorum aliquod dicitur quantitas, hoc erit *per accidens* sive accidentali denominatione.

Cap. 11. De proprio quantitatis quod est non habere contrarium

Postquam de speciebus quantitatis, quantum ad intentionem logici spectat, expeditum est, iuxta modum, quem in declaratione substantiae TENUIMUS, sequitur declarare hoc praedicabile, quod est quantitas, per proprietates ipsum consequentes. Quamvis autem consequatur ipsum, ex hoc quod est accidens, in subiecto esse, sicut substantiam consequebatur in subiecto non

5 b 11 –6 a 11 (Arist. Lat. 57, 1–58, 2): Amplius quantitati nihil est contrarium (in definitis enim manifestum est quoniam nihil est contrarium, ut bicubito vel tricubito vel superficiei vel alicui talium – nihil enim est contrarium), nisi multa paucis dicat quis esse contraria vel magnum parvo. Horum autem nihil est quantitas sed magis ad aliquid sunt; nihil enim per se ipsum magnum dicitur, sed ad aliquid refertur; nam mons quidem parvus dicitur, milium vero magnum eo quod hoc quidem sui generis maius sit, illud vero sui generis minus; ergo ad aliud est eorum relatio; nam, si per se ipsum parvum vel magnum diceretur, numquam mons quidem aliquando parvus, milium vero magnum diceretur. Rursus in vico quidem plures esse homines dicimus, in civitate vero paucos cum sint eorum multiplices, et in domo quidem multos, in theatro autem paucos cum sint plures. Amplius bicubitum vel tricubitum et unumquodque talium quantitatem significat, magnum vero vel parvum non significat quantitatem, sed magis ad aliquid, quoniam ad aliud spectat magnum et parvum; quare manifestum est quoniam haec ad aliquid sunt. Amplius, sive aliquis ponat haec esse quantitates sive non ponat, nihil eis erit contrarium; quod enim non est sumere per se ipsum sed ad solam alterius relationem refertur, quomodo huic aliquid contrarium? Amplius autem, si erunt magnum et parvum contraria, continget idem ipsum simul contraria recipere et ea ipsa sibimet esse contraria. Contingit enim simul idem parvum esse et magnum (est enim aliquid ad hoc

CaO1P1BrShSiV1 pap 13 *Ca* f. 44rb

5 illa] illae *O1Br* 13 sunt] est *Br* 14 reperitur] reparetur *Ca* 15 minor] est *add. O1* 16 hoc[1]] est *add. CaP1* cum *add. ShSi* | non] est ut *O1* 17 substantiae – parte *in marg. P1*[1] 17–19 et – materiae *om. (hom.) P1* 19 ordinem] ordinationem *Sh* 23 dicens *om. SiV1* 25 secundum] per *P1* | quantitates] superius *add. Br* 26 dicuntur – autem *lac. Ca* 27 haec quae] hoc quod *pa* | quae *om. O1P1* 28 sunt[1]] quanta dicuntur *Br* 28–29 ab – quantitates *om. (hom.) pa* 29 illa] alia *p* 31 qua] est *add. O1 pap* | multa sit] est multa *Br* | sit] sic *CaO1P1 pap* sic *add. Si* 33–34 de motu *om. SiV1* 35 quantitas] quantum *Br* | quod] quia *Si* 35–37 quod – quantitas *om. Br* 36 secundum suum *in marg. P1*[1] 37 sed] haec *pa* | quanta *om. O1* 38 quis] forte *add. O1* | interrogatus] fuerit *add. pap* | assignat] assignet *Br p* assignetur *pa* 40 diurnam] diuturnam *Sh* 40–41 vel[2] – designans *om. pap* 40 vel[2] sic *om. Br* | sic] sit *Ca* | sive] sine *CaP1* 42 designabit] designabis *P1V1* assignabit *Br* | quantitate] quantitatem *O1P1BrSiV1 pap* 43 Quanta] quantum *P1V1* 44 dices] dicet *pap* | Propterea] Propter *Ca* propter quod *Sh* | Propterea – proprie] per se solum *Br* 45 vero *om. Sh* 46 aliquod] aliquid *pa* 46–47 aliquod dicitur] aliquid dicatur *p* 47 sive] sine *Ca* 49–50 proprio – quod] prima proprietate quantitatis quae *Br* 52 iuxta] iuxtum *dub. Sh* 54 per] vel *O1* secundum *Sh* 55 consequentes] concomitantes *Br*

34 Supra p. 69 v. 50–62. – 45 Cf. Arist., Cat. c. 6 (4 b 20–5 a 37). – 53 Supra p. 30 v. 64. – 55 – p. 71 v. 7 Quamvis – est: Cf. Kilw., Super Praed. (ed. Conti p. 66 v. 9–14).

esse, tamen hoc pro proprietate non assignamus, quia non convenit quantitati, per hoc quod quantitas, in subiecto esse, sed convenit ei per hoc quod est accidens, et ideo non potest esse consequens quantitatem, secundum quod quantitas est; sed in subiecto non esse proprium est substantiae, quia sequitur ipsam substantiam secundum hoc quod substantia est.

Adhuc autem univoce praedicari de sibi subiectis substantiam sequitur per hoc quod substantia est. Et hoc etiam non assignatur quantitati nec aliis accidentium generibus propter duas rationes. Quarum una est communis, quia, ex quo univoce praedicari sequitur substantiam prout genus praedicabilium suae coordinationis, scitur, ut dicunt QUIDAM, quod sequitur et alia genera, in quantum praedicabilium suae coordinationis sunt principia. Et ex quo facile hoc scitur, non oportuit ad hoc studere, ut poneretur in aliis generibus hoc consequens proprium. Secunda ratio melior est, quod accidens proprie perfectam non habet rationem sed sola substantia, et ideo cum univoce praedicari sit praedicari nomine et ratione, non convenit proprie univoce praedicari proprie et perfecte nisi substantiae, quae proprie et perfecte habet rationem, et non convenit generibus accidentium, quae nec proprie nec perfecte habent rationem.

Convenit autem quantitati [quod], secundum id quod quantitas est, quod secundum essentiam quantitatis *nihil* habet *contrarium*, ita quod sint in genere quantitatis formae contrariae, quarum utraque sit quantitas, sicut in genere qualitatis sunt formae contrariae, quarum utraque est qualitas. Et huius vera causa est quod materia, per hoc quod est substantia simplex, non est susceptibilis contrarietatis, sed per hoc quod est quanta; et nisi sit quanta, non suscipit contraria, quia contraria sunt agentia et | patientia, quae non conveniunt nisi ei quod movetur; | non movetur autem nisi divisibile, ut probatur in VI PHYSICORUM; divisibile autem est quantum actu; non ergo suscipit contraria, nisi quod actu quantum est. Et ideo oportet quod quantitas sit in materia ante omnem proprie sumptam contrarietatem. Et quod est ante omne contrarium, illud non potest habere contrarium. Quantitas ergo, secundum quod quantitas, non potest habere contrarium.

Hoc autem non tantum ratione sed etiam inductione probatur. *In diffinitis*, hoc est in determinatis per speciem quantitatibus, hoc quod diximus, *manifestum est.* Determinatis enim *nihil est contrarium, ut bicubito et tricubito* vel lineae *vel superficiei* vel corpori. His enim et omnibus, quae sunt similia *alicui talium* in hoc quod determinatae sunt species quantitatum, *nihil est contrarium*, sicut patet cuilibet. Nec inveniri potest contrarium in quantitate, *nisi* forte *aliquis multa paucis* in genere discretae quantitatis *dicat esse contraria, vel magnum parvo* dicat esse contrarium in genere quantitatis continuae. Hoc tamen esse non potest, quia ea quae sunt contraria, formas habent maxime distantes. 'Multa' autem dicunt multitudinem et 'pauca' similiter dicunt multitudinem, quamvis non tantam. Unde, si quaeratur, in quo ut in genere sit paucum, dicetur quod in genere multitudinis; paucum est enim multitudo restricta ad non multos. Unde utrumque, tam multum quam paucum, dicunt unum, quamvis non eodem modo. Similiter autem est de magno et parvo, quorum utrumque dicit magnitudinem, sed magnum dicit magnitudinem perfectam, parvum autem dicit magnitudinem imperfectam. Contraria, quae vere contraria sunt, non dicunt circa formam unam in specie

quidem parvum, ad aliud vero hoc idem ipsum magnum); quare idem parvum et magnum et in eodem tempore esse contingit, quare simul contraria suscipit; sed nihil est quod videatur simul contraria posse suscipere; ut substantia susceptibilis quidem contrariorum esse videtur, sed non suscipit uno eodemque tempore, nam nullus simul et sanus et aeger est, nec albus et niger simul; nihilque aliud simul contraria suscipiet. Et eadem sibi ipsis contingit esse contraria; nam si est magnum parvo contrarium, ipsum autem idem simul est parvum et magnum, ipsum sibi erit contrarium; sed impossibile est ipsum sibi esse contrarium. Non est igitur magnum parvo contrarium neque multum exiguo; quare vel si non relativorum haec quilibet dicat, tamen quantitas nihil contrarium habebit.

CaO1P1BrShSiV1 pap 35 *Ca* f. 44va 36 *Sh* f. 44ra

1 hoc] haec(?) *O1* hac(?) *P1* hanc *BrSiV1 pap* | pro *Sh om. cet. codd., edd.* | proprietate *in* proprietatem *corr. P1*[1] proprietatem *BrSiV1 pap* 2–3 in subiecto *om. p* 3 esse] est *pap* 4 secundum] in hoc *Br* 6 sequitur] consequitur *Br pap* 7 hoc *om. Br pap* 8 praedicari *om. O1* 9–10 Et – etiam] sed hoc *pap* 11 rationes] causas *Br* 13 prout] est *add. Br pap* 14 scitur] sunt *CaO1P1 om. Br pap* | quod – et] et quod sequitur *pap* 19 perfectam] perfectum *pa* 20 et *om. pap* 21–23 proprie – convenit *om. (hom.) pap* 22 proprie[1] *om. O1Br* | proprie[1] – perfecte *om. SiV1* 23 generibus] hoc *praem. pap* 24–25 rationem *om. CaO1P1Si* 26 quod *del. editor cum V1 pap* 27 quod[2] *om. Si* 27–28 quantitatis] suam quantitas *SiV1* generis *praem. Br* 31 vera *om. pap* | est[2]] et *p* 34 et – quanta *om. (hom.) P1 corr. in marg. P1*[1] 36 non movetur *om. (hom.) P1* | nisi divisibile] indivisibile *O1* 38 contraria *om. pap* 39 sit] actu *add. Br* 41 omne *om. Br* 42–43 Quantitas – contrarium *om. (hom.) P1 corr. in marg. P1*[1] 42 ergo *om. CaO1P1Sh* 44 autem] etiam *Br* | etiam *sup. lin. Sh*[1] *om. pap* 45 diffinitis] enim *add. Br pap* 46 quantitatibus] quantitatis *pap* | hoc] licet *dub. Sh* 47 enim] quantitati *add. O1* 48 et omnibus] rationibus *pa* | omnibus] aliis *add. Br* 51 cuilibet] quibus *pap* | in *om. P1* 52–53 genere – quantitatis] discreta quantitate *Br* 53–54 contrarium] contraria *CaO1P1BrSiV1* 55 habent] contrarias sive *add. O1* 57 et – multitudinem *om. (hom.) P1 corr. in marg. P1*[1] | similiter] etiam *O1* 58 tantam] tantum *CaO1P1V1 pa* 59 dicetur] diceretur *pap* 60 multitudo] reducta *add. pa* reducta vel *add. p* | restricta] reducta *Br* | Unde] quoniam *pap* 61–62 quamvis *om. Br* 62 est *om. Br pap* 64–65 autem dicit] vero *O1* 65 Contraria] vero *add. Br* autem *add. pap*

69 non – nam *CsCh b om. ed.* 72 quantitas *CsCh a* quantitatis *ed.*

14 Cf. Kilw., Super Praed. (ed. Conti p. 66 v. 15–19). – 37 Arist., Phys. l. 6 c. 4 (234 b 10–22).

perfectum et imperfectum, sed utrumque contrariorum ab altero est absolutum et aeque perfectum in actu contrarietatis. Et haec est vera causa, quare multum et paucum et magnum et parvum contraria esse non possunt.

Cum hoc autem dicimus quod *horum* quattuor, quae dicta sunt, secundum formam significatam in nomine *nihil est quantitas*. Haec enim nomina non designant formas quantitatis, *sed* potius formas circa quanta, quibus ipsa *sunt ad aliquid* secundum veritatem, quamvis in modo significandi non dicant modum dependentiae secundum modum, quo illa quae dicuntur ad aliquid, dependentiam habent ad alia, sicut ipso nomine dependentiam dicunt 'dominus', 'servus', 'pater', 'filius'. 'Multum' enim significat id quod ad alterum est, quamvis in nomine modum non importet, quo ad alterum est. Et similiter est in 'pauco' et eodem modo est in 'magno' et 'parvo'.

Quod autem ad aliquid sint ea quae dicuntur magna et parva, probatur inductione. *Nihil enim* invenitur in omnibus magnis et parvis, quod *per seipsum* absolute semper *dicatur magnum* et ad omnia magnum; quod enim simpliciter est aliquid, ad omnia est illud, sicut simpliciter calidum ad omnia simpliciter est calidum et simpliciter album ad omnia est album et sic de aliis omnibus. Sed magnum non ad omnia magnum est, sed alicui comparatum dicitur non magnum. Sequitur igitur quod magnum non est simpliciter et secundum formam absolutam magnum dictum. Huius autem probatio est per inductionem, in eo quod mons, qui simpliciter magnus videtur, si aliquid esset magnum simpliciter et sine comparatione dictum, et *mons dicitur parvus* maiori comparatus; et granum milii, quod simpliciter parvum videtur, dicitur magnum grano papaveris comparatum vel rutae. *Dicitur* autem *milium magnum* non ideo, quod simpliciter magnum sit, sed ideo, quod comparatum rebus sive granis *sui generis* dicatur magnum; *et mons dicitur parvus*, non quia simpliciter parvus sit et absolute, sed quia comparatus rebus sui generis, hoc est aliis montibus sicut Caucaso aut Alpibus, parvus sit respectu illorum. Patet quod magnum et parvum talia sunt, quorum est *ad aliud relatio* secundum veritatem, quamvis modum dependentiae ad aliud non importent in nomine. *Nam, si per se* et absolute *magnum et parvum dicerentur, numquam quidem diceretur mons parvus* ad aliud aliquid comparatus nec *milium* ad aliud granum comparatum diceretur *magnum*, sicut album nulli comparatum dicitur nigrum et calidum nulli comparatum dicitur frigidum.

Et similiter est de multo et pauco, quia idem secundum numeri quantitatem eandem *homines in vico dicuntur multi et in civitate* | illi idem numero dicuntur *pauci*. Si enim in vico sint verbi gratia viginti, multi dicuntur, et si sint in civitate, dicuntur pauci, quia civitas requirit multum plures habitatores quam vicus, sicut in POLITICIS dicit ARISTOTELES. Et ideo qui multi sunt in vico, pauci sunt in civitate, quamvis forte illi qui sunt in civitate, *sint multiplices* ad illos qui sunt in vico; tripli enim vel quadrupli ad eos qui sunt in vico, adhuc pauci sunt in civitate. Eodem autem modo est de his qui sunt *in domo et in theatro*, qui est locus ad speculandum ludos et facta tironum, et illa multitudo hominum, quae multa est in domo | ultra numerum, qui requiritur in patrefamilias et uxore et filiis et clientibus ad domus dispensationem, et haec eadem multitudo pauca dicitur esse in theatro, quia ad speculandum in theatrum multo plures de diversis domibus et vicis habent convenire, et propter hoc, si de tribus domibus tantum ad theatrum conveniant, pauci dicuntur, cum tamen sint multiplices ad eos qui in una domo sunt ad dispensationem domus pertinentes. Patet igitur quod multum et paucum et magnum et parvum sunt ad aliud comparata et non dicunt formas specierum quantitatis absolutas, sicut continuum et discretum et linea et superficies et tempus et locus vel sicut bicubitum vel tricubitum vel unus, duo, tres vel aliquid huiusmodi.

Amplius bicubitum et tricubitum et unumquodque eorum, quae numerantur, *significant quantitates* sub formis, quae essentialiter sunt quantitates. Multum vero et paucum et *magnum et parvum* secundum nomina sua *non significant*

CaO1P1BrShSiV1 pap 50 *Ca* f. 44vb 61 *Sh* f. 44rb

2 est *sup. lin. Sh*[1] *om. V1* | absolutum] solutum *Sh* | perfectum] perfectivum *pa* | in *om. pap* 4 et[1] – parvum *om. Si* 5 dicimus] dicemus *Sh* | quattuor] nominum *pap* 6 significatam] signatam *P1V1* 8 quibus] quia *O1* 11 secundum – quo] sed modum non habent sicut *O1* 14–16 in – similiter *om. Si* 18 ad *om. Ca* | sint] sicut *CaO1P1* 21 quod] quodcumque *V1* 23 simpliciter *om. pap* 23–24 simpliciter] similiter *BrSi* 26 comparatum] comperatum *et sic saepe pa* | quod *sup. lin. Sh*[1] 30 si – esset] non sit aliquid *pap* 31 et] sed *pap* 33 grano *iter. Ca* | papaveris] est *add. Br* 35 sed *om. O1* 36 sive granis *om. pap* | sui] suis *O1* | sui generis *om. P1* 37 quia[1]] quod *BrSh* | quia[2]] quod *Sh* 38 comparatus] comparatur *CaO1P1* comparatum *SiV1* 38–39 sicut] ut *pap om. V1* 39 aut] et *O1* vel *Br* | Alpibus] apibus *Ca* Olympo *p* 39–40 Patet] igitur *add. pap* 41 aliud] aliquid *Sh* 43 et[1] absolute *in marg. Sh*[1] | dicerentur] diceretur *Sh om. O1* 44 quidem] quidam *p* | aliud aliquid *inv. O1 pap* aliquid *Br* 46 nulli] nullum *pa* 47 nulli] nullum *pa* 49 eandem] tandem *CaO1P1* centum *Br* decem *pa* 49–50 eandem – pauci] id est homines multi dicuntur et pauci *p* 50 multi – dicuntur *om. (hom.) pa* | et – civitate *om. O1* | illi idem] eidem *Br* 51 sint] sunt *p* | multi] homines multi homines *pap* 53 multum] multo *O1BrSiV1 pap* 55 sunt[1]] dicuntur *Si* 56 sint] quod *add. Sh* | ad – vico *om. Br* 56–57 tripli – vico *om. (hom.) O1* 57 adhuc] ad hoc *pa* 58 in[1] civitate *om. Si* | est *om. BrSi pap* 62 ad domus *ex* addamus(?) *corr. O1*[1] addamus *CaP1* 62–63 dispensationem] compensationem *Si* 64 theatrum] theatro *O1Br* 66 domibus *in marg. Sh*[1] 67 sint multiplices] multiplices dicuntur vel sint *Br* | multiplices] multo plures *p* 68 eos] eas *CaO1P1* 72 vel] et *Sh* 73 vel[1] tricubitum *om. O1* 73–75 vel[2] – tricubitum *om. (hom.) Ca corr. in marg. Ca*[1] 76 numerantur *Sh* numeravimus *CaO1P1V1 pap* numeramus *Si* numeramus non *Br* | quantitates] continuas *add. Br* 78 et[1] magnum *iter. Sh* | secundum – sua *om. Br*

53–54 Arist., Polit. l. 1 c. 2 (1252 b 27 sq.).

quantitates principaliter, *sed significant ad aliquid* circa quantitatem dictum. Multum ergo et paucum et magnum et parvum non significant quantitates contrarias.

Amplius hoc etiam ostenditur deducendo ad impossibile. Detur enim ab aliquo quod ea quae dicta sunt, sint *quantitates*, tunc sequitur quod non sunt *contraria*. Id *enim quod non* contingit *sumere per seipsum* et absolute, *sed* oportet semper sumere *ad alterius relationem, quomodo* potest intelligi quod sic dependenti *aliquid* sit *contrarium*, cum ea quae vere sunt contraria, maxime distent eorum quae sunt sub eodem genere, et unum eorum non dependeat ad reliquum et sit aliud genus oppositionis contrarietas quam est oppositio relativorum? Propter quod etiam, si concedatur quod quantitates sint ista quae dicta sunt, adhuc non sequitur quod quantitas habeat contrarium, quia ista non sunt contraria sed opposita secundum relationem. Et hoc habetur virtute huius argumentationis, et non hoc, quod QUIDAM dicunt, quod ea quae sunt ad aliquid, non habeant contrarium, vel quod ea quae sunt ad aliquid, non suscipiant contrarium; tamen etiam hoc est verum quod quaecumque sunt ad aliquid secundum modum et veritatem, simul non suscipiunt contrarium, sed ea quae sunt ad aliquid secundum modum et sunt in alio genere secundum veritatem, possunt habere contrarium.

Amplius adhuc per deductionem ad impossibile idem probatur, quia, *si* detur quod *magnum et parvum* sunt *contraria, continget* sive sequitur quod *idem ipsum simul* actu *recipit contraria*, et sequitur quod eadem *ipsa sibimet* erunt *contraria. Contingit enim idem simul esse magnum et parvum*, quia *est aliquid ad hoc quidem* comparatum *parvum, ad aliud* autem comparatum est *magnum*; et si est contrarium, ut PRIUS dictum est, ad quodcumque comparetur, semper est contrarium, quia comparatio non dat ei formam contrarietatis, nisi habeat eam simpliciter. Sequitur ergo quod simpliciter idem erit magnum et parvum, si magnum et parvum sunt contraria.

Videtur autem forte ALICUI quod haec non valeat argumentatio, sed peccet secundum locum sophisticum, qui vocatur ignorantia elenchi, sicut: 'hoc est leve ad hoc, et non est leve ad illud, ergo est leve et non leve vel leve et grave'. Sed hoc iam exclusum est per hoc quod DIXIMUS quod contrarium ad hoc sequitur simpliciter esse contrarium, sicut calidum ad hoc simpliciter esse calidum. Quod autem sequantur praedicta inconvenientia, probatur ex hoc quod contingit aliquid ad hoc quidem comparatum esse magnum et ad aliud comparatum esse parvum, et si haec sunt contraria, sequitur quod illud simpliciter est *magnum et parvum* simul, et sic simul eidem insunt contraria; ergo idem *in eodem tempore simul suscipit contraria. Sed* contra hoc est quod *nihil est quod videatur* in eodem tempore *simul contraria suscipere posse*, cum contraria sint quae se mutuo expellunt ab eodem susceptibili; | quamvis enim *substantia susceptibilis* sit *contrariorum* secundum sui mutationem, *non* tamen *in uno eodemque tempore* et secundum idem *suscipit* contraria sed in diversis temporibus. Mutatur enim de uno in aliud per vices temporum, *nullus enim simul sanus et aeger est, nec albus et niger*. Et sic patet inducendo in omnibus aliis, quod *nihil simul* in eodem tempore *contraria suscipit.*

Contingit etiam, ut DIXIMUS, *eadem sibiipsis esse contraria. Nam si magnum parvo est contrarium*, sed iam PROBATUM EST quod *ipsum simul magnum et parvum est*, sequitur quod *ipsum sibiipsi contrarium est.* Et hoc sequitur ex hoc, quia quod comparatum alicui formam recipit contrarii, illud simpliciter habet formam illam, et si alii comparatum habet formam alterius contrarii, sequitur quod simpliciter habet etiam illam, quia contrariae formae, quibus insunt, simpliciter insunt, eo quod non sunt formae comparationis, ut dicit AVICENNA, sed sunt quantitates

CaO1P1BrShSiV1 pap 54 *Ca* f. 45ra

2–3 et[2] – parvum *om. Br* 11 eodem] earum *pa* 14–15 sint – quantitas *om. (hom.) V1* 17 hoc *om. pap* | huius argumentationis *inv. Sh* 18 et – hoc] non *p* | non] nihil valet *Br* | hoc *om. pa* | quod[1]] ut *O1* | quidam dicunt *inv. Sh* 20 aliquid] aliud *Br* | suscipiant] suscipiunt *O1Sh* 22 suscipiunt] sunt suscipientes *Br* 27 quod *sup. lin. Sh[1]* | sunt] sint *BrSiV1 pap* 28 sequitur] sequetur *Sh pap* | ipsum *om. pap* 29 sequitur] sequetur *Sh* | eadem] ea *Sh* | erunt] sunt *pap* 32 autem] vero *pap* | si est] sicut *CaO1P1Br* sic *Sh pa* 33 prius *om. pa* | ad – comparetur *om. pap* | quodcumque] quaecumque *Si* 35 simpliciter *om. CaO1P1BrV1 pap* 36 idem *om. V1* 37 et – contraria *in marg. Sh[1]* | sunt] sint *O1 pap* 38 autem] tamen *Br om. O1* 39 peccet *in marg. Sh[1]* peccat *Br* procedit *pap* | locum] modum *pap* 40–41 ad – leve *om. (hom.) P1 corr. in marg. P1[1]* 41 non[2]] est *add. Br* | vel] igitur *Br* 44 hoc] sequitur *add. pap* 46 contingit] quod *add. CaO1P1Sh* 47 aliud] quidem *add. SiV1* 49 illud *in marg. Sh[1]* idem *pap* | simul *om. Br* 50 ergo] igitur *O1Si sup. lin. Br om. p* 50–51 ergo – contraria *om. (hom.) p* 50 ergo idem] sequitur igitur quod idem et *Br* 51 suscipit contraria] contraria suscipere possit *Br* 52 videatur] videtur *pap* 54 sit *om. CaO1P1Sh* 55–56 uno eodemque] eodem *Br* 57 enim *in marg. Sh* 58 temporum] temporis *pa* 58–59 nec – niger *in marg. P1[1]* 59 Et[2] sic] ut *Br* | omnibus] singulis *Br* | aliis] sic *add. sup. lin. Br* 60 simul – suscipit] suscipit contraria in eodem tempore *Br* 61 Contingit – diximus] contingeret enim sicut diximus etiam *Br* | eadem] eodem *Ca* 62 sed] hoc *pap* et cum *Br* 63 quod[1]] idem *add. Br* 64 est *om. CaO1P1BrV1* 65 quod] si *p om. O1P1SiV1 pa* | recipit contrarii] habet vel recipit *O1* 66 si] ut *pap* 69 insunt[2]] in *add. sup. lin. Sh* 70 quantitates *Sh* qualitates *cet. codd., edd.*

18 Haec dubitatio et eius solutio inveniuntur apud Kilw., Super Praed. (ed. Conti p. 67 v. 17–28, praesertim v. 20–22): 'relatio quam determinat magnum est relatio secundum veritatem non secundum modum, sicut accidit econverso quaedam dici ad aliquid secundum modum et non secundum veritatem'. – 33 Supra p. 71 v. 65sqq. – 38 Haec obiectio invenitur apud Kilw., Super Praed. (ed. Conti p. 67 v. 30–33): 'Hic enim videtur incidere locus sophisticus secundum ignorantiam elenchi (…) sicut hic: Est leve ad hoc, ergo est leve, non est leve ad hoc, ergo non est leve'. – 43 Supra p. 72 v. 23. – 61 Supra v. 29. – 70 Avic., Lib. I Nat. tr. 2 c. 3 (ed. Janssens p. 195 v. 56 – p. 196 v. 68); Philos. prima tr. 3 c. 4 (ed. Van Riet p. 131 v. 56 – p. 132 v. 58). Cf. infra notam ad p. 81 v. 5.

absolutae. *Est autem impossibile* idem *ipsum sibiipsi esse contrarium. Non igitur est magnum parvo contrarium* et per eandem | rationem *multum non* est *exiguo* sive pauco contrarium. Propter quod, quamvis etiam aliquis vel *quilibet dicat* haec non esse opposita ut *relativa*, sed ut contraria dicat haec esse opposita, adhuc stabit hoc quod dictum est, quod *quantitati nihil* est *contrarium*. Sequitur enim inconveniens et ostenditur quod non sunt contraria ea quae in genere quantitatis dixit esse contraria.

Cap. 12. De dubitabilibus quae sunt circa praedicta

Contra haec tamen quidam obiciunt dicentes quod motus est in genere quantitatis, qui dicitur esse augmentum vel diminutio. Motus autem est de contrario ad contrarium, ut in V PHYSICORUM probat ARISTOTELES. Videtur quod quantitas quantitati sit contraria.

Adhuc autem, quia quantitas corrumpitur; non corrumpitur autem per se nisi contrarium a contrario; habet igitur quantitas contrarium.

Sed ad HOC dicendum quod quantitas quantitati non est contraria per se, sed circa quantum ratio perfecti et ratio imperfecti sunt contraria. Unde etiam ex libro DE ANIMA habetur quod termini, inter quos sunt motus augmenti et decrementi, sunt magis rationes quam quantitates, ubi dicit ARISTOTELES quod omnium natura constantium terminus est et ratio magnitudinis et augmenti. Nec motus exigit quod sit inter terminos contrarios secundum esse, sed sufficit quod sint contrarii secundum rationem. Unde parvum magno non contrariatur, nisi in quantum unum est in ratione perfecti, aliud autem in ratione imperfecti.

Ad ALIUD dicendum quod quantitas non corrumpit quantitatem nisi per contrarias qualitates activas et passivas, quae sunt in quanto, et non per hoc quod utrumque est quantum.

Maxime autem videtur aliquibus antiquis quod *circa locum*, quem quantitatem esse DIXIMUS, sit talis *contrarietas*, quae sit *quantitatis*, ita quod locus loco sit contrarius. *Sursum enim*, prout locus est et loci differentia, *ponunt* antiqui philosophi *contrarium ad locum, qui in medio est*, quem *deorsum* dicunt. Ratio autem, quare haec duo loca dicunt esse contraria, dicunt esse, *eo quod multa* et maxima *distantia sit ad mundi terminos*, quia circa circumferentiam est ubique sursum et circa centrum est simpliciter et ubique deorsum. Et ideo *videntur* antiqui philosophi *etiam aliorum contrariorum diffinitionem* – per hoc quod contraria maxime distantia esse dicunt, transsumendo distantiam ad diffinitiones aliorum contrariorum – *proferre ab his* quae loco distant, ad illa quae non loco sed essentiali distant repugnantia. Unde illa *quae ad se invicem multum* vel maxime *distant* essentiali repugnantia, et *sunt* de numero *eorum quae sunt sub eodem genere*, philosophi antiqui *determinant* esse *contraria*. Et hanc quidem instantiam contra dicta sua ponit Aristoteles, sed non eam determinat. Et oportet nos investigare, utrum instantia vera sit an non, et quae sit causa, quod eam tangit Aristoteles et non solvit neque determinat.

6 a 12–18 (Arist. Lat. 58,3–8): Maxime autem circa locum videtur esse contrarietas quantitatis; sursum enim ad id quod deorsum est contrarium ponunt, locum qui in medio est deorsum dicentes eo quod multa medii distantia ad terminos mundi sit. Videntur autem et aliorum contrariorum definitionem ab his proferre; quae enim multum a se invicem distant eorum quae sub eodem genere sunt contraria determinant.

CaO1P1BrShSiV1 pap 2–3 *Sh* f. 44va

1 ipsum *om. BrSh pap* 2 igitur] enim *pap* 3–4 est – contrarium] contrarium vel pauco *Br* | sive – contrarium *ex* contrarium sive pauco *corr. Sh*^{1} 3 sive pauco] erit pauco sive exiguo *pap* | pauco] est *add. Ca* 4 quamvis etiam *inv. Br* | etiam *om. O1P1SiV1* | etiam – vel *om. pap* 5 ut^1] et *CaO1P1 dub. Br*^{1} *om. V1 pap* 5–6 ut^1 – opposita *om. (hom.) V1 pap* 5 contraria *in marg. Sh*^{1} 6 dictum *om. V1* 8 et ostenditur] ut ostensum est *Br* 9 dixit] diximus *Br* 10 dubitabilibus] dubitationibus *p* 11 circa] contra *Sh* 12 praedicta] ea quae dicta sunt *Si* 13 haec] hoc *SiV1* 13–14 quod – est] motum esse *pap* 14 motus] motum *CaO1P1* | qui] quod *O1* 15 Motus] motum *CaO1P1* | ad] in *O1 pap* 17 Videtur] igitur *add. pap praem. Br* | quantitati] quantitatis *CaP1* 18–20 Adhuc – contrarium *om. (hom.) O1* 18 corrumpitur] arguitur quod quantitati sit contrarium *add. pap* 19 nisi] per *add. P1* 21 hoc] contrarium *add. et exp. Ca* 22 quantum] quantitatem *Br* 23 ex] in *Br* secundo *add. O1* 24 sunt] est *pap* 25 rationes] relationes *pap* 26 ubi] ut *Sh* 27 et^2 augmenti *in marg. Sh*^{1} 29 esse] rem *Sh* 30 parvum magno] magnum parvo *pap* 31 unum] parvum *pap* | perfecti] imperfecti *pap* | aliud] magnum *p* 31–32 aliud – imperfecti *in marg. P1*^{1} 32 imperfecti] perfecti *pap* 33 aliud] autem *add. pap* | dicendum] est *add. CaP1SiV1* 34 qualitates] quantitates *V1* 37 antiquis *om. pap* 39 contrarius] contrarium *CaO1P1* 40 loci] locati *Br* 40–41 antiqui] aliqui *Sh* 41 contrarium] esse *add. pap om. O1* 42 dicunt^2] dicuntur *pap* 43 dicunt esse] est *pa* est ex *p om. O1P1SiV1* 43–44 distantia sit *inv. Sh* 45–46 et^1 – deorsum *om. pa* 45 est^2 *om. Br p* | simpliciter et] similiter *O1 p* 48 distantia – dicunt] distant *p* | esse dicunt *om. pa* 49 diffinitiones] diffinitionem *Br pap* 50–51 ad – repugnantia *in marg. P1*^{1} 50 quae^2 *sup. lin. Sh*^{1} | sed] hoc *add. pa* 51–52 Unde – repugnantia *om. (hom.) CaO1Br pap* | Unde – essentiali *om. P1* 51 ad] a *Si* 52 et] quae *add. Br* 53–54 philosophi – contraria *om. pap* 54 instantiam] distantiam *CaO1P1* 55 non eam *inv. Si* | determinat] determinant *CaO1P1Sh corr. P1* 56 Et] sed *SiV1 pap* | investigare] intelligere *Br* | utrum] substantia *add. Si* | vera] verum *add. Si* | an] vel *O1* aut *pap*

13–17 Contra – contraria: Cf. Kilw., Super Praed. (ed. Conti p. 66 v. 20–22). – 13 De hoc capitulo et eius dependentia ab Roberto Kilwardby cf. C. Steel, Albert's use of Kilwardby's Notulae, 492–502. – 16 Arist., Phys. l. 5 c. 2 (226 b 2–3). – 18–20 Adhuc – contrarium: Cf. Kilw., Super Praed. (ed. Conti p. 67 v. 1–2). – 21 Supra v. 13. – 23–32 Unde – imperfecti: Cf. Kilw., Super Praed. (ed. Conti p. 31–35): 'secundum quod dicit Aristoteles in secundo De anima'. Arist., De anima l. 2 c. 4 (416 a 13–18). Alb., De anima. Ed. Colon. t. 7,1 p. 87 v. 75 – p. 88 v. 10. – 33 Supra v. 18 et Kilw., Super Praed. (ed. Conti p. 67 v. 3–4). – 38 Supra p. 59 v. 3.

Ad hoc autem QUIDAM dicunt quod instantia non valet multipliciter. Et quia hoc omnibus patere dicunt, ideo eandem Aristotelem non dicunt determinare. Dicunt primam causam esse, quare non valet, quia falsum supponit in hoc quod multa vel maxima distantia sit circumferentiae ad medium. Haec enim distantia non est nisi semidiametri; maxima autem distantia est secundum totam diametrum, quae producitur de summo circumferentiae usque | ad infimum eiusdem, sicut de caeli distantia usque ad caelum.

Dicunt etiam quod secunda causa est, quare non valet, quia distantia in loco et distantia essentialis repugnantiae in contrariis non est sumpta univoce sed aequivoce. Unde sic transferentes peccant secundum aequivocationem. Quod iterum dicunt etiam parum peritis manifestum esse, propter quod dicunt Aristotelem hanc instantiam ut eam, quae manifeste nulla sit, transire.

Sed hoc dictum procedit ex magno errore. Si enim taceamus de antiquis, AVERROES in duobus locis, scilicet SUPER PHYSICAM et SUPER DECIMUM PRIMAE PHILOSOPHIAE dicit ad contrariorum diffinitionem ab his quae in loco sunt contraria, distantiam esse transumptam. Et si forte hoc non curetur nec attendatur, quid dicetur de omnium contrariorum vera diffinitione, cum dicuntur 'contraria esse quae maxime distant eorum quae sunt sub eodem genere'? Scimus quod distantia proprie est in loco primo. Si ergo transferatur ad alia, constat quod a loco transfertur ad illa. Primum enim transfertur ad secundum propter aliquam similitudinem, et non secundum ad primum, quia sic translationis esset translatio, quod est inconveniens.

Adhuc autem quod maxime distent medium et circumferentia, in multis locis dicit ARISTOTELES, et quod ubique circa circumferentiam est locus sursum. | Igitur circa hemisphaerium esse sursum et circa hemisphaerium esse sub terra, non distant penes sursum et deorsum, quia utrumque est sursum; nec tota diametrus distinguit sursum et deorsum sed semidiametrus. Scimus autem quod in loco maxime distant sursum et deorsum sicut dextrum et sinistrum et sicut ante et retro. Et ideo dicta ista valde sunt erronea.

Scimus quod in CAELO ET MUNDO probatur quod ad medium motus contrarius est ei qui est a medio ad circumferentiam; et sunt motus contrarii, qui sunt ad contraria; ergo locus circa medium contrarius est ei qui est circa circumferentiam. Et sic adhuc stat dictum antiquorum.

Adhuc prima contraria probantur esse ea quae in loco sunt contraria, quae sunt causa omnium aliorum, in METEORIS et in PHYSICA. Videtur ergo quod stet et perfecta sit ista instantia et ab Aristotele per hoc quod contra eam nihil dicit, videtur esse approbata.

Ad hoc autem dicendum quod in veritate dictum de quantitatis proprietate stat immobili veritate, et tamen INSTANTIA est bona valde et subtilis, et verum est quod distantia a contrariis in loco ad aliorum contrariorum diffinitionem est transumpta, sicut antiqui dixerunt. Sed quod locus sursum est contrarius loco deorsum, non ex natura est, qua locus est locus, sed ex hac natura, qua locus distat a loco. Locus enim non distat a loco per hoc quod locus est, sed per hoc quod distantia a principio facit contrariam naturam et formam in ipso, sicut naturam densi et gravis et frigidi et aliorum, quae, ut dicit AVICENNA, abscindunt et sistunt motum et faciunt immobilitatem in his quae ibi sunt; sursum autem cum sit circa principium motus propter prope esse ad principium, in his quae sursum, oppositas inducit naturas et formas. Non ergo sequitur ex dicta instantia quod quantitas,

CaO1P1BrShSiV1 pap 9 *Ca* f. 45rb 34 *Sh* f. 44vb

2 quia hoc] quod *O1* | dicunt] debet *Br* 3 eandem – dicunt] Aristoteles eam non debet *Br* 3–4 Dicunt] autem *add. pap* 4 quia] quod *O1* 5 hoc] hac *CaO1Br* 8 de] aliquo *add. Br* 9 usque – infimum] sicut ad multum *pap* 10 distantia *iter. Si* 12 et – essentialis] essentiali *O1P1* 13 in contrariis *in marg. Sh*[1] | sed aequivoce *om. p* 15 Quod iterum] quia *Br* | iterum *Sh* verum *O1P1SiV1 pap* iterum *an* verum *dub. Ca* | etiam *om. Sh* | peritis *om. Br* 16 quod] hoc *Br* 20 decimum *om. CaO1P1Br* | decimum – philosophiae] primam philosophiam *pap* 23 hoc *om. Br* 24 dicuntur] dicantur *O1P1Si pap* 25 esse] eorum *add. Br* | eorum] et *sup. lin. Br* 26 Scimus] enim *add. Br* 27–28 a loco] ad locum *O1* 33 quod *om. V1* 35 circa[1] *sup. lin. Sh*[1] | esse] est locus *Br* 36 esse] nostrum et circa hemisphaerium *Br* | distant *ex* differunt *corr. sup. lin. Sh*[1] 36–37 et – sursum *om. (hom.) P1* 37 tota] loca *Br* 38 sursum – deorsum *om. Br* 38–39 sed – deorsum *om. (hom.) Sh corr. in marg. Sh*[1] 39 autem] enim *Br* 42 Scimus] enim *add. Br p* | in] de *add. Br pa* libro de *add. p* | et] in *add. Sh* 45 locus] qui est *add. Sh* | est[1] *om. Sh* 50 meteoris] metaphysicis *pap* 53 Ad hoc] adhuc *pap* | dicendum *om. pap* | dictum] est *add. O1Si pap* 54 tamen *om. pap* 55 instantia] prima *add. pap* 58 deorsum] hoc *add. Br* | ex] loci *add. sup. lin. Br*[1] 59 qua[1]] contra *Ca* | sed] contrarius locus est alteri loco *add. Br* | natura[2]] est *add. V1* 60 Locus[2] – loco] non *Br* 62 facit *om. O1* | contrariam] contrarium *CaBr* | ipso] ipsa *CaO1P1ShSi pap* | sicut *iter. pa* 62–63 naturam] natura *ShV1 p* 64 abscindunt] abscindantur *pa* | abscindunt et] si abscindantur *p* 64–65 immobilitatem] immobilem *Sh* 65 ibi] deorsum *Br* 66 propter prope] per proprie *Br* 67 quae] qui *p* | sursum] sunt *Si* sunt *add. Br* | inducit *editor* inducunt *CaO1P1ShSiV1 p* inducat *Br* inducant *pa*

1 Contra Robertum Kilw. qui has duas solutiones proposuit: Cf. Kilw., Super Praed. (ed. Conti) p. 68 v. 32 – p. 69 v. 4 (prima), p. 69 v. 5–12 (secunda). – 11 Secunda solutio Roberti Kilw. – 19–20 Averr., Phys. l. 5 c. 24 et c. 59 (Venetiis 1562 f. 224A et f. 243F–G); Metaph. l. 8 c. 4, l. 10 c. 13 (Venetiis 1562 f. 211C et f. 261F–G). – 33–34 Arist., Phys. l. 4 c. 4 (212 a 22–24), l. 5 c. 3. 6 (226 b 32–33. 230 b 10–12). – 42 Arist., De caelo et mundo l. 4 c. 1 (308 a 13–29). Vide etiam infra p. 76 v. 11sq. – 50 Arist., Phys. l. 8 c. 8 (261 b 31–36). Alb., Phys. Ed. Colon. t. 4, 2 p. 626 v. 24–84. Cf. De caelo et mundo. Ed. Colon. t. 5, 1 p. 68 v. 42–44: 'prima distantia et propria est in loco, a quibus distantia transsumitur ad omnia alia contraria'; Metaph. Ed. Colon. t. 16, 2 p. 444 v. 59–60; De sex princ. Ed. Colon. t. 1, 2 p. 53 v. 16–20. In Meteoris Aristoteles saepe disputat de differentia locorum naturalium et eorum utilitate ad generandam commixtionem corporum. – 55 Cf. supra p. 74 v. 37–58. – 64 Ps.-Avic., De caelo (ed. Gutman p. 266 v. 10 – p. 272 v. 5).

secundum quod quantitas est, suscipiat contrarium, sed quod circa differentias situs cuiusdam quantitatis, quae locus est, sint rationes et formae contrariae, propter quas inter tales differentias loci motus est. Et hoc quidem non solvit Aristoteles, quia ANTE SOLUTUM EST in simili de magno et parvo, prout magnum et parvum habent rationes perfecti et imperfecti circa motum augmenti et diminutionis.

Quod enim sursum et deorsum non maxime distent secundum loci proprietates et motus, error est intolerabilis et destruens totam philosophiam, quae est de mobili recto, quae in III et IV CAELI ET MUNDI determinatur.

Ad HOC autem quod dicunt quod distantia aequivoce sumitur in loco et in aliis contrariis, dicendum quod non sumitur omnino aequivoce, sed distantia est per se in loco, in aliis autem, quae distant essentiali repugnantia, est distantia per comparationem ad illam. Et sic est de multis, ut probat ARISTOTELES in V PRIMAE PHILOSOPHIAE. Sic ergo intelligenda est dicta instantia.

Cap. 13. De eo quod quantitati convenit non suscipere magis et minus

Sed adhuc *non videtur quantitas suscipere magis et minus* sive intensionem et remissionem, | sicut nec substantia, sicut patet inductione et exemplari declaratione: *ut bicubitum, neque enim est unum alio magis* vel minus *bicubitum*; *neque in numero* est magis vel minus, unus enim *ternarius* non est magis vel minus ternarius quam alius, *nec tria dicuntur magis* vel minus *tria* quam quinque dicuntur quinque; *neque tempus* unum quodcumque dicitur *magis vel minus* tempus quam *aliud*, ut dies non *dicitur* magis tempus vel dies quam annus dicatur tempus vel annus. *Neque in his* omnibus, *quae* superius *dicta sunt*, ut oratio, linea, superficies et locus, *omnino* nullum est, quod secundum *magis et minus dicatur* sive secundum intensionem et remissionem. Propter quod *quantitas non potest suscipere magis et minus.*

Huius autem vera causa est, quia omne quod suscipit magis et minus sive intensionem et remissionem, fit in eo intensio et remissio ex una duarum causarum, scilicet aut ex actione contrariorum in ipsum, quorum unum confortatur et alterum debilitatur, et sic intenduntur et remittuntur formae, quae causantur ab actionibus eorum, aut fit intensio et remissio a mixtione contrariorum, sicut in DOCTRINA DE UNIVERSALIBUS dictum est. Nuper autem in PRAEHABITIS diximus quod quantitas est in subiecto secundum naturam, antequam substantia sit susceptibilis contrariorum vel mutationis secundum contraria. Sicut igitur subiectum non intenditur vel remittitur ab actione contrariorum, ita nec quantitas intendi potest vel remitti.

Adhuc omne quod intenditur, non intenditur nisi a simili, et omne quod remittitur, non remittitur nisi a suo contrario; quantitas autem non habet contrarium; ergo non potest recipere intensionem vel remissionem, quia, si non habet contrarium, non habet etiam simile, quod suo contrario contrarium est. Simile enim dicitur quod 'in qualitate est unum'.

Obiciunt tamen QUIDAM | contra hoc dicentes quod in quacumque natura est maxime, in eadem etiam est magis et minus. In natura quantitatis alicuius est maxime, ergo et magis et minus. In IV enim EUCLIDIS, in quo agitur de inscriptione figurae, ostenditur quod circulus

6 a 19–25 (Arist. Lat. 58,9–13): Sed non videtur quantitas suscipere magis et minus, ut bicubitum (neque enim est aliud alio magis bicubitum); neque in numero, ut ternarius quinario (nihil enim magis tria dicentur, nec tria potius quam tria); nec tempus aliud alio magis et minus dicitur; nec in his quae dicta sunt omnino magis et minus dicitur. Quare quantitas non suscipit magis et minus.

CaO1P1BrShSiV1 pap 23 *Ca* f. 45va 57 *Sh* f. 45ra

1 quod *om. Ca* | est *om. Si* 2 quod *om. pap* | cuiusdam] eiusdem *pap* 3 sint] sunt *pap* 7 habent] sunt *pap* 11 destruens] tollens *Br* | est *sup. lin. Sh*[1] | de *om. CaO1P1* 11–12 mobili] et *add. pa* 12 quae] etiam *Sh* | determinatur] determinat *pa* 14 sumitur] dicitur *Sh* | in[2] *Sh om. cet. codd., edd.* 20–21 eo – suscipere] hoc quod quantitas non suscipit *Br* 20 quantitati convenit *inv. Si* 21 non *post* quantitati *transp. Sh* | suscipere] recipere *Si* 24 declaratione] probatione *O1* 26 vel] et *Sh* 26–27 unus – minus *om. (hom.) P1* 26 ternarius] trinarius *pap* 27 vel minus] unus *pap* | ternarius] trinarius *pap* | nec] neque *Sh* 29 unum quodcumque] unumquodque *BrSh* 30–31 tempus[2] – dies] dies vel tempus *Br* 30 tempus[2] vel] vel minus *O1* vel minus tempus *SiV1* 32 oratio] omnino *Ca om. Br* 33 omnino] ideo *O1* 35–37 Propter – remissionem *om. (hom.) O1P1Br corr. in marg. P1*[1] 35 quod *om. Sh* | suscipere *Sh* recipere *CaP1*[1]*SiV1 pap* 36 vera] una *pap* 37 fit] oportet quod sit *p* 37–38 in eo] enim *Br* 39 ipsum] ipsis *Sh* 41 et] vel *Ca* | formae *om. CaO1P1BrV1 pap* 44 praehabitis diximus] praedictis dictum *O1* 45 naturam] substantiae *add. Br* 47 contraria] contrariorum *pa* | Sicut] sed *Si* sic *pa* | non *iter. pa* | vel] nec *Sh* 50 a] suo *add. pap om. CaO1P1* 52–54 ergo – contrarium *iter. Br om. (hom.) pap* 53 recipere] suscipere *O1Br* | vel] et *O1BrSi* 57 hoc] hec *Sh* 59 natura] autem *add. pap add. in marg. Br* 61 figurae] dicitur sive *add. pap* | ostenditur *om. O1*

5 Supra p. 71 v. 51 – p. 72 v. 4. – 12 Arist., De caelo et mundo l. 3 c. 2 (301 a 22–b 16), l. 4 c. 1 (308 a 23–29). – 13 Supra p. 75 v. 11–14. – 18–19 Arist., Metaph. l. 4 c. 2 (1003 a 33 sq.). – 23 De proprio substantiae quod est non suscipere magis et minus vide supra p. 40 v. 16–39. – 32 Supra p. 51 v. 40 – p. 52 v. 4. – 43 Alb., De V univ. Ed. Colon. t. 1, 1a p. 83 v. 47–56. – 44 Vide supra p. 71 v. 26–43. – 55–56 Simile – unum: Cf. Arist., Metaph. l. 5 c. 15 (1021 a 11–12). – 57–60 Cf. Kilw., Super Praed. (ed. Conti p. 69 v. 13–14). – 60 Euclid., Elementa l. 4; transl. Adelardi versio I (ed. Busard p. 127–144), ubi tractat de inscriptione figurarum poligoniarum in circulo. Cf. Kilw., Super Praed. (ed. Conti p. 69 v. 15–18), ubi invenitur exemplum de circulo. Alb., De sophist. el. l. 1 tr. 5 c. 7 (Ed. Paris. t. 2 p. 632a): 'probatum est in geometria, quod figura poligonia circulo inscripta, quamvis in angulis multiplicetur in infinitum et lateribus, tamen ad capacitatem circuli non proveniet'; II Sent. d. 14 a. 5 (Ed. Paris. t. 27 p. 264b); Phys. Ed. Colon. t. 4, 1 p. 17 v. 15–19; Super Dion. De div. nom. Ed. Colon. t. 37, 1 p. 398 v. 66–68.

maxime distat a figuris angulatis et ostenditur quod, quantumcumque figura fiat polygonia, quod usque ad capacitatem circuli non deveniet, etiam si in infinitum multiplicentur anguli; ergo est in quantitate illa magis et minus secundum accessum ad circuli capacitatem, et sic videtur quantitas suscipere magis et minus. Sed hoc citius solvitur, si bene natura quantitatis, secundum quod est quantitas, attenditur. Circulatio enim et angulatio non sunt quantitates, sed qualitates circa quantitatem dictae secundum illam qualitatis speciem, quae est forma seu circa aliquid constans figura, et ideo magis illud et minus non est quantitatis, sed qualitatis, et est secundum maiorem vel minorem accessum ad circulationem et secundum maiorem vel minorem recessum ab angulatione.

Obiciunt autem QUIDAM quod in multitudine magis est quinque et minus tria; et haec sunt in numero, qui est quantitas; ergo quantitas videtur suscipere magis et minus. Ad quod dicendum quod hoc 'magis et minus' est aequivocum ad illud 'magis et minus', quod est secundum intensionem et remissionem; magis enim in multitudine est secundum numeri extensionem in plura; magis autem et minus in intensione et remissione est secundum accessum vel recessum a contrario vel ad veram nominis impositionem.

Attendendum autem quod, quamvis quantum subiciatur contrarietati, quae facit magis et minus, tamen non potest esse proprium quantitatis quod sit hoc aliquid et numero unum, sicut hoc convenit primae substantiae. Et hoc est ideo, quod quantitas et universaliter omne accidens non numeratur nec efficitur numero unum per aliquid, quod sit suae essentiae, sed potius per hoc quod est in substantia sicut in subiecto; substantia autem numeratur per materiam et per eandem efficitur numero una, et ipsa est aliquid suae essentiae. Propter hoc esse hoc aliquid et numero esse unum remanet proprium primae substantiae.

Adhuc autem intelligendum est quod, quamvis substantia contrarietati subiciatur mediante quantitate et similiter mediante quantitate subiciatur motui, tamen secundum sui mutationem suscipere contraria non potuit esse proprium quantitatis sed solius substantiae. Et huius causa est, quia quantitas nec una numero nec una specie ultima | sive specialissima subicitur contrariis. Quod patet in curvo et recto, quibus non subicitur nec una numero linea nec una specie ultima. Et similiter est in numero pari et in impari circa numerum, quibus nec unus numero nec unus specie ultima subicitur numerus sed unus tantum genere vel specie subalterna. Substantia autem una et eadem numero secundum sui mutationem subicitur contrariis. Est igitur proprium substantiae et non quantitatis. Quamvis enim hoc accidens, quod est quantitas, sit iuxta substantiam propinquissimum, tamen non est substantia, sed substantia mediante eo quibusdam aliis substat accidentibus. Et haec efficiuntur quanta per accidens, per hoc quod sunt in maiori subiecto maiora et in minori minora.

Sunt autem et alia multa quantitatis consequentia sicut dividi vel augeri in infinitum, in continuo quidem dividi, in numero autem augeri. Quia enim continuum dividitur in infinitum et quia divisum additur partibus acceptis per divisionem, ideo, ut dicit ARISTOTELES, numerus augetur in infinitum. Quae quidem consequentia, quia non sunt quantitatis, ut est praedicabile, sed ut est natura quaedam, ideo hic non ponuntur a nobis.

Cap. 14. De proprio quantitatis quod est secundum eam aequale et inaequale dici

Proprium autem maxime quantitatis est quod inaequale et aequale secundum eam dicuntur quaecumque eiusdem sunt quantitatis sive discretae sive continuae. Unde hoc

6 a 26–35 (Arist. Lat. 58, 14–22): Proprium autem maxime quantitatis est quod aequale et inaequale dicitur. Singulum enim earum quae dicta sunt quantitatum et aequale dicitur et inaequale, ut corpus aequale et inaequale, et numerus aequalis et inaequalis dicitur,

CaO1P1BrShSiV1 pap 44 *Ca* f. 45vb

1 angulatis *Sh* angularis *CaO1P1* angularibus *BrSiV1 pap* | quod] quia *pa om. p* 2 figura fiat *inv. Sh* | quod] et *O1* 8 attenditur] attendatur *pap* 11 seu] vel *Sh* | circa] hoc *add. Sh* | ideo *om. O1* 12 quantitatis – qualitatis] quantitas sed qualitas *pap* 13–14 accessum – minorem *om. (hom.) pap* 17 minus] est *add. O1Si* 19 hoc] hic *pap* 22 numeri] totum *CaO1P1* totam *Br* totius *V1 pap* 23 in *om. P1* 24 ad] secundum *O1* 26 quantum] quantitas *Br pap* 29 numero unum] uno numerum *Ca* 30 quod] quia *pap* 31 numeratur] enumeratur *pap* 32 aliquid] aliud *pap* 35 una] uno *O1Sh* | aliquid *om. pa* | Propter] quod etiam *add. Br* et *praem. p* 36 esse[1] – et] aliquid est *Br* 36–37 proprium *in marg. Sh* proprii non *CaP1* 37 primae] proprie *pap* 39 quantitate] qualitate *p* 39–40 et – quantitate *om. (hom.) V1* 40 quantitate] qualitate *pa* 41–42 potuit] potest *pap* 42 quantitatis] quantitati *pa* 46 est *sup. lin. Sh[1]* 47 in[2] *om. BrV1 pap* | circa] quemlibet *add. Br* 48 unus[1]] unum *Br* | unus[2]] unum *Br* 49 unus] unum *Br* 51 igitur] hoc *add. Sh* 55 quibusdam] omnibus *Br* 57 in] non *CaP1* | minori] subiecto *add. Sh* | minora] maiora *CaP1* 58 quantitatis] quantitatem *pap* | quantitatis consequentia] quantitati commumia *Br* 59 in[2]] et *Sh* 60 autem] vero *Br om. O1* | continuum] augetur *add. V1* 63–64 consequentia] communia *Br* 64 ut[2] *sup. lin. Sh[1]* 65 ideo *om. pap* 66 De *sup. lin. Sh[1]* quod *praem. Sh* 66–68 De – dici] De tertia proprietate quantitatis et ultima *Br* 66 quantitatis *om. Si* 67 eam *om. CaO1P1* 68 et] vel *O1ShSiV1 p* 69 quantitatis *om. Si* | quod] quia *CaO1P1 pap*

16–21 Cf. Kilw., Super Praed. (ed. Conti p. 69 v. 19–23). – 26 Attendendum – ultima: Cf. Kilw., Super Praed. (ed. Conti p. 69 v. 30–35). – 62 Arist., Phys. l. 3 c. 6 (206 b 3 sq.). Alb., Phys. Ed. Colon. t. 4, 1 p. 189 v. 23 – p. 192 v. 31. – 71 – p. 78 v. 1 De proprio quod convenit omni et soli et semper cf. Porph., Isag. (Arist. Lat. I, 6–7 p. 20 v. 1); vide supra p. 31 v. 2–3.

est proprium quod 'convenit omni et soli et semper'. Hoc autem inductione probatur, quia *singulum eorum, quae* quantitates *dictae sunt* secundum diversas quantitatis species in PRAECEDENTIBUS, *dicitur* et *aequale et inaequale. Similiter autem et in aliis*, quae sunt quantitates per accidens, *quae* supra *dicta sunt, in singulis* singillatim *dicitur aequale vel inaequale*, secundum quod referuntur ad quantitatem. *In ceteris vero, quae quantitates non sunt, non* similiter nec eadem ratione *videtur aequale vel inaequale dici*, nisi secundum quod referuntur ad quantitatem. *Nam affectio*, quae est animae vel corporis passio, et dispositio, quae est qualitatis passio animalis vel corporalis, *non multum dicitur aequalis vel inaequalis*. Non enim proprie dicitur quod aequales sunt duo in affectione, quando circa idem sunt affecti, nisi affectio referatur ad tempus. Similiter etiam de duobus dispositis ad idem non multum proprie dicitur | quod aequaliter dispositi sunt vel inaequaliter, sed proprie dicitur quod similiter sunt affecti et similiter sunt dispositi. *Et album aequale et inaequale* secundum seipsum, nisi referatur ad quantitatem superficiei, *non multum* dicitur, quia non dicitur nisi per accidens, *sed* secundum seipsum proprie dicitur *simile* vel dissimile, quia ut dicit ARISTOTELES in DECIMO PRIMAE PHILOSOPHIAE, 'unum in substantia facit idem, unum autem in quantitate facit aequale et unum in qualitate facit simile'. Propter quod *quantitatis est proprium* secundum eam *aequale vel inaequale dici.*

Cum autem, ut dictum est, unum in substantia faciat idem, sicut unum in quantitate facit aequale, debet etiam substantiae proprium esse secundum eam idem dici vel diversum. Quod non videtur esse verum, cum etiam inveniatur idem in accidente sicut in substantia, sicut idem genere et idem specie et idem numero, ut 'album et visus disgregativum'.

Adhuc autem secundum hoc secundum qualitatem simile vel dissimile dici videtur [secundum hoc] esse proprium qualitatis. Quod iterum non videtur convenire, cum homines sint similes in rationalitate et similes in humanitate, cum dicat BOETHIUS quod species similitudo essentialis est individuorum. Adhuc sunt similia in positione et in habitu quaecumque non habent differentiam in positione vel habitu. Non ergo simile vel dissimile dici est secundum solam qualitatem nec idem vel diversum dici secundum solam est substantiam. Et tunc videtur mirabile, si aequale vel inaequale dici secundum solam sit quantitatem.

Adhuc autem secundum virtutem, secundum quod 'virtus est ultimum potentiae', videtur aequale vel inaequale dici, cum tamen virtus sit qualitas. Dicitur enim Hercules cum Achille vel Aiace aequalis virtutis vel inaequalis et Socrates cum Catone aequalis virtutis vel honestatis vel inaequalis, et sic non secundum solam quantitatem videtur aequale vel inaequale dici.

Adhuc autem cum aequale vel inaequale sint dicta secundum proportionem, videtur secundum hoc quod proportionale esse conveniat secundum quantitatem; si autem proportionale esse quantitatis est proprium, et multi modi proportionum, videtur in genere magis esse proprium quantitati secundum eam proportionale dici quam aequale vel inaequale, quia proportionale esse in plus est et communius quam esse aequale.

Ad haec autem et huiusmodi dici potest quod idem | vel diversum non potest esse substantiae proprium propter rationem, quae INDUCTA EST, quia, secundum quod substantia, quae est quid, est in aliis generibus, ita etiam idem vel diversum est in eis.

Similiter dicendum est de simili in qualitate. Est enim qualitas et quale multipliciter dictum et est qualitas substantialis, secundum quam quale aliquid dicitur, et similiter in positione et habitu et actione et passione, sicut dictum est, et ideo secundum eam simile vel dissimile

et tempus aequale et inaequale; similiter autem et in aliis quae dicta sunt singulis et aequale et inaequale dicitur. In ceteris vero quae quantitates non sunt, non multum videtur aequale et inaequale dici, namque affectio aequalis et inaequalis non multum dicitur sed magis similis, et album aequale et inaequale non multum sed simile. Quare quantitatis proprium est aequale et inaequale dici.

CaO1P1BrShSiV1 pap 16 *Sh* f. 45rb 61 *Ca* f. 46ra

1 et[1] *om. pap* 3 quae] quaecumque *Si* probantur *add. pa* proprie *add. p* | quantitatis] quantitates *Ca pa* 4 et[1] *om. pap* 7 vel] et *Sh* 8–10 In – quantitatem *om. (hom.) pap* 9 videtur] videntur *O1* 11 animae – corporis] corporis animae *pa* 14 sunt[1]] sint *pap* | affectione] actione *p* 15 affecti] affectae *CaO1P1* effecti *ShSi* 16 dicitur *om. CaP1* 17 sunt] sint *pap* 18 quod *om. pap* 21 sed *om pap* | seipsum] enim *add. pap* 23 decimo] quarto *Br* primo *pap* 24–25 aequale – facit *om. (hom.) P1 corr. in marg. P1[1]* 26 eam] se *pap* 27 ut *sup. lin. Sh[1]* | faciat] facit *O1Br* 28 quantitate] substantia *CaP1* 30 cum] et *add. Sh* 32 idem[1]] in *add. Br* 33 visus] in his *pa* 35 secundum hoc *del. editor cum pap* 40 in *om. pap* | non] nunc *p* 42 dici] non *add. CaO1P1Sh* 43 dici *om. Sh* | est *om. Sh* 49 cum] non *CaO1P1* 49–50 aequalis – inaequalis *om. pap* | vel[2] – virtutis *om. (hom.) V1* 50 Catone] Platone *O1Sh p corr. sup. lin. O1[1]* 54 videtur *in marg. Sh[1]* 55–56 conveniat – esse *om. (hom.) pap* 56 quantitatis est *inv. Sh* 57 proportionum] sint *add. in marg. Br[1]* | videtur] videretur *CaP1* videntur *O1Si pap* | magis esse] maxime *O1* esse magis ergo *p* 58 quantitati] qualitati *CaP1 pa* quantitatis erit *p* 59 esse *sup. lin. Sh[1]* 60 aequale] vel inaequale *add. pap* 62 diversum] dici *add. Br* 63 propter] per *Br* 64 substantia] est *add. O1* | quid *om. O1* 65 vel] et *Sh* 66 enim] qualitate est enim *add. Sh* 67 multipliciter] ultimo *pa* 67–68 substantialis] subtilis *CaP1* 68 aliquid *om. CaO1P1BrV1 pap* 68–69 similiter *om. O1*

4 Cf. Arist., Cat. c. 6 (4 b 20–5 a 37). – 22–23 Immo: Arist., Metaph. l. 5 c. 15 (1021 a 11–12); transl. anon.: Arist. Lat. XXV, 2 p. 104 v. 9–10. – 27–30 Cum – diversum: Cf. Kilw., Super Praed. (ed. Conti p. 70 v. 15–16). – 32–33 album – disgregativum: Cf. Arist., Top. l. 3 c. 5 (119 a 30–32); transl. Boethii: Arist. Lat. V, 1–3 p. 59 v. 20–22. – 34–38 Adhuc – humanitate: Cf. Kilw., Super Praed. (ed. Conti p. 70 v. 24–26). – 38 Boeth., In Isag. Porph. Ed. II l. 3 c. 9 (CSEL 48 p. 228 v. 18). – 47 Cf. Arist., De caelo et mundo l. 1 c. 11 (281 a 12–13). Alb., De caelo et mundo. Ed. Colon. t. 5, 1 p. 88 v. 17–40. – 53–60 Adhuc – aequale: Cf. Kilw., Super Praed. (ed. Conti p. 70 v. 5–12). – 63 Supra v. 27. – 66 Similiter – qualitate: Cf. supra v. 34.

dici non est proprium qualitatis, secundum quod qualitas est genus determinatum. Sic autem non est in genere quantitatis secundum aequale vel inaequale dici. Hoc enim soli convenit quantitati proprie, et non multum convenit aliis generibus, quia non convenit eis per se, sed secundum quod referuntur ad quantitatem.

Ad hoc autem quod OBICITUR de quantitate virtutis, dicendum quod quantitas aequivoce dicitur de quantitate dimensionis et quantitate virtutis. Dicitur enim quantitas virtutis per similitudinem ad quantitatem dimensionis, quia utraque mensuratur per partium divisionem, sed quantitas dimensionis mensuratur per divisionem partium, quas habet in seipsa, sicut dicimus spatium hoc tricubitum vel quinque cubitorum longitudinem, quae est spatium, per partes sibi substantiales et intrinsecas mensurantes et ad certum numerum reddentes. Quantitas autem virtutis mensuratur ad partes, quas extra se habet in virtutis obiecto, sicut, si aliquis quaerat, quantus est Hercules vel quantae est virtutis, dicimus quod potest in decem, et in tot potest Achilles, qui aequalem cum Hercule habet virtutem. Similiter dicimus de virtute morali, quod tantae virtutis Socrates est, quod etiam sensum vel motum omnis excludit inhonesti. Et dicimus quod Cato secundum eundem modum est aequalis in virtute Socrati. Hoc autem, quia per similitudinem quandam dictum est, non est proprie aequale sed simile. Et attenditur similitudo in virtutis intensione vel perfectione vel radicatione vel puritate vel in aliquo talium.

Ad id autem quod de proportionali OBICITUR, dicendum quod hoc proprium esse non potest, quia non omnis quantitas cuilibet quantitati proportionalis est, sed omnis quantitas omni quantitati, cui comparabilis est, aut est aequalis vel inaequalis. Et quod QUIDAM dicunt, quod non est aequale vel inaequale proprie nisi numeratum et quod aequale prius est in numero, omnino falsum est, quia dicit EUCLIDES quod aequalia sunt quae sibi invicem superposita non se excedunt nec excedentur, et hoc convenit aequaliter continuo sicut discreto.

CaO1P1BrShSiV1 pap

2 genus] generis *O1* | autem] enim *O1* 3 secundum] sed *pa* eam *add. Br p* 4 multum] proprie *add. Br* 7 quantitate virtutis] quantitatis virtute *Sh* 9–10 et – dimensionis *om. (hom.) pa* | Dicitur – dimensionis *om. p* 12 divisionem] dimensionem *pap* 13 hoc] habet *pap* 14 quinque cubitorum] tricubitorum *pap* | cubitorum] secundum *add. Br* 15 substantiales] aequales *pap* 16 et *sup. lin. Sh*^{1} *om. pap* 18 aliquis] quis *Sh* 19 quod] quia *Sh* 19–20 in decem] idem esse *pa* 21 Similiter *Sh* sic *cet. codd.* sic etiam *pap* 22 tantae] tanta *CaSh* | Socrates est] Socratis *CaO1P1Sh* | est *om. V1* | sensum] substantiam *pa* 23 omnis] omnes *Br* | inhonesti] inhonestos *Br* 25 quia *om. pap* 26 non] enim *add. p* | sed] vel *P1* 27 similitudo] virtutis *add. Sh* | in] etiam *pap* | virtutis] extensione vel *add. pap* | vel[1]] seu *pap* 29 proportionali] proportione *V1* 30 proprium] quantitati *add. Br* 32 omni] cum *Ca* | omni quantitati] cum quantitate *O1P1BrSiV1 pap* | cui] cuius *Si* 33 aut *om. pap* | vel] aut *O1P1BrSiV1* | quidam *om. pap* 34 non *om. Si* | non est *om. p* | est *om. pa* 34–35 nisi numeratum] non numeratur *pa* numeratur *p* 35 aequale] per *add. O1* 37 invicem] sunt *add. Sh* | superposita] supposita *Br pap* 38 sicut] et *O1*

7 Supra p. 78 v. 46–52. – 29 Supra p. 78 v. 53–60. – 33 Cf. Kilw., Super Praed. (ed. Conti p. 70 v. 13–14): 'ex speciebus proportionis quae fundatur omnino supra numerum et numeri species'. – 36 Euclid., Elementa l. 1 pet. 7; transl. Adelardi versio I (ed. Busard p. 33 v. 80–81): 'Si aliqua res alii superponatur appliceturque ei nec excedat altera alteram, ille sibi invicem erunt equales'.

TRACTATUS
DE PRAEDICAMENTO AD ALIQUID

Cap. 1. An ad aliquid sit praedicamentum

| Tractaturis nobis de coordinatione praedicabilium, quae sunt in genere ad aliquid, primum occurrit nobis gravis omnium antiquorum dissensio circa praedicamentum ad aliquid. Zeno enim et quidam alii hoc praedicamentum dicebant non esse praedicamentum, sed rem vel rationem aliis praedicamentis immixtam ex eorum ad invicem comparatione. Et cum prima genera sint voces prima rerum genera significantes, hoc autem genus non significetur ut ens ab aliis separatum sed ut aliis immixtum, videtur ei quod significatum eius non sit ens, quod sit de primis partibus entis.

Adhuc autem ad idem induxit quod ad aliquid consistit in comparatione; comparatio inest comparatis; comparatio ergo secundum intellectum comparata et id, in quo est comparatio, ponit secundum intellectum ante se; quod autem secundum intellectum aliquid ponit ante se praeter subiectum, non est primum genus; videtur ergo quod ad aliquid non est primum genus alicuius accidentis; id enim, in quo fit comparatio, et comparationis rationem ponit ante se, quae non est subiectum sed aliquid de intellectu accidentis, in quo fit comparatio. Hoc autem [confortabat sive] confirmabat per hunc modum: si enim comparetur A ad B, oportet quod aut secundum seipsum comparetur ei, aut | mediante aliquo, quod sit ratio comparationis; non seipso, quia sic quodlibet ad aliud compararetur, et nihil esset absolutum; igitur comparatur A ad B mediante C; oportebit igitur quod C sit ratio comparationis A ad B; si ergo non est C, non erit comparatio; praeintelligitur ergo C inesse A et B ante comparationem; nihil autem talium, ante quod secundum intellectum est accidens, est genus primum accidentis; igitur ad aliquid non est genus accidentis.

Adhuc nullum generum accidentis est accidens alterius; comparatio autem sive ad aliquid accidit omnibus generibus accidentis, sicut per se patet; igitur ad aliquid non est generalissimum inter genera accidentis.

Adhuc autem ad aliquid coaccidit omnibus ex hoc, quod in eis sunt genera et species et totum et pars; videtur ergo quod ad aliquid sit quiddam coaccidens omnibus aliis ex ipsa coordinatione generum et specierum; non ergo per se constituit genus, ut videtur.

Adhuc, quia genus et species sunt in omnibus, non dicimus quod generalitas sit genus et similiter non dicimus quod specialitas constituat genus, vel etiam differentia vel proprium vel accidens; omnia enim haec circueunt genera ratione modi praedicandi, qui invenitur in ipsis. A simili ergo, ex quo ad aliquid est accidens

CaO1P1BrShSiV1 pap 4 *Sh* f. 45va 27 *Ca* f. 46rb

1 TRACTATUS] IV *add. p* 2 PRAEDICAMENTO *om. Br* 3 An] quomodo *p* 6 gravis *om. pap* 8 dicebant – praedicamentum] non esse praedicamentum dixerunt *Br* 9 rem] esse *CaO1P1* esse *add. V1* | rem – rationem] esse rationem vel rem *Si* | rem vel] est secundum *Br* esse secundum *pap* | immixtam] immixtum *Ca pap* immixta *P1* admixtum *Br* 11 sint] sic *CaP1* | voces – significantes] primae rerum significationes *Br* | prima] post *pa* primarum *p* | hoc autem] cum autem hoc *pap* 12 significetur] significat *O1* significet *p* | sed] hoc *pa* 13 ei] enim *P1ShSi sup. lin. O1*[1] ergo *Br om. pap* 15 autem] non *add. Si* 16 comparatio] vero *add. sup. lin. Br* | inest comparatis] autem materiae comparatae *pa* autem materiae inest comparatae *p* 17 secundum intellectum *om. SiV1* 17–18 id – quo] res in qua *pap* 18 comparatio *om. Br* 19 secundum *om. pa* | aliquid ponit *inv. Sh* 20 est] esse *pa* 21 ad *om. CaO1P1* 21–22 ad – accidentis] principium generis alicuius accidentis ad aliquid non est *Br* 21 est – genus] sit principium generis *pap* 24 de *sup. lin. Si*[1] 25 confortabat sive *del. editor cum pap* 28 comparationis] oppositionis *pa* 29 aliud compararetur] aliquid comparabitur *pap* | esset] erit *pap* 30 igitur] ergo *Sh* | igitur comparatur] ergo comparetur *pap* 31 ratio] rationis *Si* 31–32 ergo – C] igitur C non erit *Br* 32 est *Sh p* sit *SiV1 om. CaO1P1 pa* | praeintelligitur] intelligitur *pap* | praeintelligitur ergo] et sic praeintelligi vel ponitur *Br* 33 comparationem] compositionem *pa* 34 ante *om. O1P1* 35 primum] principium *pa* 35–36 igitur – accidentis *om. (hom.) V1* 35 aliquid] aliud *pa* 37–40 Adhuc – accidentis *om. (hom.) O1* 37–38 alterius *om. pa* 38 accidit] coaccidit *Br* 40 genera *in marg. P1*[1] 43 sit – coaccidens] est accidens *Br* | quiddam] quoddam *pap* 47 quod] quia *p* | generalitas] non *add. pa* 48 constituat] specie *add. et exp. Sh* | etiam *om. Sh* 49–50 circueunt] circuunt *pap* 50 qui] quod *CaO1P1* | invenitur] inveniatur *pa* 51 est *om. pa*

5–7 De dissensione antiquorum circa praedicamentum ad aliquid cf. Alb., Summa I. Ed. Colon. t. 34, 1 p. 286 v. 22–82: 'notandum est quod multi philosophi (…) relationem dixerunt non esse entis praedicamentum, sed aliquid secundum rationem in omnibus praedicamentis existens, ex hoc scilicet quod ratio comparat unum ad alterum' (v. 22–26); Summa I tr. 13 q. 52 (Ed. Paris. t. 31 p. 535b): 'Notandum quod inter Philosophos semper fuit disputatio de relativis (…)'; Metaph. Ed. Colon. t. 16, 1 p. 266 v. 50–68: 'multi iam fuerunt, qui relativa ens non esse dixerunt'. Boethius hanc dissensionem iam prius notavit: Boeth., De trin. c. 5 (ed. Moreschini p. 177 v. 280 – p. 178 v. 310, praesertim v. 281–282): 'haec non videntur secundum se facere praedicationem'. In hac disputatione Albertus semper 'secundum Peripateticorum sapientiam' affirmat quod relatio habet esse: Alb., Metaph. Ed. Colon. t. 16, 1 p. 266–268: 'digressio declarans, quale ens sit relatio' (l. 5 tr. 3 c. 7) et textus supra laudatos. – 7 Albertus hanc opinionem etiam Zenoni attribuit in Summa Theologiae I tr. 13 q. 52 (Ed. Paris. t. 31 p. 535b): 'Et haec fuit opinio Zenonis, sicut apparet in Logica Zenonis'. De Zenone et eius Logica cf. supra p. 6 v. 54 cum nota. Verisimile est Albertum omnia argumenta quae sequuntur ex hoc opere deperdito hausisse. – 10–11 prima – significantes: Cf. Boeth., In Cat. Arist. l. 1 (PL 64, 160B).

commune, quod accidit omnibus ex comparatione praedicabilium ad invicem, non debet esse genus sed generum aliorum quoddam accidens.

Adhuc autem fortius obiecerunt quidam posteriorum sicut AVICENNA et ALFARABIUS dicentes quod nulla forma, quae sit ens, est in re, quae non sit absoluta secundum esse, quod habet in ipsa, sicut patet inducendo de calido, frigido, albo, nigro, dulci, amaro et omnibus aliis; sed comparatio, quae fit rerum ad invicem secundum formas, quae insunt rebus, fit actu rationis, quae dicit quod, in quibus est una qualitas, sunt similia, et in quibus non est una, sunt dissimilia vel differentia; comparationis ergo forma, quae est in his, quae sunt ad aliquid, non est res sed ratio, ut videtur, quae nihil est extra animam comparantis unum alteri. Generalissima prima genera rerum significant; ad aliquid autem non est ens ratum apud naturam extra, sed ens rationis; ad aliquid ergo non potest esse generalissimum. De talibus, quae sunt apud animam, rebus non sunt generalissima, quia sic non significarent prima genera rerum, eo quod ens in anima non est genus rerum simpliciter.

Ex his et similibus rationibus moti fuerunt antiqui et fere omnes praeter Platonem et Aristotelem, qui dixerunt ad aliquid non esse genus, quod sit prima pars accidentis vel una de primis, sed dixerunt ipsum ex habitudinibus aliorum generum ad invicem per actum rationis comparantis unum ad alterum omnibus aliis esse immixtum. Et haec opinio corda adhuc obtinuit multorum, ita quod dicunt ad aliquid non esse unum de generibus primis, sicut tangit AVERROES super V PRIMAE PHILOSOPHIAE Aristotelis.

Nos autem PLATONI et ARISTOTELI consentientes dicimus ad aliquid esse generalissimum et esse unum de primis generibus accidentis, eo quod tam PORPHYRIUS quam etiam ARISTOTELES et AVICENNA dicunt quod accidens duobus modis praedicatur de eo, cuius est accidens, et duobus modis causatur a subiecto. Quoddam enim est forma absoluta et non per aliud est accidens, nisi quia in subiecto sequitur perfectum esse subiecti in suis substantialibus; et ideo est accidens, quia non potest esse de substantia rei, quod perfectum esse sequitur, et sic quantitas est accidens et qualitas et huiusmodi. Quoddam autem est accidens, non quia sequatur esse rei perfectum, sed quia sequitur ad rem non gratia substantialium, sed ex aliquo quod est extrinsecus se habens ad rei substantialia, sicut ad hoc, quod aliquid sic se habet ut primum et aliud ut secundum vel unum ut totum et aliud ut pars vel ut conveniens vel | differens ab illo, sequitur ab extrinseco quod unum sit comparabile | ad aliud secundum ipsam rem. Quae comparatio ad actum reducitur, quando actu per rationem comparantur. Et a tali accidente, quod sic accidit rebus, proprie causatur ad aliquid, et propter hoc quod tale accidens invenitur in multis, propter hoc putatur esse immixtum omnibus aliis, cum tamen sit modus accidentis ab aliis accidentium modis distinctus, et ideo proprium accidens significat, quod in genere suo est primum. Nec moveat quemquam quod ab omnibus aliis est causatum et ideo videbitur forte non esse generis unius sed omnium. Non enim causatur ab omnibus, ut divisa et discreta sunt, sed causatur ab eo quod unum et una ratione communi est in eis, et hoc est comparabilitas vel ratio comparationis. Et quod sic sequitur ad rem est ad aliquid et non absolutum.

Ad hoc quod obicit ZENO, dicendum quod ad aliquid non relinquit ante se aliquid, quod sit de intellectu ipsius, sicut genus vel magis commune est de intellectu speciei vel minus communis, sed relinquit ante se id

CaO1P1BrShSiV1 pap 48 *Sh* f. 45vb 49 *Ca* f. 46va

1 comparatione] comparatio *Ca* 4 Adhuc] ad haec *Sh* 5 sicut] sic *Sh* 8 calido] et *add. Sh* | albo] et *add. pap* | dulci, amaro *om. pap* 10 insunt] sunt in *Si p* sit in *pa* 11 dicit *sup. lin. Sh*^{1} 11–12 est – differentia] non est una qualitas sunt dissimilia et in quibus est una sunt similia *pap* 13 quae^{1} *in marg. Sh*^{1} | sunt] est *O1* 14 est^{1} *om. CaO1P1* | quae] quia *pap* 15 comparantis] comparantem *Br* | Generalissima] generalissimum *Sh* vero *add. Br* autem *add. pap* 16 genera] generalissima prima *P1 in* prima *corr. P1*^{1} | genera rerum *inv. Sh* 18 generalissimum] et *add. SiV1* 19 sunt^{1} – rebus] insunt a natura rebus quia quae secundum animam sunt res *Br* | apud] extra *Sh om. Ca* | apud animam] a natura *O1P1* | non – generalissima *om. pap* 20 sic] generalissima *add. pap* 20–21 eo – rerum *om. (hom.) pap* 22 moti] nulli *Sh lac. Ca* | moti fuerunt] dubitantes fuerunt moti *Br* 23 omnes *om. V1* 24 pars] partis *CaO1P1Sh corr. Sh*^{1} particula *Si* 28 corda adhuc *inv. Ca* | adhuc *om. Br* 28–29 obtinuit multorum *inv. O1P1SiV1 om. pap* 34 accidentis] accidentibus *pa* 35 etiam *om. O1Si* 38 est^{1}] causa *add. et exp. Si* | per] ad *Br* | aliud] aliquid *pap* 41 de *om. Si* | quod] est *add. Br* | perfectum] rectum *CaO1P1* totum *Sh* ratum *Si* 41–42 et sic] ut *Br* 43 Quoddam] quod *pa* | sequatur] sequitur *BrSi* 44 sed] nec *pap* | quia *sup. lin. Sh*^{1} | non] nisi *pap* 45 extrinsecus] extrinsecum *Si* 46 sicut] hoc *add. pap* | sic] sit *Br* sit eius quod *pap* 47 habet] habens *Br* | et *om. p* | ut^{2} *om. Sh* 48 vel^{1} ut] vult *dub. Sh* 49 illo] alio *pap* 50 aliud] aliquid *pap* 54 invenitur – multis] est in multis et invenitur *Si* 55 cum – aliis *om. (hom.) O1* | sit *om. Br* | accidentis] ad aliquid *add. Br* 56 et] est *Br* | proprium] ipsum *Br* 58 moveat] movent *CaO1P1* | quod *om. Br* | est causatum] esse causatum ipsum ad aliquid *Br* 61 eo quod] quod ut *V1* eis ut *p* | quod] ut *O1 pa* | una] unica *O1* 62 communi] continui *P1* commune *Sh* | hoc est] haec *pap* 65 hoc] autem *add. Br* | ad^{2} *om. CaO1P1Sh corr. sup. lin. O1*^{1} *in marg. Sh*^{1} 67 vel] sicut *add. p* | commune] quod *add. sup. lin. Br* | intellectu] ipsius *add. V1* 68 communis] quod relinquitur ante se *add. pap* | sed] quod *CaO1P1* bene *add. in marg. Br* | relinquit] relinquitur *P1* | se *om. ShSi* | id] illud *p*

5 Avic., Philos. prima tr. 3 c. 10 (ed. Van Riet p. 182 v. 89 – p. 183 v. 98). Notandum est quod Avicenna ipse opinionem repellit alicuius 'sectae' quae tenuit 'quod certitudo relativorum non est nisi in anima cum intelliguntur res', vide ibid. p. 178 v. 4 – p. 179 v. 25. | Alfarabius: Non invenitur. Cf. notam ad p. 156 v. 2. – 16 prima – significant: Cf. Porph., Isag. (Arist. Lat. I, 6–7 p. 12 v. 1–2). – 30–31 Averr., Metaph. l. 5 comm. 20 (Venetiis 1562 f. 128I–129M). – 32 Aristoteles: Vide Alb., Metaph. Ed. Colon. t. 16, 1 p. 266 v. 69–70: 'nos autem dicimus ad hoc, quod in veritate secundum Peripateticorum sapientiam relatio habet esse'. De opinione Platonis vide infra p. 85 v. 3sq. – 34–35 Porph., Isag. (Arist. Lat. I, 6–7 p. 20 v. 7–15). Avic., Logica (Venetiis 1508 f. 4vb). – 35 Arist., Cat. c. 7 (6 a 36–37). Cf. infra p. 84 v. 32–34 p. 85 v. 3sq. – 65 Vide supra p. 80 v. 15–25.

quod est causa talis accidentis; et hoc est ratio comparationis sive id in quo fit comparatio. Hoc autem non impedit, quin sit genus speciale accidentis, quia quodlibet genus accidentis ante se relinquit in subiecto causam, per quam efficitur in subiecto.

Ad hoc quod DICITUR quod nullum genus accidentis est accidens alterius, dicendum quod, si dicatur quod unum genus accidentis non accidit alteri ut subiecto, dicendum quod hoc verum est, sed quod unum genus non mediante altero fiat in subiecto, hoc est falsum, sicut patet in actione et passione et ubi et quando et in multis aliis. Et sic similiter nihil prohibet, quin ad aliquid in subiecto sit mediante aliquo alio; hoc enim non impedit intellectum generalissimi. Generalissimum ut generalissimum facit talis modus praedicandi per se vel per accidens, qui ad alium nullum modum potest reduci, sed est ipse secundum seipsum modus praedicati alicuius specialis. Et sic patet quod significant generalissima prima rerum speciali et distincto modo praedicabilium et significant prima rerum principia vel per se vel per accidens, quia praedicabilia ut praedicata sunt distincta secundum primos modos praedicabilium.

Ad hoc vero quod OBICITUR quod coaccidit ad aliquid omnibus generibus, sicut esse genus et esse speciem est in omnibus, dicendum quod non est verum, quia genus et species accidunt secundum suas rationes ex speciali modo praedicandi et non ponunt modum praedicandi universalem secundum rem ipsam, qui ad alios modos non possit reduci. Ad aliquid autem ponit modum universalem suae coordinationis, qui ad nullum alium modum reduci potest, et ideo ad aliquid non est coaccidens modus praedicandi, sed est modus praedicandi per se distinctus cuiusdam generis accidentis.

Ad HOC autem quod posterius obiciunt, dicendum videtur quod comparationem dupliciter est considerare, secundum aptitudinem scilicet et secundum actum. Secundum aptitudidem quidem est in rebus et iamdudum in scientia UNIVERSALIUM determinatum est quod aptitudo sola sufficit ad modum praedicandi constituendum et causandum. Secundum actum autem comparatio est in ratione vel anima comparantis, et actus ille non facit quod non secundum aptitudinem sit in rebus comparatis, et ideo secundum aptitudinem quidem est in rebus, secundum perfectionem autem est in ratione. Et hoc multos decepit in isto praedicamento. Et hoc est quod dicit ARISTOTELES quod quaedam insunt ut accidens, quaedam autem ut quodam modo se habere ad alterum. Et bene concedendum est quod accidens istud minus habet de ente quam aliud quod est absolutum, sed ex hoc non sequitur quod nihil habeat et quod hoc quod habet de ente accidentali, non ponat modum praedicabilium ab aliis praedicabilibus accidentis distinctum et separatum.

Cap. 2. Quid hoc genus habeat de ente et quid in eo sit generalissimum et quid subalternum et quid specialissimum et quid individuum

Consequenter determinandum est, quid de ente significet hoc genus et quid in eo sit generalissimum et quid subalternum et quid specialissimum et quid individuum. | Haec enim ad omnem coordinationem pertinent generalissimorum. Omne enim generalissimum aliquam significat entis partem, et in omni coordinatione praedicabilium aliquid est ut generalissimum et aliquid ut subalternum et aliquid ut specialissimum et aliquid ut individuum. Aliter enim ordo praedicabilium completus non esset, nisi distinctus esset ab aliis et nisi staret in summo et nisi staret in infimo et nisi per media descenderet ordinate, quae sunt subalterna et specialissima.

Manifestum est autem ex PRAEINDUCTIS quod ad aliquid minus de ente habet quam quantitas vel qualitas, quia illa significant ens actu perfecte quiescens in subiecto, quod est substantia, et tale ens non significat ad

CaO1P1BrShSiV1 pap 60 *Ca* f. 46vb

1 hoc] haec *pap* 4–5 relinquit – causam] relinquens est causam in subiecto *Br* 6 hoc *om. O1* 7 est accidens *om. V1* 7–8 dicendum – subiecto *om. (hom.) Sh corr. in marg. Sh*^{1} 7 quod^1] hoc verum est *add. Br* 7–9 quod^1 – dicendum *om. (hom.) P1 corr. in marg. P1*^{1} 8 ut] in *Si* 9 dicendum] dicitur enim *Br* 10 fiat *om. Sh* 12 similiter] universaliter *Si* 14 Generalissimum] enim *add. pap* 15 talis modus] talem modum *Br* 16 per *om. Sh* 17 praedicati] praedicandi *SiV1 pap* 18 significant] significat *CaO1P1* 19 rerum] principia *add. SiV1 pap* 19–20 praedicabilium] praedicandi *Br* 20 significant] significat *pa* | principia] specialia *add. V1* | vel^1 *om. O1Br* 21 sunt] et *add. Sh* 21–22 distincta] sunt *add. V1* 22 secundum] quod *add. CaP1* quos *add. et exp. Sh* 26 rationes] formalis *add. Si* 27 et – praedicandi *om. (hom.) pap* 28 universalem] universaliter *pap* 30–31 modum *om. O1* 32 sed – praedicandi *om. (hom.) P1* 35 quod] per *add. p* 35–36 considerare – actum *om. V1 pa* 37 iamdudum] supra *add. pap* 38 universalium] De universalibus *O1* 39 sola] solo *Sh* 39–40 constituendum – causandum] constituendi et causandi *pap* 45 decepit] decipit *SiV1 pap* | hoc *om. p* 46 quod] quae *Ca* 47 quodam modo] quomodo *CaO1P1* quo *V1* 50 ex *om. CaO1P1* | quod^2 hoc] secundum *pap* 52 accidentis *in marg. Sh*^{1} 54–57 Quid – individuum] De entitate huius praedicamenti et de speciebus eius *Br* 54 de] pro *Sh* 56 quid^2 *om. Sh* 58 ente] entitate *Br* 59 in eo] id *pa om. p* 61 omnem] omnium *Sh* 62 Omne] esse *Br* | enim *in marg. Sh*^{1} | aliquam] ob quam *CaO1P1* 62–63 aliquam significat *inv. Sh* 66 enim *sup. lin. Sh*^{1} | ordo] modus praedicandi *p* | completus] compositus *Br* 67 nisi^1] non *pap* | nisi^1 – summo *om. (hom.) V1* | summo] infimo *pap* 67–68 et^2 – infimo *om. (hom.) Br* 67 et^2 nisi] nec *pap* 68 infimo] summo *pap* | et *om. pap* 70 praeinductis] praedictis *BrSh* 72 quia] sed quod *pa*

6 Supra p. 80 v. 37–40. – 23 Supra p. 80 v. 41–45. – 34 Supra p. 80 v. 46 – p. 81 v. 3. – 38–40 Alb., De V univ. Ed. Colon. t. 1, 1a p. 17 v. 15–20. 39–43, p. 18 v. 10–14. – 46 Vide supra p. 81 v. 35 cum nota. – 62–65 Omne – individuum: Cf. Porph., Isag. (Arist. Lat. I, 6–7 p. 11 v. 7–18). Alb., De V univ. Ed. Colon. t. 1, 1a p. 66 v. 50 – p. 68 v. 21. – 70 Supra p. 81 v. 37–57.

aliquid, sed potius id quod secundum aptitudinem et causam est in subiecto. Perfectio autem eius est in ratione comparante, propterea non quiescit in subiecto, sed habet ad id, quod extra subiectum est, comparationem. Et ideo minus de ente significat quam aliud genus, et praecipue, quando non fundatur in substantia nisi per actum substantialem sicut pater, quod super nihil fundatur in substantia et non habet causam nisi actum substantialem, qui est activa generatio; et cum actus sit in agente per hoc quod est ab agente, fit propter hoc quod tale ad aliquid in subiecto vel nihil vel parum inducit compositionis. Ex hoc enim quod ille generat, sequitur quod pater sit, et ex hoc quod alter genitus est, sequitur quod sit filius, ita tamen quod neuter, nec generans nec genitus, formam | aliquam receperit vel aliquid passus sit secundum aliquod accidens, quia per actum substantialem et effectum actus fit huiusmodi comparatio. Et quia vel nihil in simplicibus, quae sine materia sunt, vel parum valde in his, quae materialia sunt, inducit compositionis, patet quod minus de ente habet quam significata aliorum generum accidentis, quamvis etiam aliquando fundetur super formam accidentalem in subiecto praesuppositam, sicut cum dicitur quod isti sunt similes, quia uterque albus est; et tunc quidem est relatio compositi ex subiecto et accidente, sed ipsa de se non maiorem affert compositionem nisi comparabilitatis illius, quae est secundum aptitudinem, sicut PAULO ANTE diximus. Et ideo de se minimum quid significat entis, quod tamen modum specialem importat praedicationis, propter quod oportet ipsum esse distinctum ab aliis praedicamentum. Ille enim modus in multis invenitur, quae ordinabilia sunt secundum illum modum in genera et species et individua.

Si autem aliquis obiciat, dicens quod secundum ea quae dicta sunt, accidens praedicatur per prius et posterius de ad aliquid et de aliis generibus accidentium – quod videtur inconveniens, cum omnia genera accidentium ex aequo referantur ad unam accidentis divisionem –, dicendum est ad hoc quod secundum hanc communem rationem accidentis, quod accidens est quod ut consequens substantiale esse cadit ad substantiam ut ad subiectum, sic aequaliter participant accidentis praedicationem omnia genera accidentium; sed secundum hoc quod accidentia primorum generum significant quasdam species vel partes entis primas, quae non sunt de esse substantiae, sic non participant aequaliter modum accidentis novem genera, quae accidentium genera dicuntur. Sic enim nec entis praedicationem aequaliter participant, quia quaedam sunt entia et quaedam sunt significantia non ens quidem principaliter, sed quomodo se habeat ens ad aliud, et illa sunt minus entia quam ea quae significant ens in aliquo absolute quiescens. Et secundum hunc modum participant entis praedicationem, accidentis autem praedicationem participant e converso. Sicut enim accidens per se minus habet de ratione accidentis quam accidens per accidens, ita plus habet de accidente quod accidit ex comparabilitate, quam id quod solum ex hoc accidit, quia est in aliquo non sicut quaedam pars esse ipsius. Et sic per prius et per plus accidentalitatis praedicatur accidens de ad aliquid quam de aliis generibus accidentis.

Generalissimum autem in huius praedicabilis coordinatione est ad aliquid vel relativum vel minus proprie, ut dicunt quidam, relatio. Sed notandum quod nullo nomine ita expresse significatur | generalissimum sicut per hoc, quod est ad aliquid, quod est praepositio cum suo casuali. Hoc enim duo importat, quae sunt in relativis, diversitatem scilicet per transitionem, quam notat praepositio, et terminationem comparationis, quam notat casus accusativus, cum dicitur 'ad aliquid'.

Et si obicitur quod in nomine hoc, quod est 'ad aliquid', non importatur id quod comparatur ad aliquid nec etiam ratio comparationis, sed tantum diversitas comparatorum et id ad quod refertur comparatio,

CaO1P1BrShSiV1 pap 15 *Sh* f. 46ra 65 *Ca* f. 47ra

3 propterea] praeterea *BrV1* 4 habet] comparationem *add. Br* | comparationem] in comparatione *CaO1P1Br* 7 pater] patet *p* | quod] qui *O1* quidem *Br* | super *om. pap* 9 activa] activi *Sh* 11 in subiecto *in marg. Sh*[1] | subiecto] substantia *O1* | inducit] reducit *pap* 12 compositionis] comparationis *pap* | generat] generatur *pa* generavit *p* 13 quod[2] *iter. Sh* 14 quod[2]] ut *Sh* | generans] generalis *P1* 15 aliquid *om. Sh* 17 fit huiusmodi *inv. ShV1* 18 quae – sunt] sicut materia *pap* | materia *ex* forma *corr. in marg. O1*[1] 19 quae *om. Sh* 19–20 compositionis] compositionem *Br* comparationis *pap* 21 aliorum generum *inv. Sh* | accidentis] accidentium *Br* | etiam] actu *add. et exp. Sh* 21–22 aliquando fundetur] profundetur aliquando *Sh* 23 sicut] substantiae *CaO1P1 om. pap* ut *Br* 26 affert] aufert *Si* | compositionem] comparationem *pap* 27 quae] cum *add. O1* 27–28 diximus] dixi *Sh* 29 tamen] talem *CaO1P1BrV1* 31 praedicamentum] praedicamentis *Br pap om. Si* | modus] modo *pa* 35 et] per *add. Sh* 36 de[1] *om. CaO1P1* | ad *om. V1* 39 ad hoc *om. pap* 44 significant] significat *Ca* 49 quaedam[1]] quaelibet *pap* | et – sunt *om. Br* | sunt[2] *om. Sh* 50 quidem] participatur *add. V1 om. Br* 51 illa] ista *Si* 52 ea] illa *pap* | aliquo] alio *ShSi* | absolute] absoluto *pap* | Et] sic *add. Br* 54 praedicationem participant *inv. Sh* 54–55 converso] vel aeque *add. Br* 57 quod – comparabilitate] accidens comparabile *Br* | accidit *ShSi* accidens *Ca(Br)* est accidens *O1P1V1 pap* 58 quod solum *iter. Ca* | aliquo] alio *pap* | non *om. Br* 59 pars *om. CaP1* | pars esse] forma *Br* | sic *om. pap* | per[2] *sup. lin. Sh*[1] 59–60 plus – accidens] posterius accidens praedicatur *Br* 61 generibus] generis *sup. lin. P1* 63 vel[2]] ut *add. Si* 64 quidam *in marg. Sh*[1] 65 generalissimum] relativum *Si* 67 suo *om. pap* | casuali] causali *O1* | Hoc] haec *SiV1* | importat] important *SiV1* 67–68 relativis] relatis *Sh* relativo *pap* 71 ad *om. O1* 72 comparatur] est *Sh* 73 tantum] tunc *CaO1P1 exp. O1* 74 et] ad *Br*

27 Supra v. 1. – 64–67 Sed – casuali: Cf. Kilw., Super Praed. (ed. Conti p. 75 v. 10): 'propriissime significatur hoc genus per praepositionem cum suo casuali'.

dicendum quod hoc ⟨est⟩ quod competentius potest importari in nomine. Comparatio de se et ratione sua formali est ad aliud, et id quod comparatur ad aliud, non est nisi materialiter in ipsa. Nomina autem imponuntur ab eo quod formaliter significatur in ipsis, et non ab eo quod est in eis ut materiale; ratio autem comparationis, ut ANTE dictum est, non respicit comparationem nisi ut causa et non ut forma, et ideo non debet significari in nomine, quia est extra formam illam, a qua imponitur nomen. Et ideo aptius nominatur hoc genus nomine 'ad aliquid' quam aliquo alio nomine, quo possit nominari.

Et sciendum quod, ut dicunt PORPHYRIUS et ALEXANDER, Plato invenit hoc nomen, cum ante relatio tantum vocaretur. Relatio autem nominari non debet, quia, sicut nec alia genera in abstracto significata praedicabilia sunt, ita nec istud. Abstracta enim significant essentias simplices, quae secundum hoc, quod sic significantur, non sunt formae totius esse significativae et notiones alicuius totius esse ipsius totum essentiale vel accidentale significantes. Ab antiquis autem relativum dicebatur, quod, ut dictum est, emendavit Plato, considerans quod relativum est dictum quasi antecedentis reductivum, ut dicitur in GRAMMATICIS, et hoc non consideratur in comparatione nisi materialiter. Id autem ad quod refertur est sicut finis, qui formalis est, in eo quod terminat et finit comparationem, propter quod melius ad aliquid quam relativum nominatur.

Habet ergo istorum praedicabilium coordinatio ad aliquid pro generalissimo. Ad aliquid autem dici secundum id quod sunt et ad aliquid dici *quomodolibet ad aliud* sunt prima dividentia generalissimum et cum eo subalterna genera et species constituentia; ut specialissimum autem habet ad aliquid *quaecumque hoc ipsum quod sunt* ad aliquid sunt, ut individua autem habet hoc sic ad aliquid esse et illud sic, ut pater, filius, dominus, servus.

Attendendum autem valde est quod quaedam significant comparationem eorum quae sunt ad aliquid, ut conceptam tantum, et illa dicuntur absolute, sicut hoc ipsum quod dico 'relatio' vel 'comparatio', et ideo illa non referuntur ad aliquid, sed absolute dicunt suas significationes. Alia significant relationem ut exercitam et secundum actum comparatam | sicut 'ad aliquid' vel 'relatum'. Quaedam etiam significant eam ut in potentia ad exercendum, sicut hoc ipsum 'relativum', quod potentiam activam ad referendum significat. Et ex hoc iterum apparet quod aptissime hoc genus vocatur 'ad aliquid', minus apte 'relativum'. Sed cum dicitur 'relatio', minimum habet congruentiae nomen illud.

Ex hoc iterum ulterius patet ratio ordinis vera, quare post praedicamentum quantitatis inter genera accidentium praedicamentum hoc est ordinandum. Quia scilicet quantitas propinquissima est substantiae, cum substantia ordinanda est; propter quod etiam quantitatis diffinitiones quamvis concernant materiam, non tamen concernunt hanc vel illam sensibilem, et sunt propter hoc de quantitate mathematicae scientiae. Aliorum autem accidentium diffinitiones et passiones concernunt materiam sensibilem et habent plus de accidentalitate et minus appropinquant ad substantiam. Et cum inter illa plus habeat de accidentalitate ad aliquid, ut DICTUM EST, merito primo ponitur inter illa. Et hoc dico salva pace BOETHII, qui aliam causam assignat huius ordinationis. Dicit enim quod, quia in ordine discretae quantitatis est primum et secundum, quae relationem et comparationem dicunt, et quia etiam in praedicamento substantiae resultant genus et species, quae sunt relativa, ideo statim post ista duo ponitur relatio, quamvis qualitas secundum naturam qualitatis sit ante relationem. Quae ratio non est sufficiens, sicut cuilibet bene consideranti facile patere potest.

CaO1P1BrShSiV1 pap 42 *Sh* f. 46rb

1 est *suppl. editor* | quod[2] competentius *inv. CaO1P1BrSh* 2 Comparatio] comparativo *Br pap* 3 aliud[1]] aliquid esse *O1 in* aliquid *corr. O1*[1] | aliud[2]] aliquid *O1P1V1* 4 nisi *om. V1* | in *om. pa* | ipsa] illo *Si* ipso *Br p* 4–8 ipsa – in *om. (hom.) Br* 5 ipsis] eis *Si* 8 ideo] etiam *add. V1 pap* 12 sciendum] dicendum *Br* 13 ante] autem *CaO1P1 om. pap* | tantum] num *Ca* tunc *O1P1 pap om. Br* 19 totum] esse *add. Br* 20 autem *om. Sh* 21 considerans *om. Si* 22 relativum – quasi] ut dictum est relativum est *Br* 26 propter *om. Sh* | quod *om. Ca* | melius] enim *add. pa* 30 quomodolibet] quolibet *P1* 31 cum] est *CaO1P1* sunt in *Br* 33 quaecumque *editor cum Arist. Lat.* quorum *codd., edd., dub. Sh* | ad[2] *om. O1Si* 34 sunt] sit *P1* | autem habet *inv. Sh* | ad *om. CaO1P1Sh* 35 illud *in marg. Sh*[1] 37 eorum *om. pap* 38 conceptam] conceptum *O1Br pap* | absolute] absoluta *p* 40 non *sup. lin. Sh*[1] | absolute] absolutas *CaO1P1BrV1 pap* 41 Alia] autem *add. O1* | significant] dicunt *Sh* 42 comparatam] comparationem *Si* | sicut] sic istae *pa* ista *add. p* 43 relatum] relativum *Br p* | etiam] autem *O1* enim *Br* 44 ad *om. Sh* | relativum] relatum *O1SiV1* 45 significat] signa *pa* 46 apparet] est *SiV1 pap om. CaO1P1* 46–47 vocatur – aliquid] ad aliquid vocatur *Sh* 47 aliquid] et *add. pap* 48 habet congruentiae *inv. Sh corr. Sh*[1] 49 vera *om. p* | quare] quod *pap om. CaO1P1Br* 50 post] pocius *Sh* 50–51 quantitatis – praedicamentum *om. (hom.) P1 corr. in marg. P1*[1] 51–52 scilicet] enim *SiV1* 56 quantitate] necessitate *p* sunt *add. Ca* | mathematicae scientiae *inv. Sh* diffinitiones mathematicae *Br* | scientiae *om. Ca* 57 accidentium *in marg. Br om. Sh* 58 habent] habens *P1* | accidentalitate] accidente *Br* 60 habeat] habet *pap* 61 primo ponitur] praeponitur *p* 63 Dicit] dico *Sh* 65 etiam *editor* causa *CaP1* tamen *O1* etiam resultat *Br* tam *ShV1 pap* | etiam – praedicamento] in praedicamento tam *Si* | substantiae] quam quantitatis *add. V1* quantitatis *add. Si* quam in praedicamento quantitatis *add. pap* 66 resultant] resultat *CaO1P1V1* inter *Br* 69 bene] unde *pa* 70 patere potest] patet *Br*

7 Supra p. 82 v. 1. – 12–13 Immo: Boeth., In Cat. Arist. l. 2 (PL 64, 217C): 'Huiusmodi autem diffinitio Platonis esse creditur, quae ab Aristotele paulo posterius emendatur'. Vide infra v. 21 et p. 85 v. 3sq. De Alexandro nihil invenitur. – 22–24 Grammatici: Prisc., Inst. gramm. l. 17 c. 56 (ed. Hertz II p. 141–142). Cf. Petrus Hisp., Tractatus (Summule logicales) tr. 8 c. 1 (ed. de Rijk p. 185 v. 6–7): 'relativum est rei ante late recordativum (…) ut vult Priscianus'. – 29–34 Ad – sunt: Cf. supra p. 82 v. 46 et infra p. 85 v. 3sq. – 36–43 Attendendum – relatum: De distinctione inter relationem ut conceptam et ut exercitam vide Alb., Metaph. Ed. Colon. t. 16, 1 p. 267 v. 61–67. – 60 Supra p. 83 v. 48–61. – 62 Boeth., In Cat. Arist. l. 2 (PL 64, 211A–B, 216D–217A).

Cap. 3. De diffinitione dicente quid est ad aliquid secundum Platonem

Ad aliquid autem secundum diffinitionem, quam PLATO dedit, sic diffinitur: *Ad aliquid talia dicuntur quaecumque hoc ipsum quod sunt, aliorum dicuntur, vel quomodolibet aliter ad aliud*, supple, dicuntur. Et quod dicit PLATO quod 'ad aliquid talia dicuntur' et non dicit 'haec' vel 'illa', notat quod ad aliud non refertur substantia sola, quia non est in substantia, ut substantia est, causa relationis, sed substantia cum forma accidentis, quae est causa relationis, refertur ad aliud, et ideo dicit 'talia' et non dicit 'haec' vel 'illa'. Quod autem dicit 'dicuntur', notat quod diffinitur ut praedicabile, quod per dici et non per esse habet diffiniri, et ideo dicit 'dicuntur' et non dicit 'sunt'. Quod autem addit 'quaecumque', notat quod semper in diversitate et pluralitate eorum, quae ad invicem ad convertentiam dicuntur, consistit relatio. Quod autem addit 'hoc ipsum quod sunt', notat ea quae secundum esse sunt relata ad alia. Secundum esse autem relata sunt ad alia, quae non habent aliud esse nisi relationis sive ad aliquid, sicut 'pater', quod in nullo genere accidentis habet aliud esse nisi paternitatis, cuius esse totum est ad alterum et non fundatur super aliud aliquod esse accidentis, sicut 'aequalis' vel 'similis', quod fundatur vel super unam quantitatem, quae est in pluribus, vel super unam qualitatem, quae est in pluribus, et sicut 'idem', quod praesupponit unam substantiam, in qua fundatur. Sed 'pater', 'filius', 'dominus', 'servus' et quaecumque ex seipsis non dicunt nisi accidens comparationis ad aliud, illa, secundum hoc quod sunt, aliorum dicuntur genitive, quia genitivus secundum suum nomen dicit id quod est alterius sicut finis et termini, in quo finitur generatio, et sic est ad aliquid aliorum, ut patet ex prius habitis. Quod autem addit 'dicuntur', dicit propter modum praedicandi, quem specialem inter genera habet accidentium.

Quia autem non omnia comparata ad aliud sunt hoc modo aliorum, nec dicuntur hoc modo aliorum, sed etiam dicuntur secundum alios casus ad aliquid ut secundum dativum et accusativum et ablativum, quae non ⟨sunt⟩ adeo vere comparata ad aliud secundum totum esse suum, et tamen aliquo modo sunt ad aliquid sicut 'illi' vel 'ad illud' vel 'ab illo', ideo necessarium fuit per disiunctivam coniunctionem coniunctam et congregatam esse diffinitionem, per quam quidem orationis notaretur coniunctio, sensus vero disiunctio; et sic notaretur divisio eorum, quae sunt ad aliquid, quae sunt duorum modorum. Et ideo subiungit 'vel quomodolibet aliter ad aliud', supple, dicuntur, hoc est secundum aliorum casuum habitudines, et quae non adeo vere sunt relativa, quod secundum totum esse suum sint ad aliud, sed fundantur in quodam esse, quod non est ad aliud, sicut DIXIMUS.

Haec autem diffinitio declaratur exemplorum positione et eorum quae sunt ad aliquid inductione. Eorum enim *quaecumque hoc ipsum quod sunt, aliorum* vel alterius sunt secundum genitivum casum, exemplum est *ut maius*, quod ratione comparationis, quam dicit, secundum *id quod est, alterius* est. Est enim maius minoris maius et

6 a 36 – b 14 (Arist. Lat. 58,23–59,7): Ad aliquid vero talia dicuntur quaecumque hoc ipsum quod sunt aliorum dicuntur, vel quomodolibet aliter ad aliud, ut maius id quod est alterius dicitur (aliquo enim maius dicitur), et duplum id quod est alterius dicitur (alicuius enim duplum dicitur); similiter autem et alia quaecumque sunt huiusmodi. At vero sunt etiam et haec ad aliquid, ut habitus, affectus, disciplina, positio; haec enim omnia quae dicta sunt hoc ipsum quod sunt aliorum dicuntur et non aliter ad aliud; habitus enim alicuius habitus est, et disciplina alicuius disciplina, et positio alicuius positio; sed et alia similiter. Ad aliquid ergo sunt quaecumque hoc ipsum quod sunt aliorum dicuntur vel quomodolibet aliter ad aliud; ut mons magnus dicitur ad montem alium (magnum enim ad aliquid dicitur), et simile alicui simile, et omnia talia similiter ad aliquid dicuntur. Sunt autem et accubitus et statio et sessio positiones quaedam, positio vero ad aliquid est; iacere autem vel stare vel sedere ipsae quidem positiones non sunt, denominative vero ab his quae dictae sunt positiones nominantur.

CaO1P1BrShSiV1 pap

5 ipsum] nomen *P1* 6 supple, dicuntur *in nota p* | quod[2] *om. Sh* 7 notat] nota *CaO1P1Sh* in hoc notat *in marg. Br*[1] 8 aliud] aliquid *O1* 9–10 sed – relationis *om. (hom.) O1 corr. in marg. O1*[1] | substantia] est forma et *add. Si* 10 relationis] quae est causa accidentis et *add. Si* 11 dicit[2] *om. O1* 14 et[2] – sunt *om. Si* 15 addit] addunt *Si* 18 addit] addunt *Si* 19–20 Secundum – alia *om. (hom.) P1* | relata[2] sunt *inv. Sh* 20 nisi] quam *pap om. Sh* 21 quod] qui *O1 om. pap* | in] de *Br* 22 habet – esse] esse habet *Br* | aliud] aliquod *Sh* 25 unam quantitatem *inv. Sh* 28 pater] et *add. O1* | dominus] et *add. O1 pap* 32 termini] terminus *Si post corr. O1 pap* 33 finitur] est *add. O1* 37–38 ad – aliorum] sunt ad aliud *Br* 38 nec – aliorum *om. (hom.) p* 38–39 sed – casus *in marg. P1* 39–42 ut – modo *illeg. Si* 41 sunt *suppl. editor cum Si pap* | comparata] sunt *add. sup. lin. Br*[1] | aliud] aliquid *Sh* 43 illud] aliud *P1* aliquid *Br* 44–45 congregatam] aggregatam *BrSh* 46 notaretur] vocaretur *O1* 46–47 notaretur] vocaretur *O1* 47 divisio] ipsorum vel *add. Br* 49 supple *om. pap* 50 habitudines] habitudinem *pap* | non *om. pa* 51 relativa] ita *add. pa* | aliud *in* aliquid *corr. in marg. Sh*[1] 52 aliud] aliquid *Sh* 57 genitivum] genus *Br* 59 enim *sup. lin. Sh*[1] | minoris] minore *Br* vel minore *add. p* vel maiore *add. pa* | maius[2] *om. P1*

61 id[2] – est *Ch post* dicitur[3] *ed.* 63 aliter – aliud *CsCh* aliud aliquid *ed.* 65 hoc ipsum *Ch* id *ed.* 66 Sunt *CsCh* Est *ed.* 67 positiones[2] *Ch post* non sunt *ed.* 68 dictae *CsVa a* dicta *ed.*

3–4 Vide supra p. 84 v. 13. – 6–34 Et – habitis: Cf. Kilw., Super Praed. (ed. Conti p. 75 v. 32 – p. 76 v. 10). – 24–28 sicut – fundatur: Cf. Arist., Metaph. l. 5 c. 15 (1021 a 11–12). – 53 Supra p. 82 v. 12–14.

minus maioris minus, vel maius minore maius vel minus maiore minus, quia Graeci non habent ablativum, sed genitivo utuntur tam pro genitivo quam pro ablativo. *Maius* igitur secundum *id quod est, alterius dicitur; aliquo enim maius dicitur*. Secundum exemplum est ut *duplum*; hoc enim secundum *id, quod est, alterius dicitur; alicuius enim* sicut dimidii vel subdupli *duplum dicitur*. Est enim duplum dimidii vel subdupli duplum, et subduplum vel dimidium dicitur dupli subduplum vel dimidium, quod idem est.

Similiter autem secundum totum esse aliorum sunt *quaecumque sunt huiusmodi* sive his similia sunt. *At vero* secundum secundam partem diffinitionis *et haec ad aliquid sunt*, quamvis non ita vere et ita perfecte sicut alia, quae dicta sunt. Sunt autem exempla illorum *ut* | *habitus, affectus, disciplina, positio. Haec enim omnia, quae* exemplariter *dicta sunt, hoc ipsum quod sunt*, secundum comparationem *aliorum dicuntur, et non* dicuntur *aliter ad aliud*, nisi per hoc ipsum quod sunt, quia nomina eorum imposita sunt a tali comparatione, sed dicuntur secundum alios casus. *Habitus enim* dicitur secundum genitivum quidem casum; dicitur enim *alicuius habitus*, eo quod dicitur habentis habitus, et habens habitum | habens dicitur secundum accusativum. *Et disciplina alicuius disciplina*, sed convertentia est secundum ablativum casum; dicitur enim disciplina disciplinati disciplina, sed disciplinatum non dicitur disciplinae disciplinatum, sed dicitur disciplinatum disciplina disciplinatum, per ablativum, per quem notatur habitudo causae formalis. Similiter *positio alicuius positio* est; est enim partium ordinatarum positio et positae partes sunt positione positae, quia partes ordinatae in toto positione sunt ordinatae, et iterum fit conversio per ablativum. *Sed et alia* relativa *similiter* se habent.

Concludatur ergo per exempla declarata diffinitio dicendo: *Ad aliquid ergo sunt quaecumque hoc ipsum, quod sunt* et quod in eorum nomine importatur, *aliorum dicuntur* secundum genitivum casum, *vel quomodolibet aliter* secundum alium casum *ad aliud* se habent, *ut mons magnus dicitur*, non secundum genitivum vel dativum, sed secundum accusativum *ad alium montem* comparatus; *magnum enim ad aliquid* secundum accusativum *dicitur*. Et simile ad aliud dicitur simile secundum dativum casum; dicitur enim *simile* simili *simile* et aequale aequali aequale et idem eidem idem, et e converso. *Et omnia talia*, quaecumque secundum aliquem casum ad se invicem referuntur, *dicuntur ad aliquid* secundum similitudinem istorum.

Attendendum tamen est quod in quibus dativus habitudinem unam et eandem dicit cum genitivo, quod in illis in genitivo et dativo unus modus est relationis sive eorum quae sunt ad aliquid, ut pater filio vel filii et filius patri vel patris.

In his tamen posset esse deceptio, quia dictum est quod *accubitus et statio et sessio* et similia *positiones quaedam sunt*, et ordinatio partium in toto, et dictum est quod *positio ad aliquid est*; sed ab his sumpta *iacere* et *sedere* et *stare* et accumbere, quae dicunt accidens inclinatum ad subiectum verbaliter ut actum significatum, *positiones non sunt* secundum suum nomen, *sed denominative sunt dicta* verbaliter *ab his, quae* vere *sunt positiones* ut sessio, statio et accubitus. Sedet enim, cui inest sessio ut actus, et stat, cui inest statio ut actus, et accumbit, cui inest accubitus ut actus; cui autem inest, per id quod inest, recipit denominationem vel nominaliter vel verbaliter vel participialiter, ut sedet sive accumbit vel sedens, stans, accumbens. Et haec non dicuntur ad aliquid, quia sedens vel qui sedet ad nullum comparatus sedet. Et similiter est de aliis, quae per eundem modum dicuntur.

Haec igitur diffinitio est Platonis eorum quae sunt ad aliquid, quam tamen secundum aliquid calumniatus est Aristoteles, sicut patebit in SEQUENTIBUS, eo quod secundum eam quaedam substantiae videntur esse ad aliquid, sicut in sequentibus huius tractatus ostendetur.

CaO1P1BrShSiV1 pap 15 *Sh* f. 46va 23 *Ca* f. 47va

1 maioris] maiores *Ca* maiore *Br* minoris vel maiore *pa* vel maiore *add. p* 1–2 vel[1] – minus *om. pap* 1 minore] minoris *V1* | vel[2]] et *V1* 2 maiore] minore *BrSi* maioris *V1* 4–5 alterius – dicitur] est alterius sive dicitur aliquo (aliquo est *pa*) maius *pap* 6 enim] est *pap* | enim – id] ipsum *O1* 6–7 alicuius – dicitur *om. (hom.) P1 corr. in marg. P1*[1] 7–8 dicitur – duplum *om. (hom.) O1* 7–10 Est – est *om. pap* 8 subdupli – et *om. P1* 12 sunt[2]] sint *pa om. SiV1 p* 12–13 At – secundam] ad secundam vero *Br* 13 haec] hoc *CaO1 om. Br* | sunt *in marg. Sh*[1] 15 Sunt[2]] dicunturque *pap om. Br* | autem *om. CaO1P1Br pap* 17 secundum] ipsum *add. pa* ipsam *add. p* 18 aliud] aliquid *O1Sh* | nisi] non *pa om. p* 19 a] de *CaO1P1Br pap* 21 dicitur] dupliciter *O1* | secundum – casum *om. O1* | quidem *om. pap* 22 dicitur[2]] alicuius *add. Br* 23 habens[2] dicitur *om. O1* 23–24 accusativum] casum *add. Si* 24 disciplina[2]] est *add. p* 25 est *om. pap* 26 disciplinati] disciplinate *Sh* 32 fit] sit *p* | conversio] ordinatio *O1* comparatio *Br* 33 et alia] ratio *pa* | relativa similiter *inv. pap* 34 diffinitio] ad aliquid *add. Si* 34–35 dicendo *om. pap* 36 eorum nomine *inv. CaO1P1Sh* 39 dicitur *om. pap* 40 montem] monte *Sh* 41 aliquid *Sh* aliud *cet. codd., edd.* 42 aliud] aliquid *pap* | simile] similiter *CaO1P1 pa* similiter *in marg. Sh*[1] 43 simili] ad aliud *Br* 44 eidem] idem *CaP1* 46 similitudinem] similem *pa* 47 tamen] autem *pap om. Br* | quod *om. pap* | dativus] dativis *P1* 48–49 quod – genitivo *om. (hom.) P1 corr. in marg. P1*[1] 49 relationis] in relatione *pap* 50 filii et *om. O1* 52 his tamen] illis *pa* 53 statio] saltus *Br* 54 ordinatio] ordinationes *O1* | dictum – quod] notandum est quod sicut dictum est *Br* 55 sumpta] sunt *add. pa* quae sunt *add. p* habere *add. et exp. P1* | iacere – sedere *inv. Sh* | et[1] sedere *om. pap* 57 significatum] significant *Sh* 59 verbaliter *om. Br* | vere *post* positiones *transp. pap* | statio] status *Br* 60 enim] est *add. O1* 60–61 et – actus *om. (hom.) P1 p corr. in marg. inf. P1*[1] 61–62 et – actus *om. (hom.) V1* 63–64 participialiter] participaliter *O1 pa* 64 sive – vel] stat accumbit *p* 66 comparatus] comparatum *Br* 67 quae] quia *Sh* qui *pa om. Si* 69 aliquid[1]] aliud *pap* 71 videntur] dicuntur *Br*

2–3 Graeci – ablativo: Cf. Alb., Peri herm. l. 1 tr. 1 c. 1 (Ed. Paris. t. 1 p. 375a): 'Graeci ablativum non habent, sed genitivo utuntur pro ablativo'; IV Sent. d. 6 a. 4 (Ed. Paris. t. 29 p. 123b). – 70 Vide infra c. 8.

Cap. 4. De proprio eius quod est ad aliquid quod est suscipere contrarietatem

Sic itaque declarata diffinitione Platonis eorum quae sunt ad aliquid, manifestandum est hoc praedicamentum per sua propria consequentia ipsum, sive sint communia non proprie propria sive etiam proprie propria. Dicimus itaque quod *inest contrarietas in relatione*, sed non inest his, quae, secundum id quod sunt totum et perfectum, sunt aliorum, quae sola sunt vere et secundum totum suum esse ad aliquid, sed est secundum alia, quae secundum aliquid sui sunt relativa et secundum aliquid sunt alterius praedicamenti; et per illud, quod sunt alterius praedicamenti, inest eis susceptibile esse contrarietatis. Ut autem hoc pateat in exemplis, *virtus vitio contrarium est, cum utrumque eorum*, tam virtus scilicet quam vitium, aliquo modo *ad aliquid est.* Est enim virtus virtuosi virtus et virtuosus virtute virtuosus. Sic etiam *disciplina* est contraria *ignorantiae* et scientia inscientiae, cum tam disciplina quam scientia sint ad aliquid, quia disciplina disciplinati est disciplina et scientia scibilis est scientia, et disciplinatum disciplina disciplinatum et scibile scientia scitum.

Hoc autem est [id], ut diximus, ideo, quod nec virtus nec disciplina nec scientia secundum totum esse suum sunt alterius vel ad aliquid. 'Virtus est | habitus in medietate consistens' secundum suum esse, et sic est in praedicamento qualitatis et hoc modo suscipit contrarietatem. Addit autem supra rationem habitus electivi comparationem ad alterum sicut ad actum, in quo perfecta est virtus secundum optimum, et sic est alicuius virtus ut comparati ad actum per virtutis habitum et sic proprie est virtuosi vel studiosi virtus, sicut securis secantis vel aedificantis est securis vel instrumentum. Et similiter sic disciplina potest considerari, secundum quod est habitus cognitivus, et hoc est esse suum, per quod est in praedicamento qualitatis, et habet contrarium ignorantiam, non illam, quae est purae privationis, sed illam, quae est contrariae dispositionis secundum principia, hoc est illius, | qui dispositus et informatus est contrariis principiorum, et ideo ignorat. Et erit tunc disciplina habitus disciplinabilium sicut mathematicorum, et ignorantia contraria dispositio ad eadem. Scientia autem est habitus conclusionis, et similiter considerata ut habitus intellectivus est in praedicamento qualitatis, et sic suscipit contrarium et inscientia est contraria dispositio circa eadem. Utrumque autem horum supra esse talis habitus intellectivi addit esse virtutis intellectivae, quo potens efficitur quis ad actum intellectus, et sic est relativum, quia sic scientia est scientis potentia ad scibile et sic est disciplina disciplinati virtus ad disciplina perceptibile, et quoad hoc esse non habet contrarium.

Ex hoc patet quod non est simile de albo, quod quidam dicunt de albedine, quod ita possit dici quod albedo sit albi albedo et album albedine album, et sic possit dici relatio. Ex hoc enim quod aliquid sit alicuius, ad hoc quod sit relativum, oportet quod ipsius sit ut perfecti vel instructi ad alterum et quod sit ab ipso ut instrumentum vel organum. Sic autem non est albedo albi, sed est albi ut forma tantum nec perficit ad actum, qui sit eius quod est album, sed agit in ipso proprium albedinis actum, qui nullo modo est actus eius quod est

6 b 15–19 (Arist. Lat. 59,8–11): Inest autem et contrarietas in relatione, ut virtus vitio contrarium est, cum sit utrumque horum ad aliquid, est, et disciplina ignorantiae. Non autem omnibus relativis inest contrarietas; duplici enim nihil est contrarium, neque vero triplici neque ulli talium.

CaO1P1BrShSiV1 pap 25 *Ca* f. 47vb 39 *Sh* f. 46vb

1 proprio] prima proprietate *Br* 2 quod] quae *Br* 3 Sic] hic *Br* 7 itaque] ergo *Sh* 10 suum *om. Br pap* | sed] immo *Br* 11 sui *om. O1 p* 12 illud] id *pap* 13 eis *om. pap* 15 contrarium] contraria *Br* 16–17 virtuosi – et] virtuali et virtus *CaP1* 17 Sic] sicut *V1* | Sic etiam] et sic *O1* | etiam] enim *pap* 19 sint] sit *P1Br* 21 disciplina *ex* disciplinatum *corr. Ca*[1] est *add. pap* | scibile] scitum *Br* 22 scitum] scibile *pap* 23 Hoc] huius *p* | id *del. editor* ita *SiV1* | ut] quod *O1P1 pap* | ideo] ratio *pap* 24 scientia] sed *add. P1* 25 aliquid] aliud *Sh* | Virtus] enim *add. SiV1* siquidem *add. pap* 25–26 in medietate] immediate *CaO1P1Br* | medietate] mente *pap* 28 electivi] electiva *Ca* electivam *O1P1Br* electi *V1* relativam *pap* 30 est[1] *iter. Ca* | secundum] oppositum *add. Si* 31 actum] alterum *SiV1 ex* optimum *corr. O1*[1] 32 virtuosi] virtutis *CaO1P1* 32–33 secantis – securis *om. (hom.) P1 corr. in marg. P1*[1] 34 sic] sicut *P1 pap om. Si* 36 est *om. pap* | qualitatis] reponitur *add. pap* 36–37 contrarium] contrariam *O1* sibi *add. Br* | contrarium ignorantiam] ignorantiam contrariam et *pap* 37 non] ut *O1* 39 est[1] *sub lin. Sh*[1] 40 contrariis] habitibus *add. Br* 41 disciplinabilium] disciplinabilis *CaO1P1 pap* 42 eadem] eandem *p* 44 intellectivus] intellectus *pap* 44–45 et sic] tunc *Br* 45 inscientia] necessario *(in lac. Ca)O1P1Br pap* | est contraria *inv. Sh* | contraria] necessaria *pap* 46 eadem] eandem *pap* | Utrumque] utrum *CaP1* 47 intellectivi] intellectivum *Br* intellectui *pa* intellectus *p* | virtutis] virtutem *Si* 48 quo] qua *pap* | potens] potius *Br* | intellectus] intelligentis *Br* 50–51 et – perceptibile *om. O1* 50 disciplina[2] *editor* disciplinam *codd., edd.* 51 perceptibile] perceptibilem *V1* | et] in *V1* 52–53 quidam] quidem *Sh* 53 dicunt] et *add. Br p* | dici] relative *add. V1* 55 possit *CaSh* posset *cet. codd., edd.* | relatio] relative *Si pap* 57 instructi] instrumenti *BrSh pap* | quod sit *in marg. Sh*[1] 58 Sic] si *V1* | non est *in marg. post* albi *transp. Sh*[1] *om. CaO1P1* 59 sed] hoc *O1* | forma tantum] formatum *O1* formativum *P1Br pap* vel forma tantum *sup. lin. Br*[1] 60 quod] quid *Si*

25–26 Virtus – consistens: Arist., Eth. Nic. l. 2 c. 6 (1106 b 36–1107 a 1). – 36–40 et – ignorat: Cf. Kilw., Super Praed. (ed. Conti p. 83 v. 26–27): 'Sed ignorantia dispositio est contraria; est enim habitus contrarius scientiae'. – 51 disciplina – perceptibile: Cf. Porph., Isag. (Arist. Lat. I, 6–7 p. 51 v. 23–24): 'homo est animal disciplinae perceptibile'. Cf. infra p. 93 v. 14; Albertus hanc diffinitionem saepius allegat, cf. etiam De V univ. Ed. Colon. t. 1, 1a p. 8 v. 20–21, p. 76 v. 51, p. 83 v. 2–3, p. 85 v. 2, p. 108 v. 37, p. 125 v. 2–4, p. 126 v. 25–26; De homine. Ed. Colon. t. 27, 2 p. 466 v. 20; De animal. l. 22 tr. 1 c. 5 n. 12, l. 21 tr. 1 c. 6 n. 42 (ed. Stadler p. 1354 v. 33, p. 1343 v. 28–29); Top. l. 2 tr. 2 c. 2 (Ed. Paris. t. 2 p. 316b); III Sent. d. 5 a. 5 et d. 10 a. 2 (Ed. Paris. t. 28 p. 104a et 191a). Hanc diffinitionem falso Aristoteli attribuit in Polit. l. 7 c. 11 (Ed. Paris. t. 8 p. 709b): 'ponit Aristoteles in Topicis quod homo est animal disciplinae perceptibile'.

album. Albedinis enim actus est 'disgregare visum', et ille actus non est albi, hoc est eius quod est album. Sic autem non est de virtute et disciplina et scientia, quae, ut virtutes electivae vel intellectivae, sunt instrumentalia et organica quaedam ad actum rationis vel electivae voluntatis, et ideo supra esse habitus addunt rationem et rem relationis. Et sic est de affectu ad affectibile; quia affectus dicit instrumentaliter expediens voluntatem ad hoc quod inclinetur ad volitum et inhaereat illi; et ideo affectus est affecti ad affectibile affectus et habet modum eius quod est ad aliquid, quamvis non secundum totum esse suum sit ad aliquid.

Sic ergo relativa quantum ad modum relativa existentia, et non secundum veritatem sui esse, suscipiunt contrarietatem. Sed hoc proprium nec soli nec omni convenit. Soli quidem non convenit, quia convenit qualitati; non omni autem convenit, quia non convenit relativis, quae secundum totum esse et secundum veritatem et non secundum solum modum sunt ad aliquid. Duplo enim sive *duplici*, quod secundum veritatem est relativum, et similiter *triplici* et subduplici sive dimidio et subtriplici *nihil est contrarium, neque* alicui *talium*, quae secundum totum id quod sunt, ad aliquid sunt, sicut pater, filius, frater, soror, dominus, servus et alia his similia. Sic ergo nec omni nec soli convenit ista proprietas, sed convenit quibusdam, quae secundum modum solum sunt ad aliquid.

Cap. 5. De proprio relativorum quod est suscipere magis et minus

Alia autem similis huic proprietas nec soli nec omni conveniens proprietas est, quae causatur ex ista, quae iam praemissa est, hoc est quod *videntur relativa et magis et minus suscipere*, quod inductione et per exemplorum positionem declaratur. *Simile enim et magis et minus dicitur*; unus enim magis et minus similis est alii, cui similis est et ad quem dicitur. Similiter autem *et inaequale magis et minus dicitur*; quamvis enim aequale sit uno modo | tantum, scilicet 'quod alteri superpositum nec excedit nec exceditur ', propter quod aequale secundum veritatem non suscipit magis et minus, tamen inaequale magis et minus est, secundum quod plus vel minus recedit ab aequalitate. Sed simile et dissimile utrumque recipit magis et minus sicut et album et nigrum, et iustum et iniustum. Sed non sic rectum et curvum, si vere et proprie sumatur rectum, ut diffinit Plato, 'cuius medium non exit ab extremis'; hoc enim significat ut in termino sicut et aequale; sed contraria illorum suscipiunt magis et minus secundum recessum ab illo quod significat rem suam ut in termino. Simile ergo et inaequale, sicut dictum est, *magis et minus* suscipiunt, *cum* tamen *utrumque sit relativum* secundum modum et non secundum totum esse. Simile enim ponit unam qualitatem subiectam similitudini, quae non est ad aliquid, et aequale ponit unam quantitatem subiectam aequalitati, quae non est ad aliquid, et per oppositum dissimile et inaequale diversas supponunt qualitates et quantitates, cum sint relativa secundum modum. *Simile enim dicitur alicui simile* et ad alterum, ⟨*in*⟩*aequale* autem *alicui* ⟨*in*⟩*aequale* et ad aliquid.

Hoc autem proprium non omnibus relativis convenit. *Non* ⟨*omnia*⟩ enim *relativa suscipiunt magis et minus*, sed ea sola quae secundum modum et non secundum totum esse sunt relativa. Unde *non omnia relativa* secundum unam similitudinem *suscipiunt magis et minus; duplex enim non dicitur magis et minus duplex* ad subduplex *nec aliquid talium* relativorum, quae secundum veritatem et modum simul sunt relativa.

6 b 20–27 (Arist. Lat. 59, 11–16): Videntur autem et magis et minus relativa suscipere; simile enim magis et minus dicitur, et inaequale magis et minus dicitur, cum utrumque sit relativum (simile enim alicui simile dicitur et inaequale alicui inaequale). Non autem omnia relativa suscipiunt magis et minus similiter; duplex enim non dicitur magis et minus duplex, nec aliquid talium.

CaO1P1BrShSiV1 pap 37 *Ca* f. 48ra

2 hoc] sed *Br* | est[2]] actus *add. V1* | quod] quo *Br* 4–5 sunt – quaedam] organa vel instrumenta quaedam sunt *pap* 6–7 et[2] rem *om. pap* 7 Et] sed *CaO1P1Sh* 8 dicit *om. O1* 9 et[1]] ut *Br* | et[2] *om. pap* 13 quantum ad] secundum *pap* | ad *om. CaP1Sh* 14 et *om. pap* | suscipiunt] recipiunt *V1* 15–16 nec[2] – convenit] nec semper omni convenit *P1* convenit nec omni *BrSiV1 pap* 16–17 qualitati] quantitati *pap* 18 totum *om. O1P1SiV1 pap* 21–22 sive – subtriplici] et huiusmodi *pap* 22 neque] eritque *CaO1P1 pa* similiter *praem. Br* 23 totum *om. Br* | totum – quod] id quod totum *O1* | sicut] sic *Sh* 24 alia] aliis *P1Si* 25 similia] similibus *P1* 28–29 proprio – quod] secunda proprietate quae *Br* 30 nec[1] *om. P1* 31 proprietas *om. BrV1* 31–32 quae[1] – est *om. p* 32 hoc] hec *Sh* | quod] quae *pa* 33 inductione] probatur *add. pap* 33–34 per – positionem] exemplorum (extremorum *pa*) positione *O1 pap* 34 declaratur *om. pap* 34–35 dicitur – enim] similiter etiam et *Br* 35 alii] alteri *BrSi pap* 37 enim] in *add. P1* 38 scilicet] secundum *O1 p* sed *pa* | superpositum] suppositum *O1P1BrSiV1 pap* | nec[1] excedit *om. (hom.) P1* 40 et[2]] vel *pap* 42 recipit] scilicet *add. pap* 44 Sed] sic *CaP1* | Sed – sic] sic ideo *O1* sic non *Br* 46 non – extremis *Sh* ab extremis exit *CaO1P1Br* ab extremis non exit *SiV1 pap* 47 sed] haec *pa* 49 ut *om. p* 50 sit] sic *Sh* 52 enim] autem *O1* 53–55 et – aliquid *om. (hom.) O1* 54 est] aequalitati *add. V1* 55–56 diversas] diversa *CaP1Sh* diversam *O1* 58 inaequale *editor* aequale *codd., edd.* | inaequale *editor* aequale *codd., edd.* | et[2]] ad alterum vel *add. Br om. pap* 61 omnia enim *editor cum V1 in marg. Sh[1] inv. Si* enim *cet. codd., edd.* | sed] secundum *CaO1P1* nisi secundum *pa* nisi *p* 64–65 duplex – ad] ut duplex *pap* 65 et] vel *CaSiV1* | nec] neque *Sh* | aliquid] aliquod *V1* ad *pa* 66 quae] quod *Sh* 67 relativa] reliqua *p*

1 Albedinis – visum: Cf. Arist., Top. l. 3 c. 5 (119 a 30–31); transl. Boethii: Arist. Lat. V, 1–3 p. 59 v. 20–22. – 38–39 Cf. Euclid., Elementa l. 1 pet. 7; transl. Adelardi versio I (ed. Busard p. 33 v. 80–81): 'Si aliqua res alii superponatur appliceturque ei nec excedat altera alteram, ille sibi invicem erunt equales'. Alb., Summa I. Ed. Colon. t. 34, 1 p. 364 v. 38–40 cum nota. – 44–46 De definitione Platonis cf. supra p. 64 v. 5.

Hoc autem proprium causatur ex praecedente, quia minus suscipere est plus habere de contrario, magis vero suscipere est minus habere de contrario. Multa autem accidunt relativis, quae secundum solum modum sunt relativa, quae non accidunt eis, quae secundum veritatem et modum sunt relativa, propter hoc quod inest eis etiam aliud, quod est alterius praedicamenti, | quod non inest aliis, quae secundum totum id quod sunt, relativa sunt, sicut ista duo consequentia, de quibus iam PERTRACTATUM EST.

Et similiter, quod quaedam eorum sunt relativa intrinseca et quaedam extrinseca. Dico autem relativa intrinseca, quae intra se claudunt per consignificata sua ea ad quae referuntur, quae dicuntur sua correlativa; sicut cum dicitur 'isti sunt similes', hoc est iste illi et ille isti, vel 'isti sunt aequales'; quod non est invenire in his, quae vere et secundum esse et secundum modum relativa sunt sicut pater et filius, et dominus et servus, et causa et causatum, et principium et principiatum et huiusmodi. Non enim dicitur 'isti sunt patres', ita quod iste illius et ille istius, vel 'ista sunt dupla', ita quod hoc ad illud et illud ad istud.

Obiciunt tamen QUIDAM contra ea quae dicta sunt de contrarietate, dicentes quod ARISTOTELES dicit quod motus secundum accidens in omnibus est; ergo motus secundum accidens est etiam in ad aliquid; et ubi est motus, est aliquo modo contrarium; ergo quae sunt ad aliquid secundum veritatem, aliquo modo suscipiunt contrarium. Ad quod dicendum est quod, quamvis motus secundum accidens sit in omnibus, tamen non est uno modo in omnibus. In ad aliquid ergo est motus, ut dicit ARISTOTELES, quia per motum inducitur, ut pater per generationem et huiusmodi, sicut simile per motum ad formam alii conformem.

Est autem attendendum quod haec duo propria – suscipere contrarium et suscipere magis et minus – ut in pluribus se concomitantur, quia suscipere magis et minus, ut DICTUM EST, causatur ex hoc quod ⟨est⟩ plus vel minus habere de contrario. Unde contingit quod, quamvis oppositio relativa non sit oppositio contrarietatis, nec e converso, et contraria numquam possint esse relative opposita, quod ex hoc patet, quia contraria nata sunt fieri circa idem, relative autem opposita circa diversa, et contraria non possunt esse in eodem simul actu, relative autem opposita possunt, dummodo respectus fiat ad diversa – est enim idem pater et filius respectu diversorum –, tamen relative opposita secundum modum et non ⟨secundum⟩ esse et veritatem, secundum id quod non sunt relativa, possunt habere contrarium et suscipere magis et minus, quia non habent unam simplicem oppositionem sicut contraria, | sed sunt duo, et ratione unius suscipiunt contraria et magis et minus, ratione autem alterius non.

Adhuc autem notandum quod inaequale recipit magis et minus, cum tamen quantitas, supra quam fundatur ad aliquid, magis et minus non suscipiat; et hoc ideo, quia hoc modo, quo ad aliquid fundatur supra quantitatem, est magis et minus in inaequalitate, sicut in quantitate, quae est numerus, est numerus maior et minor, ita inaequalior est, qui in pluribus partibus mensurae quantitatis ab aequali recedit, et ideo inaequale hoc modo dicitur magis et minus inaequale.

Si autem aliquis sic arguat: 'ubi est magis et minus, ibi possibilis est motus; sed in ad aliquid non est motus; ergo in ad aliquid non est magis et minus', iam ANTE ad hoc satis est responsum, quia in his quae sunt vere ad aliquid, non est motus, nisi sicut in his quae per motum inducuntur, et non sic quod termini motus sint ad aliquid. In his autem, quae sunt ad aliquid secundum solum modum, potest esse motus, non secundum quod sunt ad aliquid, sed secundum quod sunt in genere qualitatis, ut DICTUM EST. In talibus autem, quae sunt ad

CaO1P1BrShSiV1 pap 7 *Sh* f. 47ra 51 *Ca* f. 48rb

4 quae] quod *CaO1P1* quam *Si* 7 aliud] aliquid *pap* 8 quae] quod *O1P1* 9–10 pertractatum] sunt *add. p* 11 Et] est *praem. V1* | similiter] est *add. Si* | sunt *om. p* 13 claudunt] includunt *O1* | consignificata] significata *SiV1 pap* | ad *om. pa* 14 quae[2] dicuntur] qua dupliciter *pa* 15 hoc est *om. O1* | est *sup. lin. Sh*[1] 18 et[2] *om. Br pap* | et[4] *om. p* 18–22 et[4] – istud *illeg. Si* 19 et[2] *om. pap* | et[4]] alia *add. pap* 19–20 et[4] huiusmodi *om. Br* 21 et] vel *Sh* | vel] et *pap* 22 istud] illud et cetera *V1* 23 contra] quam *Ca* 25 in] praedicamentis *add. in marg. Br*[1] | in – est] est in omnibus praedicamentis *pap* 26 etiam *om. O1* 27 motus] ibi *add. Br* 28 veritatem] etiam *add. pap* 29 quod[2]] quam *Ca* 31 omnibus] generibus *add. in marg. Br*[1] 33 simile] sunt *CaO1P1Br om. pap* 34 ad] et *CaO1P1Br* 36–38 in – ut *om. (hom.) P1 corr. in marg. P1*[1] 37 concomitantur] comitantur *Ca* 38 est[2] *suppl. editor cum Br pap* 39 habere] habet *SiV1* 41 et] quod *pap* | possint] possunt simul *pap* simul *add. P1* | relative] relativa *Sh* 42 sunt *om. Ca* 43 idem *om. O1* | diversa *om. CaO1P1* 44 esse] circa idem nec *add. Si* | relative] relativa *pa* 46 enim *om. CaO1P1Sh* 48 secundum[1] *suppl. editor cum Br pap* 49 contrarium] contraria *pap* 52 contraria] contrarium *Sh* | et[1] *om. BrV1 pap* 58 in[1] *sup. lin. Sh*[1] | in[1] inaequalitate] et in aequalitate *V1* | inaequalitate] aequalitate *O1BrSi* quantitate *p* 59 quae] quod *O1* | numerus[2] *om. pap* 60 qui] quae *Si p transp. Br* 61 quantitatis] quae *add. Br* | recedit] recedunt *Br* 63 aliquis – ubi] hoc modo arguatur non *Br* | est] non *praem. pa* 64 ibi] nisi *praem. Br om. p* | ibi possibilis] impossibilis *pa* | est[1]] esse *add. in marg. Sh*[1] | in *om. pa* 65 in] etiam *pa* etiam *praem. p* | est *sup. lin. Sh*[1] | ante] autem *pap* etiam *add. Sh* 68 sint] sicut *P1* 69–71 In – aliquid *om. (hom.) Si* 71 ad] quod *Ca* 72 quae sunt *om. pap*

9–10 Supra p. 88 v. 13–27. – 23 Vide infra v. 63. – 24–32 Arist., Phys. l. 5 c. 1 (225 b 5–9), c. 2 (226 a 24–25). Alb., De V univ. Ed. Colon. t. 1, 1a p. 80 v. 57–60: 'motus per se non est nisi in tribus praedicamentis, quae sunt qualitas, quantitas et ubi. Per accidens autem in omnibus est, ut dicit Aristoteles'. – 38 Supra v. 1. – 39–42 Unde – opposita: Cf. Kilw., Super Praed. (ed. Conti p. 83 v. 4–6): 'quae oppositio relativa non est oppositio quae est contrarietas, etc.'. – 42–47 quod – diversorum: Cf. Kilw., Super Praed. (ed. Conti p. 83 v. 7–9). – 47–53 tamen – non: Cf. Kilw., Super Praed. (ed. Conti p. 83 v. 21–22). – 54–62 Adhuc – inaequale: Cf. Kilw., Super Praed. (ed. Conti p. 84 v. 3–10): 'qualiter aequale et inaequale recipit magis et minus, etc.'. – 63–65 Si – minus: Cf. Kilw., Super Praed. (ed. Conti p. 83 v. 29 – p. 84 v. 2). – 65–69 Supra v. 29–34. – 72 Supra p. 88 v. 30–67. – 72 – p. 90 v. 11 In – notandum: Cf. Kilw., Super Praed. (ed. Conti p. 84 v. 11–15).

aliquid, aliquando recipitur magis et minus secundum genus et non secundum speciem, quia inaequale est magis et minus, duplum autem et triplum non dicuntur secundum magis et minus; et hoc ideo, quia contraria est dispositio in specie, quae non est in genere. Non enim dicitur magis et minus duplum, quia certa mensura ponitur in specie, quae non ponebatur in genere inaequalitatis. Certa enim mensura est dupli vel tripli, quae non potest esse magis et minus; incerta autem importatur per inaequale, cui addi potest et minui. Hoc est igitur, quod circa ista duo propria est notandum.

Cap. 6. De proprio relativorum quod est dici ad convertentiam

Proprie autem proprium est relativorum, quod omni et soli et semper convenit ei quod est ad aliquid, sive secundum modum et veritatem sit ad aliquid, sive secundum modum solum, est *ad convertentiam dici*. Sed convertentia et convertibilitas et conversio in hoc differunt, quod convertentia dicit eorum, quae ad invicem referuntur, habitudinem, ut sicut primum refertur ad secundum, ita secundum referatur ad primum, sub eodem casu vel diverso, sicut in ANTEHABITIS dictum est. Convertibilitas autem proprii et speciei, cuius est proprium, quod sicut unum sequitur ad alterum, ita sequitur alterum ad primum, ut utrumque sit antecedens et consequens ad alterum. Conversio autem est in transpositione subiecti in praedicatum, et e converso, sub eadem quantitate et qualitate vel diversis.

Dici ergo ad convertentiam convenit his quae sunt ad aliquid secundum veritatem vel secundum modum; quod convenit omni et soli et semper, etiam si non aequaliter sint ad aliquid, sed unum per se referatur ad aliud et aliud | non per se sed mediante primo referatur ad primum, sicut scientia ad scibile per se refertur, scibile autem ad scientiam non refertur nisi mediante scientia. Hoc autem INFERIUS declarabitur.

Declaratur per exempla et inductionem quod ad aliquid ad convertentiam dicuntur, et primum in his quae secundum veritatem sunt ad aliquid. *Dicitur* enim *servus*

6 b 28 – 7 a 14 (Arist. Lat. 59, 17–61, 2): Omnia autem relativa ad convertentia dicuntur, ut servus domini servus dicitur et dominus servi dominus, et duplum dimidii duplum et dimidium dupli dimidium, et maius minore maius et minus maiore minus; similiter autem et in aliis; sed casu aliquotiens differt secundum locutionem, ut disciplina disciplinati dicitur disciplina et disciplinatum disciplina disciplinatum, et sensus sensati sensus et sensatum sensu sensatum. At vero aliquotiens non videbitur converti nisi convenienter ad quod dicitur assignetur; si enim peccet is qui assignat, ut ala si assignetur avis, non convertitur ut sit avis alae; neque enim prius convenienter assignatum est ala avis; neque enim in eo quod avis est, in eo ala avis dicitur, sed in eo quod alata est (multorum enim et aliorum alae sunt, quae non sunt aves); quare si assignetur convenienter, et convertitur; ut ala alati ala, et alatum ala alatum. Aliquotiens autem forte et nomina fingere necesse erit, si non fuerit nomen positum ad quod convenienter assignetur; ut remus si assignetur navis, non erit conveniens assignatio (neque enim in eo quod est navis, in eo eius remus dicitur; sunt enim naves quarum remi non sunt); quare non convertitur; navis enim non dicitur remi navis. Sed forte convenientior assignatio erit si sic quodammodo assignetur, remus remitae rei remus aut quomodo aliter dictum sit (nomen enim non est positum); convertitur autem si convenienter assignetur (remitum enim remo remitum est). Similiter autem et in aliis, ut caput convenientius assignabitur capitati quam si animalis assignetur; neque enim in eo quod animal est caput habet (multa enim sunt animalia capita non habentia). Sic autem fortasse facilius sumitur quibus nomen non est positum, si ab his quae prima sunt et ab his ad quae convertuntur nomina ponantur, ut in his quae praedicta sunt ab ala alatum. a remo remitum. Omnia ergo quae ad aliquid dicuntur, si convenienter assignentur, ad convertentia dicuntur; nam, si ad quodlibet aliud assignentur et non ad illud dicantur, non convertuntur. Dico autem quoniam neque horum quae indubitanter convertibilia dicuntur et nomina eis posita sunt, nihil convertitur, si ad aliquid eorum quae sunt accidentia assignetur et non ad ea quae dicuntur; ut servus si non domini assignetur servus, sed hominis aut bipedis aut alicuius talium, non convertitur (non enim erit conveniens assignatio). Amplius, si convenienter assignetur ad id ad quod dicitur, omnibus aliis circumscriptis quaecumque accidentia sunt, relicto vero solo illo ad quod assignatum est, semper ad ipsum dicetur; ut si servus ad dominum dicatur, circumscriptis omnibus quae sunt accidentia domino, ut esse bipedem vel scientiae susceptibilem vel hominem, relicto vero hoc solo quod

CaO1P1BrShSiV1 pap 33 *Sh* f. 47rb

1 recipitur] recipit *pap* 4 magis] maius *CaP1* | hoc] est *add. pap* | contraria] certa *pap* 7 specie] genere *add. Si* 8 vel] et *BrSh* | tripli] subtripli *pap* 9–10 importatur] ponitur *Br* 11 propria *om. O1* 12–13 proprio – quod] tertia proprietate quae *Br* 14 est *om. Br p* 15–17 sive – solum] sive secundum modum solum sive secundum modum et veritatem sit ad aliquid *pap* 15–16 sive – aliquid *om. (hom.) Br* ad aliquid secundum veritatem sive etiam *in marg. Br*^{1} 19 dicit] dicitur *pap* 19–20 referuntur] per *add. pap* 20 habitudinem *om. V1* 21 ita] quod *add. sup. lin. Sh* | referatur] refertur *O1BrSiV1 pap* referantur *Sh* 23 proprii] est *add. sup. lin. Br* | proprium] est *add. pap* 24 ad – sequitur *om. (hom.) P1 corr. in marg. P1*^{1} | sequitur^{2}] sequatur *Si* sequetur *p* 26 est *om. pap* 29 ergo] autem *Sh pap* 30 modum] tantum *add. pap* 31 quod] etiam *add. in marg. Br*^{1} | et^{1} *om. pap* 33 aliud^{1}] aliquid *pap* | aliud^{1} et] aliquid et ad *V1* | primo] principio *V1* 33–34 primo – primum] alio *Br* 34–36 per – scientia *om. Br* 35 non] nisi *CaP1* 37 Declaratur] autem *add. pap om. Br* | per – inductionem] exemplo et inductione *Si* | inductionem] inductione *O1P1* 38–39 ad – aliquid] ad aliquid dicuntur *Br*

40 convertentia] convertentiam *Alb.* 45 avis^{3} *CsCh* eius *ed.* 47 nomen positum *ChVa inv. ed.* 47–48 si^{2} – navis *ChVa* navis si assignetur *ed.* 50 rei remus *CsCh om. ed.* | quomodo *ChMü* quoquo modo *ed.* 52 fortasse facilius *ChVa inv. ed.* 55 aliud *CsCh a* illud *ed.* | assignentur *CsCh a* assignetur *ed.* | illud *ChVa a* aliud *ed.* | dicantur *CsCh a* dicatur *ed.* 58 ad^{2} *Cs om. ed.*

17–28 De differentia inter convertentiam, convertibilitatem et conversionem cf. Kilw., Super Praed. (ed. Conti p. 85 v. 29–25), quod Albertus erronee comprehendit. – 22 Supra p. 85 v. 54 – p. 86 v. 33. – 36 Infra p. 91 v. 18–33.

domini servus et dominus servi dominus e converso, *et duplum dimidii duplum et* e converso *dimidium dupli dimidium*; et hoc est secundum casum genitivum, qui maxime proprius est relativis. Quaedam etiam ad convertentiam dicuntur secundum ablativum ut *maius minore maius et minus maiore minus. Similiter autem* est *et in* omnibus *aliis*, quae quocumque modo sunt ad aliquid; omnia enim dicuntur ad convertentiam, quamvis diverso *casu differant* in relatione ad invicem *secundum* figuram *locutionis*, ut DIXIMUS, *ut disciplina dicitur disciplinati disciplina* secundum genitivum, sed e converso, oportet mutare casum, ut dicatur disciplinatum non disciplinae, sed dicatur *disciplinatum disciplina disciplinatum* secundum ablativum; disciplina enim refertur ad disciplinatum in habitudine genitivi, disciplinatum autem ad disciplinam in habitudine ablativi. Et similiter *sensus* dicitur *sensati sensus*, e converso autem sensatum dicitur secundum ablativum *sensatum sensu sensatum*. Et scientia dicitur scibilis scientia; quia vero scibile non dependet per se ad scientiam, | nisi in quantum de ipso est scientia, propterea non refertur ad scientiam nisi mediante scientia, ut dicatur scibile scientia scibile. Et similiter se habet sensatum ad sensum et in aliis talibus est similiter. In relativis enim sic est quod quandoque unum dependet ad aliud simpliciter et alterum non secundum seipsum dependet ad istud, nisi secundum quod stat sub forma primi, eo quod relatio non est aequaliter in utroque extremorum, sed in uno est secundum rem et in altero non est nisi secundum rationem, secundum quam primum refertur ad ipsum, et sic dicitur scientia scibilis scientia, et scibile non dicitur scientiae scibile, sed dicitur scibile scientia scibile, quia propter diversam habitudinem necesse est mutare genitivum in ablativum. Et similiter sensus sensibilis sensus dicitur, sensibile autem e converso dicitur sensu sensibile.

Quod autem numquam sub recto ad rectum fit convertentia, ideo est, quia rectus ad rectum non ponit transitionem sive diversitatem, quam semper exigunt relativa, sed rectus ad obliquum notat diversitatem. Si enim sic diceretur: 'scientia est scibile', falsa esset locutio et e converso. Mutationis autem casuum causa est mutatio habitudinum in casibus diversis consignificatarum. Cum enim dicitur 'scientia scibilis scientia', notatur quod scientia est scibilis ut subiecti vel obiecti, cum autem convertentia fit, ut dicatur 'scibile scientia scibile', notatur 'scibile scientia esse scibile' ut forma, quae ponitur circa ipsum, vel verius forma, quae a scibili causatur in sciente, qua scibile secundum formam efficitur in intellectu scientis.

Si QUIS autem obiciat quod tales modos constructionum considerare habet grammaticus et ad logicum non pertinent, dicendum quod secundum quod huiusmodi habitudines ex diversa fiunt constructione, considerat eas grammaticus, secundum autem quod voces in hoc significant diversas rerum praedicationes et praedicabilium modos, sic eas habet considerare logicus.

Sic igitur ad convertentiam dicuntur ea quae sunt ad aliquid. Est tamen in his aliquando in figura vocis impedimentum, quod quando removetur, convertentia fit secundum dictionem. Unde *aliquotiens videbitur* esse *non* verum quod relativa secundum convertentiam dicantur, dominus est, semper servus ad eum dicetur; servus enim semper domini servus est. Si vero servus non convenienter dicatur ad id ad quod dicitur circumscriptis omnibus aliis, relicto vero solo ad quod assignatum est, non dicetur ad ipsum; assignetur enim servus hominis et ala avis, circumscribatur ab homine esse dominum; non iam servus ad hominem dicitur (cum enim dominus non sit, servus non est); similiter autem et de avi, adimatur eam alatam esse; iam amplius non erit ala ad aliquid (cum enim non sit alatum, nec ala erit alicuius). Quare oportet assignari ad id quod convenienter dicitur; et si sit nomen positum, facilis erit assignatio; si autem non sit, fortasse erit necessarium nomen fingere. Si autem sic reddantur, manifestum est quoniam omnia relativa conversim dicuntur.

CaO1P1BrShSiV1 pap 19 *Ca* f. 48va

1 e] et *praem. BrSh* | e converso *om. pap* 2 dimidium[2]] dimidii *pa* 3 proprius] praepositus *pap* 6 autem *om. Br* | et] etiam *Br om. pap* | quae] in *Si* 8 differant] referantur *pap* 9 secundum] quam *CaBr* | ut[1] *om. Br* 11 dicatur *om. Br* 12 non – disciplinatum *om. (hom.) SiV1 pap* 15 ablativi] ad ablativum *Si* 16 e – autem] et e converso *O1* 17 sensatum[1] – ablativum] secundum ablativum dicitur *pap* 18 dicitur *om. pap* | vero *om. pap* 20 propterea] propter quod *Sh* 22–23 similiter – similiter] sensatum sensu sensatum et similiter in aliis talibus *O1* 22 se *om. pa* | se – sensatum] sensatum se habet *Sh* 22–23 talibus *in marg. Sh*[1] 23 similiter] similis *CaP1* simile *pap* | enim] autem *SiV1* 23–24 quandoque] quando *O1P1 pa* 24 non] si *CaO1P1* 25 dependet] dependeat *pap* | istud] aliud *pa* 28 rem] esse *pap* | altero] alio *pap* | est *om. ShSi* 29 et sic] ut *p* | sic *om. pa* 31 sed – scibile *om. (hom.) V1* | quia] et *Si* quae *p* 33 dicitur] est *O1* 34 sensu] sensum *pa* | sensibile[2]] ad rationem *add. Si* 35 fit] sit *pap* 36 ideo] ratio *pap* | ponit] ponitur ad *V1* 37 transitionem] transitionis *P1* transitus *pa* transitum *p* | exigunt] requirunt *Sh* 39 esset] esse *Ca* 40 autem] enim *Si* etiam *pap* 41 mutatio] multitudo *p* | mutatio habitudinum] multae habitudinis *pa* 41–42 consignificatarum] assignatarum *pap* consignificatorum *Sh* significatarum *Br* 42 scientia[2] *om. Br* 43 obiecti] directi *CaO1P1* 44 fit] sit *CaO1P1Br* | scientia] est *add. p* 45 notatur] quod *add. pa* | notatur – scibile *om. (hom.) p* | notatur scibile *om. (hom.) Si* | esse] est *CaO1P1 pa* 47 qua] quam *Br* quia et *Si* quia *V1 pap* | efficitur] efficit *Br* 49–50 tales – constructionum] talium modorum constructionem *Br* 50 ad *om. V1* 51 pertinent] pertinet *Br pap* | quod[1] *om. SiV1* 52 fiunt] sunt *Br* | constructione] consideratione *V1* 54 et] vel *Si* 55 sic *om. pap* 58 quando] quandoque *Br* aliquando *pap* | fit *om. CaO1P1Br pap* 59 esse non *inv. Br*

61 ad[3] *CsCh om. ed.* 63 ab – dominum *CsCh a* ad hominem esse servum *ed.* | iam *Ch* enim *ed.* 64 eam *CsCh om. ed.* | aliquid *CsCh a* aliud *ed.* 66 dicuntur *CsCh a* dicentur *ed.*

9 Supra p. 86 v. 11–33. – 35–40 Quod – converso: Cf. Kilw., Super Praed. (ed. Conti p. 85 v. 1–2): 'quare dicitur relativum ad correlativum, ita quod dicitur semper rectus ad obliquum'. – 40–48 Mutationis – scientis: Cf. Kilw., Super Praed. (ed. Conti p. 85 v. 7–19): 'quare in quibusdam est conversio secundum casum similem, in quibusdam secundum dissimilem'. – 49 Cf. Kilw., Super Praed. (ed. Conti p. 84 v. 30–34).

nisi convenienter secundum nominis figuram et casum *assignetur* ad id *ad quod dicitur* secundum nomen et casum. *Si* ergo *peccet is qui assignat*, ita quod non refert ad hoc, ad quod dicitur secundum nomen et casum, tunc videbitur non converti, sicut manifestum est in ala, quae, quia organum volandi dicit ipso nomine, patet quod alterius est, quod utitur ea ad volandum, et non est absolute dicta, quia, si esset absolute, etiam abscisa adhuc esset ala, quod falsum est. Quia igitur *ala* non sui sed alterius est, nec sibi sed alteri ala est, *si assignetur* quod *sit avis ala*, peccatum est in assignatione, et ideo *non convertitur*, quia prima assignatio non fuit conveniens, quando dicebatur 'ala avis ala', et ideo non convertitur, ut dicatur *avis alae* avis. *Non enim in eo quod avis est, in eo dicitur ala avis* ala, *sed in eo quod alata est. Multorum enim etiam aliorum* animalium *alae sunt, quae* tamen *non sunt aves*, ut apium et vesparum et muscarum et vermium, qui bombyces dicuntur volantes, quae tamen non sunt aves nec in genere avium continentur. Propter quod, *si convenienter* secundum nomen et casum *assignetur* ala ad id cuius est, statim *convertitur, ut* si *ala alati ala* dicatur; tunc enim convertitur, ut dicatur secundum alium casum *alatum ala alatum*.

Unde etiam in talibus, in quibus *nomina non sunt posita, aliquotiens necesse est fingere nomina* secundum convenientem assignationem, ut in remo patet quod, quia instrumentum dicit, dicit id quod alterius est vel alteri est. *Si* ergo sic *assignetur, ut* dicatur *remus navis* remus, *non erit* secundum rem et nomen et casum *conveniens assignatio. Neque remus dicitur* navis *in eo quod navis; sunt enim* | *naves, quarum remi non sunt*, sicut magnae naves, quas lintres vocant, quae malis et ventis moventur et velis, et remis impelli non possunt, et ideo, quia non conveniens fuit assignatio, *non convertitur*, ut *dicatur* navis *remi navis. Sed forte* sic *convenienter erit* facta *assignatio, si sic* dicendo *assignetur* '*remus remitae rei remus*' *aut quomodo*libet alicui *aliter* secundum convenientem vocis assignationem | *dictum sit*, ut si 'remitae' non placet, dicatur 'rematae' vel 'remutae'; ad placitum enim fingentis nomen talis fit assignatio. *Nomen enim* in talibus *non est positum*, sed *convertitur, si* nomen secundum figuram dictionis et secundum *convenientem* casum *assignetur*, sicut est remus remiti remus, ita *remitum remo remitum est. Similiter autem est in aliis*, quae hoc ipsum quod sunt, aliorum sunt et non absoluta sunt hoc quod sunt, nec sibi in se sunt hoc quod sunt. In talibus enim omnibus convertentia fit, si convenienter assignetur, *ut caput*, quod, quia membrum et organum est, non sibi sed alteri et alterius est, et ideo *caput capitati* caput est et non est caput *animalis* caput, quia *non in eo quod* aliquid *animal est, caput habet. Multa enim animalia sunt capita non habentia* sicut omnia genera ostreorum conchiliorum, ut purpurae, murices et alia multa. *Sic autem fortasse facilius sumitur* convertentia, ut quando *nomina non sunt posita*, sumantur vel formentur ab illis quibus nomina posita sunt, vel fingantur [et fingantur] *ab his quae convertuntur, sicut* patet *in his quae dicta sunt*, sicut formatum est *ab ala alatum* et *a remo remitum*.

Ex his igitur universaliter concluditur quod *omnia, quae ad aliquid dicuntur, si convenienter* secundum figuram appellationis et casum *assignentur, ad convertentiam dicuntur. Nam si ad quodcumque aliud assignentur* ad quod non dicuntur, *et non* assignentur *ad illud* ad quod *dicuntur*, non fit convertentia. Quod sic probatur per locum a maiori, quia etiam in his, quae *indubitanter convertibilia dicuntur et* quibus *nomina posita sunt*, secundum quae fit convertentia, non fit convertentia, nisi ad eadem ad quae sunt, sub convenienti referantur assignatione, ut *si assignentur* ad ea quae extranea sunt, et accidunt his ad quae sunt per se ipsa relata, *et non* assignentur *ad ea* ad quae sunt referenda, secundum hoc quod sunt aliorum, ut patet. Si enim *servus*, quod ad aliquid est indubitanter, *si non* referatur ad *dominum*, ad quem dicitur et cuius est secundum hoc quod ad aliquid est, sed quia accidit domino hominem esse, referatur ad hominem, ut si dicatur servus *hominis* servus vel dicatur *bipedis* servus *aut alicuius*

CaO1P1BrShSiV1 pap 29 *Sh* f. 47va 36 *Ca* f. 48vb

1 nisi – casum] secundum nominis figuram et casum nisi convenienter *O1* 2 ad[2]] autem *pa* 3 Si] nisi *pap* 3–4 Si – casum *om. (hom.) Ca in marg. Ca[1]* 3 Si – peccet] sic igitur peccat *Br* | is *Sh* his *O1P1SiV1Ca[1]* hic *Br* | refert] referat *p* 5 non *om. pap* | quae, quia] in qua *O1* 7 non] quae *add. Si* 8 absolute] dicta *add. Sh* | abscisa] abscissa *p* | adhuc esset *inv. Sh* 9 sui *editor cum BrSi* sua *cet. codd., edd.* est *add. Si* | sed] non *Sh* 10 sit] si *p* | sit avis] avis esset *Si* 12 fuit] fit *Si* 13 et – avis *in marg. P1[1]* 14 eo[2]] quod *add. CaP1Sh* | ala[1] – ala] alae avis *p* 15 alata] ala *pa* 16–18 ut – aves *om. (hom.) pap* 18 tamen *om. O1* 21 ala[1] – ut *post* alatum *transp. Br* | ala[2] *sup. lin. Ca[1]* 22 alium] ablativum *pap* | alatum[2]] ala alati ala tunc enim convertitur *add. Br* 24 aliquotiens] aliqua *pap* 26 dicit[1]] dicitur *Sh* | dicit[2] *om. O1P1 pap* 27 remus[1]] unius *CaO1P1* | erit *in marg. post* secundum *Sh[1]* 29 Neque] enim *add. pap* 30 magnae] magni *O1* | lintres *V1 p* lyunces *Ca* liunces *O1P1* lomices *Br* lyimtes *Sh* lieundes *Si* linties *pa* 31 et[1] ventis *om. pap* 32 possunt] sunt *O1* | ideo *om. O1* 33–35 non – aliter *illeg. Si* 34 sic[1]] si *pa om. p* | facta assignatio *inv. Sh* 34–35 si – remus] sicut assignando dicetur *Br* 35 alicui *om. p* 36 assignationem] assignantis *pa* 37 dicatur] dicamus *Br* 37–38 vel remutae *om. pap* | remutae] renutae *CaP1* remitae *O1* remissae *Br* 38 enim] tamen *O1* | fingentis] fingentes *Br* | fingentis nomen] signatis nominis *pa* | nomen] nomina *p* | fit] sit *O1 pa* 39 non *om. pa* 41 est] enim *O1P1SiV1 pap* | remiti] remitae *pa* | remus[2]] est *add. BrSi pap* 43 hoc] haec *pa* 44 sibi] igitur *V1* | sibi in] secundum *Br* | sunt[2]] habet *pa* habent *p* 46 quod, quia] quodcumque *pa* | et] vel *Br* 47 et[1]] aut *Br* | et[2] *om. pap* | caput[2] *om. pap* 48 aliquid *om. Br* 49 habet] est *pap* 50 habentia] sive capita *O1* 51 murices] vicuces *Ca* micuces *O1* mituces *P1* conces *Br* nutrices *pa* | facilius] formalius *Br* 53 sumantur – formentur] vel formetur *pap* | posita] imposita *V1* 54 fingantur[1] – fingantur] fingatur et figuretur *pap* | et fingantur *del. editor cum Br* | fingantur[2]] formentur *Si* 55 quae *om. Sh* 55–56 ala alatum] anima animatum *p* 57 universaliter] universali *CaO1* 59 assignentur] appellentur *Br* 60 quodcumque] quodcumquelibet *CaO1P1ShV1* quodcumlibet *Si* | aliud *om. V1 pap* 63 convertibilia] convertibiliter *Sh* 65 ad[2]] aliquid *P1 om. pap* | sunt] si *add. Sh* sed *add. pa* 66 referantur] referatur *Sh* | assignentur] referantur *Br* 67 extranea] extrinseca *pap* 68 ipsa] illa *pap* | ad[2] *om. P1V1* | sunt] per se ipsa *add. Br* 70 servus] ad hoc *add. pap* | si[2]] quia *Si om. BrV1* 71 ad[1] dominum *om. Br* 73 si] sic *CaO1P1SiV1 pap* 74 dicatur] servus *add. pap* | aut] vel *Br pap*

talium, quod accidit domino, ad quem per se refertur secundum dependentiam, quam importat in nomine, non fit convertentia, eo quod ad hoc *non erat conveniens assignatio*. Multi enim sunt homines et bipedia et animalia nullum habentia servum.

Amplius, *si* id quod est ad aliquid indubitanter, *convenienter assignetur ad id* ad quod est et *ad quod dicitur*, *omnibus aliis circumscriptis* et remotis, quae accidunt illi, *relicto vero illo solo ad quod* secundum convenientiam *assignari* habet, *semper ad ipsum dicetur* secundum convertentiam, verbi gratia, *ut si servus ad dominum dicatur omnibus* aliis *circumscriptis*, quaecumque accidunt *domino*, ad quem dicitur servus, ut circumscribatur ab eo *esse bipedem* vel scientem vel disciplinae perceptibilem *vel hominem* vel animal, relinquatur autem *hoc solum quod dominus est*, tunc adhuc secundum convertentiam dicetur; *servus enim domini servus* et dominus servi dominus. Similiter e contra, *si servus* assignetur ad aliquid, ad quod *non convenienter dicitur*, secundum quod servus est, *omnibus aliis circumscriptis* vel remotis, quae illi accidunt, ad quod convenienter assignatus est, et illud solum remanere ponatur, *ad quod* inconvenienter relatus est, relinquitur quod *non dicitur ad illud*. Verbi gratia, *assignetur enim servus hominis* servus et *ala avis* et *circumscribatur ab homine esse dominum*, patet quod *iam* statim *servus ad hominem non dicitur*, *cum enim dominus non sit*, sequitur *servum non esse*, quia relativa posita se ponunt et perempta se perimunt, ut in SEQUENTIBUS erit manifestum. *Similiter* est *etiam de avi*, si non attribuatur avi *alatum esse*, et sic alam esse avis ut alata est et non ut avis est. Et hoc patet per antedicta; si enim avi assignetur, tunc *iam amplius ala non erit ad aliquid* sive alicuius ala, nisi dicatur alati ala et alatum ala alatum; *cum enim* ponitur quod nihil est *alatum*, sequitur quod *ala* nihil *erit*, quia hoc quod erat ala, alterius fuit et non sui ipsius vel sibi ipsi.

Ex dictis ergo concluditur quod id quod est ad aliquid, oportet *convenienter assignare ad id* ⟨*ad*⟩ *quod* est et non ad aliud. *Et si sit* | utrique *nomen positum*, *facilis erit assignatio* secundum convertentiam. *Si autem non sit* nomen utrique positum relativorum, *fortasse necessarium nomina fingere*, si ad convertentiam dici debeant relativa. *Si autem sic* secundum figuram appellationis et casus convenienter ad invicem *reddantur* sive referantur ad invicem, tunc *manifestum est, quoniam omnia relativa conversim* sive secundum convertentiam ad invicem *dicuntur*.

Cap. 7. De proprio eius quod est ad aliquid quod est simul esse natura

| Ex his autem quae dicta sunt, quod scilicet relativa ad convertentiam dicuntur, sequitur aliud proprium relativorum, quod est quod relativa sive ea quae sunt *ad aliquid*, *videntur simul esse natura*. Quod autem secundum convertentiam dicuntur et quod simul sunt natura differunt in hoc quod convertentia est secundum mutuam relationem eorum ad invicem in appellatione et casu, sed simul esse natura est in hoc quod, secundum quod relativa sunt, in esse et non esse sive in ortu et occasu, ut dicit AUGUSTINUS, sunt simul, ita quod posito uno in esse, secundum quod relativum est, ponitur et aliud, secundum quod refertur ad istud, et destructo uno, secundum quod relativum est, destruitur et aliud secundum relationem, secundum quam refertur ad istud. *Et in aliis*

7 b 15 –8 a 12 (Arist. Lat. 61, 3–29): Videntur autem ad aliquid simul esse natura. Et in aliis quidem pluribus verum est; simul enim est duplum et dimidium, cum enim sit duplum dimidium est, et e converso, et cum sit servus dominus est; similiter autem his et alia. Simul autem haec sese auferunt invicem; si enim non sit duplum non est dimidium, et si non sit dimidium non est duplum; similiter autem et in aliis quaecumque talia sunt. Non autem in omnibus relativis verum videtur esse simul esse natura; scibile enim scientia

CaO1P1BrShSiV1 pap 37 *Ca* f. 49ra 48 *Sh* f. 47vb

1 quem] quae non *p* non *add. pa* 2 importat] important *pap* 4 bipedia] bipedalia *Si* 4–5 bipedia – nullum] bipedalia non *pap* 6 ad *om. Sh* 8 vero *om. pap* 9 solo] solummodo *pap* | convenientiam] convertentiam *BrSh pap* 10 convertentiam] convenientiam *pa* 10–11 verbi gratia *om. pap* 12 quaecumque] quae *pap* 13 circumscribatur] circumscribantur *p* 14 perceptibilem] participantem *Br* perceptibile *Sh* 15 adhuc] ad hoc *CaO1P1V1* 17 et] est *praem. Sh* | et – dominus[2]] est *pap om. Br* 18–19 ad[2] – aliis *om. O1* 19 est *om. CaP1Br* 20 quod] non *add. pap* | convenienter] inconvenienter *Sh* 20–21 assignatus est] assignatur *Br* 21 quod *om. CaP1* 22 inconvenienter] convenienter *Si pa* non convenienter *p* 24 avis] ala *add. Br pap* | homine] eo *pap* 25 statim *om. Br* 26 relativa] non esse *add. CaO1P1 corr. Ca*[1] secundum esse *add. SiV1* 27 ut] et *CaP1* et hoc *Br* 28 etiam *om. pap* | avi] ave *Br pap* 28–29 si – esse] hoc non tribuatur alatam esse *pa* hoc non tribuatur alae sed alatam esse *p* 29 non] si *Ca* 29–30 ut[2] – est] avis *pap* 30 hoc – per] haec pars *pa* | avi] alteri *Br* 32 alatum[1] – alatum] alam alatum ala *O1* ala in alatum ala *P1* | alatum[2] *om. Ca* 34 quod erat] erit *pap* | fuit *om. pap* | vel – ipsi *om. pap* 35 dictis] ipsis *V1* 36 ad[2] *suppl. editor cum BrSiV1* 37 non] est *add. pa* | Et] sed *Br* | si sit] sic si *pap* | utrique] est *add. pap* | nomen positum] impositum nomen tunc *Br* | positum] impositum *O1P1V1* 39 positum] impositum *O1* | fortasse] forte *pap* | necessarium] erit *add. O1 pap* 39–40 necessarium – fingere] nomina fingere necesse est *Br* 40 convertentiam] nomina *add. Br* | Si[2]] sic *CaO1P1* 40–41 Si[2] – sic] sic autem *O1* autem *Br* 41 appellationis] appellatio *P1* 42–43 ad[2] invicem *om. pap* 43 quoniam] quod *Si pap* 44 sive] sicut *CaO1P1* sic *SiV1* hoc est *pap* 45 eius *om. CaO1P1Si* 45–46 eius – aliquid] relativorum *p* | eius – est *om. BrV1* 49 aliud] aliquid *pa* 50 sive *om. P1* | sive – sunt *om. pa* | ea – sunt *om. p* 53 est] in hoc *add. Sh pap* 54 in] et *pap* 55 esse] sunt *pap* | est *om. p* | est in *om. pa* 56 relativa] relata *pap* | occasu] casu *pa* 57 Augustinus] Avicenna *pap* | uno *om. CaO1P1Sh* 58 ponitur] ponit *Sh* | ponitur et] et positum est *pap* 59 istud] id *Si* aliud *pa* illud *p* 61 istud] illud *V1 pap* id *Si*

62 Videntur *CsVa* videtur *ed.* 63 cum[1] enim *Ch* et cum *ed.* | et[2] – converso *Ch om. ed.* 64 sese auferunt *CsCh inv. ed.* | duplum[2] *ChVa ante* non *ed.*

14 disciplinae perceptibilem: Cf. supra p. 87 v. 50 cum nota. – 27 Infra v. 48 – p. 94 v. 16. – 57 Ps.-Aug., Categoriae decem (Arist. Lat. I, 1–5 p. 156 v. 2–3).

pluribus hoc *verum est* quod simul sunt natura secundum dictum modum. Sic *enim simul sunt duplum et dimidium*, quod posito uno ponitur et reliquum et destructo uno destruitur et reliquum. *Cum enim sit duplum*, sequitur quod *sit dimidium et e converso, et cum sit servus* ut servus, sequitur quod *sit dominus*, secundum quod dominus, et e converso, cum dominus ut dominus est, relinquitur quod sit servus ut servus. *Similiter autem* est etiam in *aliis*. Haec enim quae relativa sunt, *simul haec se auferunt* ad *invicem*, quia sicut posita se ponunt, sic ablata simul se auferunt, ut patet inductione et exemplo. Cum enim sit duplum, sequitur quod sit dimidium, et cum *non sit duplum*, sequitur quod *non sit dimidium, et* e converso, *si non est dimidium, non est duplum. Similiter autem* est *in* omnibus *aliis, quaecumque talia*, quod secundum veritatem et id quod sunt, aliorum sunt.

Non autem in omnibus verum hoc *esse* dicitur et *videtur*. In quibusdam enim, quae modum habent relativorum, hoc verum esse non videtur, quod sic *simul* sint *natura*, quod posita se ponant et destructa se perimant. Instantia enim videtur esse, quia cum scibile sit scientia scibile et sic sit relatum ad scientiam, ut videtur, tamen scibile non simul natura cum scientia est, sed natura *scibile prius* est quam *scientia*. Cuius probatio est, quod nos ut *in pluribus* non *accipimus* scientias de rebus nisi *rebus* iam *subsistentibus* ante, eo quod non possumus reales *scientias accipere*, nisi ex principiis rerum intellectu acceptis, et sic oportet res scibiles prius esse quam nostra scientia sit de rebus. Dico autem in pluribus sic esse, quia, si aliqua scientia non est de rebus, quae extra nos sunt, sed de his quae sunt a nobis, in his pro certo oportet quod scientia praecedat scibile, sicut est in ethicis, ad quorum existentiam praecedit scire et velle. Sed in realibus scientiis generaliter verum est quod scibile secundum hoc quod est, praecedere videtur nostram scientiam, quae est de scibili ipso. *In paucis* ergo *vel* forte *nullis* potest *aliquis reperire simul cum scibili esse scientiam*. 'In paucis' autem dico propter moralia, 'in nullis' autem, quia etiam in illis aliquo modo scibile ut conceptum, quamvis non ut in esse positum, est ante scientiam.

Amplius hoc idem probatur alio modo, quia a scibili ad scientiam non convertitur consequentia. *Scibile* enim *sublatum simul aufert scientiam; nam si scibile non sit, scientia non est*, eo quod nulla scientia est, quae non sit de aliquo scibili. *Si vero* e converso *scientia non sit, nihil prohibet* adhuc *esse scibile*. Ut enim dicit Boethius, multa sunt scibilia, quorum scientiae non sunt inventae, sicut patet in *circuli quadratura*, quod et *si scibile sit, scientia* tamen *eius nondum* inventa *est*.

Amplius hoc idem probatur a minori arguendo sic: Minus videtur quod animali sublato auferatur scientia, quam quod scibili sublato auferatur scientia; sed animali

prius esse videtur; namque in pluribus subsistentibus rebus scientias accipimus; in paucis vero vel nullis hoc quis reperiet simul cum scibili scientiam esse. Amplius scibile sublatum simul aufert scientiam, scientia vero non aufert scibile; nam, si scibile non sit, non est scientia, scientia vero si non sit, nihil prohibet esse scibile; ut circuli quadratura si est scibile, scientia quidem eius nondum est, illud vero scibile est. Amplius animali quidem sublato non est scientia, scibilium vero plurima esse contingit. Similiter autem his se habent et ea quae de sensu sunt; sensibile enim prius quam sensus videtur esse; nam sensibile interemptum simul perimit sensum, sensus autem sensibile non simul perimit. Sensus enim circa corpus et in corpore sunt; sensibili autem perempto peremptum est et corpus (sensibile enim est corpus), cum vero corpus non sit, perimitur et sensus; quare simul perimit sensibile sensum. Sensus vero sensibile non simul perimit; animali enim perempto sensus quidem peremptus est, sensibile vero erit, ut corpus, calidum, dulce, amarum, et alia omnia quaecumque talia sunt. Amplius sensus quidem simul cum sensato fit (simul enim animal fit et sensus), sensibile vero ante est quam esset sensus (ignis enim et aqua et alia huiusmodi, ex quibus ipsum animal constat, ante sunt quam animal sit omnino); quare prius quam sensus sensibile esse videtur.

CaO1P1BrShSiV1 pap

1 quod] quia *pap* 2 Sic – dimidium] et dicitur *pap* 3–4 et[2] – reliquum *om. (hom.) P1V1 corr. in marg. P1*[1] 4 et *om. Br pap* | enim *sup. lin. Sh*[1] 6 secundum quod] ut *Br* 7 cum] dicimus *add. Br* | est *om. Br* | relinquitur] sequitur *BrV1 pap* 8 autem – etiam] est autem et *O1* | etiam] et *V1 om. pap* 9 Haec – quae] quae sunt *Si* secundum hoc enim quod *pap* | haec[2]] hoc *O1V1 om. Br pap* | ad] ab *pap* 10 sicut] si est *V1* | simul *om. Br pap* 11 et] ex *Sh* 12 dimidium] et cum sit dimidium sequitur quod sit duplum *add. Br* 13–14 si – duplum *om. pap* 14 duplum] dimidium *O1* 15 talia] sunt *add. V1 pap* | et] secundum *add. pap* 17 Non autem] et non *pap* | dicitur et *om. Si pap* 19 verum] id *CaP1* enim *O1 lac. Br* 20 destructa] perempta *O1* | perimant] auferunt *Br* 21–22 scientia – relatum] non est scientia et si sit relatum scibile *pap* 22 sic sit] sit simul *Br* | ut *om. Si pap* 22–23 scibile – scibile] est scientia cum scibile natura *O1* | scibile – est] non est scibile cum scientia simul natura *Br* 23 cum – est] est scientia *P1* | est] esse *Si pap* ut videtur *add. V1* 24 quod] quia *pap* 25 scientias] scientiam *Br* | nisi rebus *om. (hom.) P1* 26 ante] aut *P1* quando *V1 om. pap* | possumus] possemus *Sh* 27 rerum] in *add. Br* 28 prius] plus *CaP1* | sit *om. pap* 30 his] rebus *pap* 31 quae *sup. lin. Ca* 32 in ethicis *in lac. Ca*[1] | ad *om. Br* 32–33 existentiam] essentiam *pap* 33 Sed] hoc *pap* | scientiis] disciplinis *O1* 34 generaliter] generatur *pa* | quod[2] *om. p* 37 reperire] recipere *P1 pap* 38 quia] quod *pap* 41 Amplius] autem *add. pap* | hoc *sup. lin. Sh*[1] | alio] aliquo *CaO1P1BrV1 pa* 42 enim] autem *pap* 43 sublatum] non *add. pa* 46–47 sunt scibilia] scibilia non sunt *Si* 47 sunt] sint *Si* | patet] potest intelligi *pap* 47–48 in circuli] circa *pa* 48 si *om. pa* | eius] de ea *pap* 50 sic] quod *add. Si* per locum *add. pa* 52 quam – scientia *om. (hom.) P1 corr. in marg. P1*[1] | quod] per *pa om. Br* 52 – p. 95 v. 1 sed – scientia *om. (hom.) Br pap*

53 vero *Ch* enim *ed.* 54 esse *CsCh* factam *ed.* 57 sensibile[1] enim *CsCh a* sensatum enim vel sensibile *ed.* | sensibile[2] *CsCh a* sensatum *ed.* 58 sensibile *CsCh a* sensatum *ed.* | sensibili *CsCh a* sensato *ed.* 59 sensibile[1] *CsCh* sensatorum *ed.* | sensibile[2] *CsCh a* sensatus *ed.* | sensibile[3] *CsCh a* sensatum *ed.* 60 sensibile *CsCh a* sensatum *ed.* 61 talia sunt *ChVaGl inv. ed.* 62 sensus] sensatum *CsCh* | omnino *ChVc* vel sensus *add. ed.*

46 Boeth., In Cat. Arist. l. 2 (PL 64, 231B–C).

sublato aufertur scientia; | ergo multo magis aufertur ablato scibili. Omni enim *animali sublato non* potest *esse scientia*, sed posito quod nullum sit animal et nulla scientia, adhuc *contingit plurima esse*, quae sunt de numero *scibilium*.

Similiter autem his habent se etiam ea relativa, *quae sunt* circa *sensum*. *Sensibile*, quod ad sensum refertur, *prius videtur* natura *esse quam sensus* secundum actum factus, quia hic de hoc sensu loquimur et non de eo, qui est potentia sentientis. Sensibile ut obiectum agens in sensum praevium est sensui et prius secundum naturam quam sensus, et ideo *sensibile interemptum simul interimit sensum* secundum actum factum. *Sensus autem* secundum actum factus interemptus *sensibile non interimit*. Cuius causa est, quia *sensus* secundum actum factus non est nisi *circa corpus* aliquod, quod sensu percipitur, et sensus omnes secundum actum facti *in corpore* aliquo sensibili sunt, quod per qualitates sensibiles sensum facit secundum actum. *Cum ergo corpus* sensibile *nullum sit*, necesse est quod nullus *sensus* sit secundum actum factus; perempto igitur sensibili perimitur sensus secundum actum factus; ergo *sensibile* peremptum *simul* se perempto *perimit sensum*. *Sensus vero* peremptus *non* necessario *perimit sensibile*, quia nullo sensu secundum actum existente multa adhuc sensibilia sunt. Et hoc patet iterum a minori arguendo, quia minus videtur quod animali perempto permaneat sensibile non peremptum, quam quod perempto sensu sensibile perimatur. *Animali* autem *perempto* omnis *sensus perimitur*, *sensibile* autem adhuc *erit* et permanet. Multa enim remanebunt *corpora calida* et *dulcia* et *amara et* secundum *alia*, quae sunt qualitates sensibiles, disposita, quae omnia sunt sensibilia.

Amplius ad hoc idem facit quod *sensus fit cum sensato* sive eo quod habet sensum – | hoc enim sensatum dicimus –; *simul enim fit animal* cum *sensu*, quia propter sensum dicitur et est animal, ut dicit AVICENNA. *Sensibile vero ante est* per naturam *quam esset* animal vel *sensus*, quia ex sensibilibus generatur animal et sensus similiter. *Ignis enim et aqua et huiusmodi* elementa *alia*, *ex quibus constat* materialiter *animal*, *sunt* secundum naturam et tempus, *antequam sit animal*. Igitur *sensibile videtur esse prius quam sensus*.

Attendendum quod omnia relativa, sicut DICTUM EST, sunt simul natura, secundum quod sunt relativa, quamvis non sint simul, secundum quod simpliciter sunt. Sunt enim relativa ea quae sunt prius et posterius in tempore, quae quidem secundum esse suum numquam possunt simul esse, tamen prius in ratione prioris simul est cum eo quod est posterius in ratione posterioris. Et hoc modo posita se ponunt et perempta se perimunt.

Hoc autem, quod de scibili et scientia et sensibili et sensu DICTUM EST, sic intelligendum est, quod scibile quidem et sensibile possunt accipi secundum hoc quod sunt in esse substantiali vel secundum hoc quod stant sub forma scientiae et sensus; et hoc est dicere quod possunt accipi materialiter vel formaliter. Si accipiuntur materialiter, tunc scibile praecedit scientiam et sensibile sensum, sicut in antehabitis dictum est, quia et scibile causa est scientiae et sensibile causa est sensus secundum actum facti. Si autem accipiuntur haec formaliter, secundum quod scibile quidem stat sub forma scientiae, sensibile autem sub forma sensus, sic sunt simul natura. Et hoc solo modo sunt correlativa et non aliter. Et similiter est de causa et causato et principio et principiato et multis aliis.

Attendendum etiam est quod 'natura', cum dicitur quod relativa sunt simul natura, non supponit nisi formam relationis – unde simul sunt natura, quae simul sunt secundum formam sive naturam relationis –, quia secundum naturam eorum quae sunt relata ad invicem, non sunt simul, et secundum naturam illam aliquando unum est prius et alterum posterius, ut DICTUM EST de causa et causato et principio et principiato et patre et filio, et praecipue in hoc quod est prius et in hoc quod est posterius.

CaO1P1BrShSiV1 pap 1 *Ca* f. 49rb 34 *Sh* f. 48ra

2 ablato] sublato *Si* | ablato scibili] scientia sublato scibili vel ablato *Br* | enim] tamen *pa* 3 nulla] sit *add. pap* 4 sunt de] desunt *pa* 6 his – etiam] etiam his se habet *Sh* | habent – sunt] se habet relatio quae est *Br* | etiam ea] esse *pa om. p* 7 Sensibile – refertur] et sensibile quod ad sensum refertur. Sensibile enim *Br pap* 8 natura] in *praem. Br* 9 hic *om. pap* 10 ut] enim *p* 10–11 praevium] primum *O1* prius *pap* 11 sensui] sensu *pap* | prius] est *add. O1* 12 interimit] secundum actum *add. pap* 16 aliquod *om. pap* | omnes *om. pap* 17 quod] quidem *pap* 18 per] secundum *O1* | sensum facit] quae sensum faciunt *pap* 19–20 quod – sit *in marg. P1* 22 se perempto] secum *Br pap* 23 nullo] malo *pa* 25 sunt *om. CaP1ShSiV1* | Et] ex *Sh* 26 permaneat] remaneat *pap* 28 perimatur] permaneat *Br* | autem] enim *O1 pa* | perimitur] perimit *CaO1P1* 29 erit] est *pap* | enim] adhuc *pa add. p* 29–30 remanebunt] remanent *Br pap* 30 amara] amare *Sh* 30–31 secundum – sunt] omnia (omnia *om. Br*) alia quae sunt secundum *Br p* 31 sunt] secundum *add. pa* 33 fit] sit *CaO1P1BrSh* | cum] in *SiV1* 34 sive] in *add. SiV1* cum *add. p* | eo *om. Br* | enim] hic *add. Sh* 35 fit] sit *CaP1* | fit animal *inv. Sh* 36 et] quod *Sh* | vero] autem *pap* 37 ante] aut *O1P1* 38 animal] causa *pa* | similiter *om. pap* | Ignis enim] etiam ignis *Br* 39 alia *om. pap* 40 animal, sunt *om. pap* | naturam] sunt *add. pap* | et tempus *om. pap* | tempus] tamen *Br* 41 quam^{2}] animal vel *add. Br* 42 Attendendum] autem *add. BrSh pap* | sicut] secundum quod *Si* | sicut – est *om. Br* 44 sunt] est *O1* 45–46 in tempore *om. Br pap* 47 tamen] tamquam *P1* 48 quod] eo *add. pap* 50 et^{1} – sensibili *om. P1* | et^{2}] de *add. Sh pap* 53 sunt] stant *pap* | stant] substant *Br* 54 scientiae] sensibilis *O1* | et^{1} sensus] consensus *V1* | sensus] sive scientiae et sensus *add. O1* 55 Si] sic *Ca* 57 est *om. pa* | et *om. pap* 58 causa^{2} est *inv. Sh* 60 quidem *om. O1* 62 aliter] alicuius *P1* 68 sive] secundum *add. pap* 69 secundum *editor* ad *codd., edd.* | relata] relativa *O1* 70 et *om. P1* | aliquando *om. pa* 71 posterius] altero *V1* 73 et^{2} *om. pa* 73–74 in^{2} – est *om. Br*

36 Avic., Philos. prima tr. 5 c. 5 (ed. Van Riet p. 266 v. 91–92). Cf. Arist., De anima l. 2 c. 2 (413 b 3). – 42 Supra p. 93 v. 48 – p. 94 v. 16. Cf. Kilw., Super Praed. (ed. Conti p. 86 v. 16–24): 'qualiter relativa sunt simul natura, etc.'. – 51 Supra p. 94 v. 20–49. – 71 Supra v. 55–64.

Adhuc autem scias quod hoc argumentum non valet: ‘scibile dicitur secundum potentiam; potentia refertur ad actum, ut dicit ARISTOTELES in IX PRIMAE PHILOSOPHIAE; ergo scibile refertur ad scientiam secundum actum’, quia multa sunt relativa in genere, quae non sunt relativa in specie, ut patet in scientia, quae refertur, et grammatica, quae non est relata. |

Cap. 8. De disputatione contra diffinitionem Platonis inductam et correctione eius dicti

Habet autem quaestionem sive dubitationem, *utrum* secundum SUPERIUS inductam Platonis diffinitionem *nulla substantia ad aliquid dicatur, quemadmodum videtur* ex substantiae ratione, quae est ens per se existens; et quod est per se existens est absolute et sibi apud seipsum, et esse suum non est ex hoc quod sit ad alterum vel quod sit alteri; sic igitur videtur quod nulla substantia sit ad aliquid, sive sit prima substantia sive secunda, et sive significet de toto vel significet de parte suo nomine. Semper enim ens per seipsum non est alteri.

Si autem hoc concedatur verum esse, tunc adhuc remanet ad oppositum disputatio secundum SUPERIUS inductam diffinitionem, quae dicit ad aliquid esse ‘quaecumque hoc ipsum quod sunt, aliorum dicuntur’, quia, si haec diffinitio bene assignata est, substantiam ⟨contingit⟩ ad aliquid esse *secundum quasdam secundas substantias* de parte et non de toto significantes. Cuius probatio est quod *in primis substantiis verum* est quod *non dicuntur ad aliquid*, sive de toto sive de partibus significent primarum substantiarum. *Aliquis enim homo non dicitur alicuius aliquis homo* – cum tamen per genitivum maxime dictum ⟨sit⟩ ad aliquid in his quae sunt relativa – *neque aliquis bos dicitur alicuius aliquis bos*, quia homo et bos rationem substantiae important in nominibus suis et nihil additum dicunt substantiae, per quod ad aliquid referantur, et ideo etiam non grammatice dicitur ‘alicuius aliquis bos’ vel ‘alicuius aliquis homo’, quia genitivus in talibus nullam potest notare habitudinem, secundum quam fiat constructio.

Similiter autem est etiam in partibus, quae ut primae substantiae partes significantur; *quaedam enim manus non dicitur alicuius quaedam manus, sed* simpliciter dicitur *alicuius manus*. Et illius causa est quod, quamvis dicat substantiam, quae est pars totius alicuius, et in nomine manus per rationem manus, ut est organum intellectus et ‘organum organorum’, importetur comparatio ad motorem manus, per quod efficitur motoris, ita quod non absoluta sit a relatione, tamen per hoc quod dicitur ‘quaedam manus’, fit singularis manus et est idem ‘quaedam manus’ quod haec manus demonstrata, et per demonstrationem determinatur ad hoc quod sub sensu est,

8 a 13–35 (Arist. Lat. 62, 1–20): Habet autem quaestionem utrum nulla substantia ad aliquid dicatur, quemadmodum videtur, an hoc contingat secundum quasdam secundas substantias. Nam in primis substantiis verum est; nam neque totae neque partes ad aliquid dicuntur; nam aliquis homo non dicitur alicuius aliquis homo, neque aliquis bos alicuius aliquis bos. Similiter autem et partes; quaedam enim manus non dicitur alicuius quaedam manus, sed alicuius manus, et quoddam caput non dicitur alicuius quoddam caput, sed alicuius caput. Similiter autem et in secundis substantiis, atque hoc quidem in pluribus; ut homo non dicitur alicuius homo, nec bos alicuius bos, nec lignum alicuius lignum, sed alicuius possessio dicitur. In huiusmodi ergo manifestum est quoniam non est ad aliquid; in aliquibus vero secundis substantiis habet aliquam dubitationem; ut caput alicuius caput dicitur et manus alicuius manus dicitur et singula huiusmodi, quare haec fortasse ad aliquid esse videantur. Si igitur sufficienter eorum quae sunt ad aliquid definitio assignata est, aut nimis difficile aut impossibile est solvere quod nulla substantia eorum quae sunt ad aliquid dicitur; si autem non sufficienter, sed sunt ad aliquid quibus hoc ipsum esse est ad aliquid quodam modo se habere, fortasse aliquid contra ista dicetur. Prior vero definitio sequitur quidem omnia relativa, non tamen hoc eis est esse quod sunt ad aliquid quod ea ipsa quae sunt aliorum dicuntur.

CaO1P1BrShSiV1 pap 7 *Ca* f. 49va

3 ix] xx *pa* decimo *p* 5 sunt[2] *om. V1* 7 quae] est species *add. Br* 9–10 diffinitionem – dicti] Platonem et de correctione diffinitionis eius *Br* 9 inductam *om. Ca* 10 correctione] correlationem *Sh* correctionem *p* | eius dicti] eiusdem *Sh* 14 existens] subsistens *pap* 15 existens] subsistens *pap* | absolute] absolutum *pap* | sibi] sic *Br* 16–17 vel – alteri *om. pap* 17 alteri] alterius *Si* | substantia *om. pap* 18 substantia *om. O1Br* | sive[2]] sit *add. Br* | et *om. pap* 18–19 significet] etiam sit *Br* significetur substantia *p* 19 vel significet] sive *O1Br pap* 20 enim] est *pap* | seipsum] et *add. pap* 23 esse] sunt *Br* 25–26 substantiam contingit] substantia videtur *pap* | contingit *suppl. editor cum Arist. Lat.* oportet *Br pap* 26 esse *om. Sh* | secundas *om. pap* | substantias] tantum *add. sup. lin. Br*[1] 28 quod[1]] quia *Br pap* 29 significent] significetur *pap* 31 tamen] tantum *V1* 31–32 dictum sit] dicuntur *pa* dicantur *p* 32 sit *suppl. editor cum Br* | neque] nec *Sh* 33 dicitur *om. pap* 33–34 substantiae – additum *om. O1* 35 dicunt] dicuntur *pa* | ad *om. pa* 36 dicitur *editor cum pap* dictum *CaO1ShSiV1* dictum est *P1Br* | bos] homo *Sh* 37 vel] nec *pap* | homo] bos *Sh* 38 potest] habet *pap* | notare] nominare *O1P1Si* 40 quae] sunt *add. p* | primae] primo *pa* 41 significantur *om. pap* 43 quod] quia *pap* 46 importetur] reportetur *pa* 47 motoris] motor *pap* 48 a] tota *add. Br* 49 fit] sit *CaO1P1* et *praem. Br* | est idem] idem est haec *Si* | idem] quod *add. O1* 50 haec] habet *pa* | per *om. pa* 50–51 per demonstrationem] demonstratione *p* 51 determinatur] deveniatur *O1P1* | determinatur ad] denotatur *Br*

53 quasdam *CsCh* quosdam *ed.* | secundas substantias *Alb. inv. CsCh* secundis substantiis *ed.* 59 esse *post* haec *ed.*

1–4 Arist., Metaph. l. 9 (de potentia et actu). Cf. Kilw., Super Praed. (ed. Conti p. 86 v. 29–30): ‘quia scibile determinat potentiam passivam respectu alicuius actus, omnino a potentia [*an scribendum*: omnis autem potentia] ad actum dicitur secundum viam relationis, ut habetur in IX° Metaphysicae, videtur scibile omnino ad aliquid se habere’. – 5–7 quia – relata: Cf. Kilw., Super Praed. (ed. Conti p. 87 v. 1–3). – 12 Supra p. 85 v. 3. – 22 Supra p. 85 v. 4. – 45–46 organum organorum: Cf. Arist., De anima l. 3 c. 8 (432 a 1–2).

quod, secundum quod sub sensu est, non refertur ad alterum, et ideo nihil est dictu 'alicuius quaedam manus'. Et haec est vera causa, nec est curandum de hoc quod ALII dicunt in loco isto. Per eandem etiam rationem *quoddam caput non dicitur alicuius quoddam caput*, quia, quamvis caput sit dicens substantiam sub comparatione ad motorem, cuius est caput, tamen cum refertur ad hoc singulare per hoc quod dicitur 'quoddam caput', quod idem est quod hoc caput, non dicitur nisi sub accidentibus, quibus demonstratur; et per hoc non dicitur ad aliquid, quia comparatio, quam dicit in nomine, non est demonstrabile accidens, et ideo *non dicitur alicuius quoddam caput, sed* dicitur *alicuius caput* sine determinatione ad hoc singulare, propter comparationem, quam importat nomen, quando absque determinatione ponitur ad singulare; tunc enim est nomen organi sive organicae partis, quae semper secundum | rationem sui nominis refertur ad aliud, cuius est organum. Talia enim, quae talem in nomine important comparationem, dicuntur ad aliud, ut dixit PLATO.

Similiter autem manifestum est *in secundis substantiis*, quae de toto significant, quod non dicuntur ad aliquid. Et hoc patet inducendo *in pluribus, ut homo non dicitur* secundum nomen 'homo' *alicuius homo*, quia homo absolute nominat substantiam et per rationem nominis nullam addit super substantiam comparationem, quae in nomine significetur. Per eandem rationem non dicitur *bos alicuius bos* sub hoc nomine, *nec lignum* dicitur *alicuius lignum* sub nomine ligni, sed si alicuius dicitur, erit sub alio nomine comparationem ad aliquid in modo significandi importante, ut scilicet *dicatur alicuius possessio*, quia possessio importat ad possessorem comparationem. Dicitur enim possessor possessionis possessor et possessio possessoris possessio. *In* his *ergo* substantiis *manifestum est, quoniam* sub nominibus primae et secundae substantiae *non* sunt *ad aliquid.*

In aliquibus autem *secundis substantiis* de parte organica et non de toto significantibus *habet aliquam dubitationem* propter hoc quod nomen partis organicae non dicit substantiam nisi stantem sub comparatione, quae, quia importatur in nomine, necesse est quod dicatur ad aliquid, quamvis secundum esse suum, quod est substantiale, quia scilicet est ex carnibus et ossibus, non sit ad aliquid; et talia dicuntur ad aliquid et non sunt ad aliquid secundum id quod sunt sive secundum esse substantiale, a quo imponitur nomen. Sic ergo *caput dicitur alicuius caput et manus alicuius manus dicitur, et singula* nomina partium organicarum sunt *huiusmodi* secundum dici relata ad aliquid et non secundum esse, propter quod haec nomina partium secundae substantiae *fortasse ad aliquid esse* alicui *videbuntur.*

Videtur enim fortasse alicui quod, sicut est in dici per nomen, ita sit secundum esse; quod tamen non est verum, sicut patebit INFERIUS; | tamen haec fuit causa deceptionis Platonis, qui omnia talia dicebat esse ad aliquid propter modum eorum, quae sunt ad aliquid, quem important in dictione. *Si igitur* aliquis concedat quod *diffinitio eorum quae sunt ad aliquid, sufficienter est assignata*, ita quod convertibilis sit cum his quae sunt ad aliquid, *aut nimis difficile aut impossibile est solvere*, quin secundum illam diffinitionem aliqua *substantia* sit ad *aliquid*. Si enim quaecumque aliorum dicuntur secundum nomen, sunt etiam ad aliquid secundum esse et veritatem, sicut dixit Plato, impossibile est evadere, quin manus et pes et caput, quae sunt secundae substantiae, sint ad aliquid, praecipue, si concedatur quod est idem dici ad aliquid et esse ad aliquid. Si autem dicatur quidem quod dici ad aliquid secundum nomen connotans relationem non sit esse ad aliquid secundum veritatem, nimis adhuc difficile erit solvere vel evadere, quin aliquae secundae substantiae sint ad aliquid, quia nomen manus et nomen capitis et nomen pedis et huiusmodi, quamvis materialiter dicant substantias tamquam id cui imponitur nomen, tamen formaliter quantum ad proprietatem, a qua imponitur nomen, dicunt id quod refertur ad aliud, quia dicunt id quod dicunt, per modum

CaO1P1BrShSiV1 pap 17 *Sh* f. 48rb 54 *Ca* f. 49vb

1 quod[1]] et *O1* | quod[1] – est *om. (hom.) P1Sh* | quod[2] *om. pa* 2 nihil – dictu] non est dictum *pa* 3 causa *ex* manus *corr. sup. lin. P1[1]* 5 quia] qui *pa* 6 dicens] dicendo *pa* | sub] in *O1* 7 tamen cum *inv. pap* 8 hoc[1] *om. Sh* 9 est *om. CaO1P1SiV1* 10 accidentibus] de *add. O1* 11 ad aliquid] aliud *P1* | aliquid] aliud *BrSiV1* 14 hoc] quod *add. P1* 16 est *om. CaO1P1BrSh* 17 nominis] est *add. Br* 18 aliud] aliquid *pap* 19 in – comparationem] important in nomine rationem *Br* 20 aliud] aliquid *pap* 21 in] de *O1* 22 quod] quae *O1* 24 homo[1] *om. pap* 26 super] supra *Br pap* | comparationem] rationem *O1* 27 Per] et *praem. O1 pap* 28 hoc – dicitur] nomine bovis vel lignum *pap* 29 sed] hoc *add. pap* | dicitur] hoc *add. in marg. Br[1]* 31 scilicet] si *Br pap* 32 possessorem] possessionem *pa* aliquam *add. O1* 34 his] huiusmodi *SiV1* 35 primae – secundae] primo et secundo *pa* 39 hoc *om. CaO1P1BrSiV1* 41 quod] semper *add. pap* 43 quia *om. p* | scilicet est] si *pa* | est] esse *p om. Br* | ossibus] consistit *add. Br* | non] si *CaO1P1* | sit] sint *pap* 44 et[1] *om. pa* | et[1] – aliquid[1] *om. (hom.) O1P1* | et[1] talia] talia ergo *p* 45 secundum[2] *om. Si* 47 alicuius – dicitur] dicitur alicuius manus *CaO1P1* | dicitur *om. pap* 48–50 sunt – partium *om. V1* 49 quod *om. O1* | haec] hoc *p* 50 partium] organicarum *add. O1P1Si pap* | secundae] secundum *Sh* 51 videbuntur] videbitur *pap* 52 Videtur] videbitur *P1* 54 tamen] cum *O1P1* | tamen – fuit] cum hoc fuerit *pap* | haec] hoc *BrV1* 55 qui] quia *BrSi* 57 quem] quae *pap* | important] importat *Sh* 60 quin] quoniam *O1P1* 62 aliorum] ad aliquid *pap* 63 sunt – aliquid] et ad aliquid sunt *pap* 64 sicut] ut *pap* 65 sint] sicut *Ca* 66 aliquid] et *add. pap* | est *om. CaP1Sh* | est idem] idem sit *SiV1* 67 quidem *om. Br pap* 68 connotans] connatans *Ca* convocans *O1P1* 69–70 nimis *om. pap* 70 quin] quoniam *SiV1* 73 tamquam] ad *add. pa* 74 tamen *om. pa* 74–75 tamen – nomen *om. (hom.) P1 corr. in marg. P1[1]* | quantum – proprietatem] tamquam a proprietate *Br* 76 aliud – dicunt *om. pa* | quia] non *add. CaO1P1Br* | dicunt[2]] dicuntur *pa* nisi *add. Br* | modum] nomen *Br*

4 Cf. Kilw., Super Praed. (ed. Conti p. 90 v. 26–29). – 20 Vide supra p. 85 v. 3. – 54 Infra v. 62 – p. 98 v. 3.

organi et officialis membri ad actum aliquem; tale autem nomen dicit relationem ad aliud, scilicet ad motorem, cuius est tale organum. BOETHIUS tamen et ALEXANDER dicere videntur quod, cum dicitur quod 'nimis difficile et impossibile est solvere', quod unum dicitur ad alterius expressionem, ac si diceretur 'nimis difficile' et ut expressius dicatur 'impossibile erit solvere'.

Si autem dicatur quod INDUCTA diffinitio *non sufficienter* sive convertibiliter est assignata, *sed* sic corrigenda, quod *sunt ad aliquid, quibus hoc ipsum esse est ad aliquid quodam modo se habere* et non solum dici, tunc *fortasse aliquid dicetur* et dici potest *contra ista*, quod scilicet substantiae sunt substantiae et non sunt ad aliquid nisi secundum modum quendam, qui est in dictione, quia tunc ista nomina pes et manus et caput partes substantiae principaliter significant, et substantia non est composita nisi ex substantiis, et secundario per modum significandi connotant cum principali significatione id quod dicitur ad aliquid, et hoc quidem est verum. Ea autem quae sunt ad aliquid in principali significatione, dicunt id quod suum principale esse est ad aliquid et esse suum habet ab eo ad quod est, et non a seipso nec in seipso, sicut pater et filius et duplum et dimidium et huiusmodi.

Haec autem diffinitio differt ab illa quae PRIMO INDUCTA est, quia *prior diffinitio sequitur omnia relativa*, sive secundum veritatem sint ad aliquid sive secundum modum solum, sed non propter hoc omnibus relativis *hoc est esse, quod sunt ad aliquid*. Hoc enim non convenit nisi relativis secundum veritatem, ita quod hoc *ipsum, quod sunt* secundum totum suum esse, *aliorum dicantur*. Hoc enim non omnibus convenit relativis; quaedam enim propter connotatum cum principali significatione modum habent relativorum et non veritatem. Et hoc Plato videtur ignorasse. Et sic caput et manus connotant id quod dicitur ad aliquid, principali autem significatione dicunt substantiam. Et haec est vera solutio difficultatis INDUCTAE, quia sic reducitur nomen relationis ad rem, quae est una de primis rebus vel de primis generibus rerum, quam significare contingit per unam de primis vocibus praedicabilium.

Cap. 9. De proprio verorum relativorum, quod est quod si quis diffinite noverit unum, diffinite noverit et reliquum

Ex his autem quae dicta sunt, potest haberi quod, ex quo eorum, quae sunt vere ad aliquid, esse et quidditas est ad aliquid, quod *si quis diffinite*, hoc est determinate per veram diffinitionem, novit unum *eorum quae sunt ad aliquid*, sequitur quod *et illud*, ad quod est et *ad quod dicitur*, per veram diffinitionem *sciturus est*. Et hoc est ideo, quia unum diffinitur non quidem per reliquum, sed diffinitur ad reliquum. Nec intellectus quidditatis sive diffinitionis eius stat ut | determinatum, nisi terminari significetur ad alterum, sicut cum dico 'pater filii pater' et 'filius patris filius'. *Palam* igitur ⟨*ex*⟩ *hoc est* quod dictum est: *si enim novit aliquis* diffinite *quid* sive aliquid

8 a 35 – b 24 (Arist. Lat. 62,20–63,16): Ex his ergo manifestum est quod, si quis aliquid eorum quae sunt ad aliquid definite sciet, et illud ad quod dicitur definite sciturus est. Palam itaque et ex hoc est; si enim novit aliquis quiddam quia ad aliquid est, est autem esse quae ad aliquid sunt idem ad aliquid quodam modo se habet, et illud novit ad quod hoc quodam modo se habet; si enim non novit omnino ad quod hoc quodam modo se habet, neque si ad aliquid hoc quodam modo se habet. Sed in singulis palam hoc est; ut, hoc si quis novit definite quia est duplum, et cuius duplum est mox definite novit (si vero nihil definite novit ipsum cuius duplum sit, neque si est duplum omnino novit); similiter autem et hoc aliquid si novit quia melius est definite, et quo melius est definite

CaO1P1BrShSiV1 pap 52 *Sh* f. 48va

1 actum aliquem] aliquid *Br* 2 aliud] aliquid *pap* 3 tamen] tantum *Sh* 4 quod[2]] aut *Br pap om. O1* 5 et] aut *Br pap* erit *praem. O1* | dicitur ad] dicit *Br* 6 difficile] est *add. Br pap* 7 erit] est *pap* 8 sufficienter] convenienter *Br* 9 est] sit *Br* | est assignata *inv. Sh* | sic] sit *Br pap* | corrigenda] sic *add. Br* | quod] quia *pap* 10 est *om. V1* 10–11 quodam modo] quomodo *Sh* 12 sunt] secundae sicut *p* secundae *praem. pa* 13 et *om. p* 15 et[1] *om. pap* 16 ex] his *add. P1* 17–18 connotant cum] annectitur tamen *pa* 18 significatione] significationi *pa* 20 dicunt] dicuntur *pa* 21 principale] est *add. Sh* 22 ad *om. pa* 23 et[2] duplum *om. pap* 24 illa] illo *CaP1* alia *pap* 24–25 primo inducta] praeinducta *p* 25 quia] quae *Sh* 26 ad *om. p* 27 propter hoc] propter *CaP1* propter hoc inest *pap* propterea convenit *SiV1* 27–28 relativis – nisi *Sh om. cet. codd., edd.* 29 secundum – ita *om. p* 30 dicantur] dicuntur *Br* 31 quaedam] quidam *pa* 31–32 propter connotatum] connotant *Br pap* 32 cum] est *CaO1P1* 32–33 habent] habere *Br om. pap* 33 non] secundum *add. pap* | Et[2] *om. pap* 34 ignorasse] ignorare *pap* | connotant] connotatur *pa* 36–37 difficultatis inductae] diffinientis *pa* 37 rem] esse *CaBr* | rem, quae] esse quod *O1P1* 38 de[2] primis *om. Br* 39 quam] quae *pap* 41–43 proprio – reliquum] vera proprietate et propria relativorum *Br* 41 verorum] verborum *CaO1 dub. P1 om. Si* 42 quod[2] *om. p* | quod[2] – quis] cum *Si* 42–43 diffinite – reliquum] noverit unum eorum diffinite, et reliquum noscet diffinite *p* 42 noverit] novit *Sh* 43 diffinite noverit *om. Sh* 44 quae – sunt *om. pap* 45–46 et – est] quidditas *O1* 48 et[1] illud] id *pap* 50 ideo *om. O1* | ideo – diffinitur] unum relativum diffiniri *pap* 51 diffinitur] diffiniri *p* 52 sive] nec *O1* | ut] nec *P1* | determinatum] determinatur *Si* determinatus *ShV1* 52–53 terminari] determinari *Si pap* 53 ad] aliquid *add. O1* 54 ex *suppl. editor* | est *om. Sh* 55 aliquis diffinite] quis *O1* | quid – aliquid] id *pap*

57 est[1] *Ch a* quoniam eorum est quae sunt ad aliquid *add. ed.* 58 quodam[1] *ChVa a* quoquo *ed.* | quodam[2] *ChVa* quoquo *ed.* 59 hoc[1] quodam *CsCh* quoquo *ed.* | hoc[2] quodam *CsCh* a quoquo *ed.* 60 definite[3] *CsCh a* definitorum *ed.* | cuius[2] *CsCh* cum *ed.*

3–4 Boeth., In Cat. Arist. l. 2 (PL 64, p. 234A–326B), ubi hanc quaestionem Aristotelis solvere temptat, distinguendo 'id quod est dici et id quod est esse ad aliquid' (235C); cf. supra p. 97 v. 67 – p. 98 v. 3. De Alexandro nihil invenitur. – 8 Supra p. 85 v. 3. – 16–17 substantia – substantiis: Cf. supra p. 21 v. 28. – 24–25 Vide supra p. 85 v. 3. – 36–37 Supra p. 96 v. 21–27.

quod ad aliquid est secundum esse suum et veritatem – sed *esse* talis, quod *ad aliquid* est, est *idem* quod esse *ad aliquid* diffinitum et certum *se quodam modo*, hoc est secundum relationem, se *habere*, ita quod non habeat esse principale nisi relationis –, necessario sequitur quod *etiam illud novit* diffinite, *ad quod* istud *se habet quodam modo* sive secundum relationem. Et hoc ideo sequitur, quia diffinite non novit primum, nisi alterum ponatur determinate secundum vocem in sermone diffinitivo, eo quod istud ad illud diffinitur. *Si enim non novit* hoc, *ad quod* istud *quodam modo*, hoc est secundum relationem, *se habet*, cum diffinite ponatur in diffinitione, tunc non est sciturus, si istud, quod dicit esse *ad aliquid, se habet* ad illud | secundum esse. *Hoc* autem *palam est* per inductionem *in singulis ut* in hoc quod est duplum; *si quis* enim *diffinite novit, quia* hoc *est duplum* et non finitur intellectus quidditatis eius, nisi assignetur secundum nomen certum ad id cuius est duplum, sequitur quod *mox* ipsa assignatione *novit* et hoc *cuius est duplum*, quia hoc certa nominatione exprimitur in dupli assignatione, cum dicitur duplum dimidii duplum. *Si autem nihil* sive nullo modo *diffinito* et certo *novit, cuius est duplum*, sequitur quod etiam *omnino non novit, si* istud *est duplum*, quod duplum esse dicebat. *Similiter* etiam, *si novit diffinite* in comparativo, *quia* hoc *melius* vel maius est, sequitur quod etiam *diffinite* cognovit *quo melius est*, quia aliter comparatio vaga esset, quae significatur in comparativo, cum nulla possit esse comparatio nisi finita in terminis, quia aliter comparationis non habet intellectum. *Propter quod* generaliter concluditur *quod est necessarium quod, si novit quis diffinite* unum *aliquod relativorum, etiam id ad quod dicitur* secundum relationem, *diffinite* eum *nosse* necessarium est.

Si autem obicitur contra hoc quod relativa opposita sunt, opposita autem nata sunt se destruere et non sunt nata se invicem diffinire, dicendum quod uniuscuiusque rei diffinitio debet esse secundum modum quidditatis ipsius; esse autem et quidditas relationis non est esse absolutum et quidditas absoluta, ut ex genere et differentia possit constitui sicut ens absolutum, sed est esse dependens et, quod plus est, dependentia quaedam ad aliud, et dependentia est ei pro genere et correlativum, ad quod est, sibi est pro differentia finiente ipsum, ut actu sit relatum, et ideo sic non per ipsum sed ad ipsum diffinitur, sicut in esse et quidditate est ad ipsum. Et hoc modo utrumque diffinitur per reliquum. Nec tamen sequitur quod unum sit notius altero vel prius altero vel simplicius altero, sed quod esse utriusque finitur et terminatur per reliquum. Nec est inconveniens, si id quod est ad aliquid, non diffinitur sicut praedicamenta alia, quia esse suum non est sicut esse aliorum.

Ex his autem manifestum est quod *caput et manus* et alia *singula*, quae sunt de numero eorum *quae sunt substantiae* sicut partes secundae substantiae, *hoc ipsum, quod sunt* secundum esse substantiale, quod in nomine principaliter significatur, *potest sciri diffinite*, secundum quod est pars componens substantiam, et *non* propter hoc *est necessarium scire* hoc *ad quod dicuntur*, quia non habent relationem nisi in connotato in nomine et non in principali significatione, et ideo in ratione capitis et in ratione manus quantum ad principalem significationem *non est dici diffinite, cuius est hoc caput* et *cuius* est *haec manus*, quia caput et manus diffiniuntur non ad id cuius est caput et cuius est manus, et sic non potest diffiniri pater vel duplum vel melius, propter quod sequitur quod

necessarium est nosse; quapropter palam est quia necessarium est quod si noverit quis aliquid relativorum definite, et id ad quod dicitur definite nosse. Caput vero et manus et horum singula quae substantiae sunt, hoc ipsum quod sunt potest sciri definite, ad quod autem dicantur non est necessarium scire; cuius enim hoc caput vel cuius haec manus sit non est dici definite; quare non erunt haec ad aliquid; si vero non sunt relativorum, verum erit dicere quia nulla substantia relativorum est. Fortasse autem difficile sit de huiusmodi rebus confidenter declarare nisi saepe pertractata sint; dubitare autem de singulis non erit inutile.

CaO1P1BrShSiV1 pap 13 *Ca* f. 50ra

1 quod] quidem *pa* | esse suum *inv. Sh* | sed] hoc *pa* hoc est si *p* 2 est[2] *om. CaO1P1SiV1* | est[2] – aliquid *om. pap* 3 se *om. pap* | quodam modo] habet *add. pap* | hoc] haec *V1* 4 non *om. p* 5 nisi *om. pap* | relationis *in marg. Sh*[1] | illud *om. pap* 7 ideo sequitur] non sequitur nisi *pap* 8 novit] ponitur *pap* 9–10 in – diffinitur] secundum esse diffinitam *pap* 9 diffinitivo] diffinito *O1* 12 tunc *om. Si* | tunc non] item *pa* idem *p* | sciturus] scitum *Si* 15 ut] non *CaO1P1Br* 15–16 si – duplum *om. (hom.) Si* 15 quis] aliquis *Sh* | quia] quod *Br pap* 16 non finitur] finite *pa* diffinite *p* 17 nisi assignetur] assignatur *pap* | cuius] cui *CaO1P1V1* 19 exprimitur *in marg. P1*[1] 22 quod – omnino] etiam quod tunc *Br* 22–23 si istud] quod id *pap* 24 quia] quod *pap* 28 nisi] forte *add. P1* 30 est *om. CaP1ShSiV1* | aliquod] ad quod *pa om. p* 31 id] quod *add. CaP1* 31–32 diffinite] finite *Sh* 32 eum] est *Ca* | eum nosse *om. P1 illeg. in marg. scr. P1*[1] cognoscere *O1 pap* 34–35 autem – nata] enim nata non sunt *pap* 34 se *sup. lin. Sh*[1] 35 uniuscuiusque] uniuscumque *V1* 38 ut] nec *pap* 39 possit] posset *Br* | possit constitui] constituitur *pap* | est esse] sicut ens *pap* | esse] ens *Si* 40 et *om. Sh* | est] sicut *add. p* | dependentia quaedam] habet dependentiam *Br* | quaedam] est *add. SiV1* 42 sibi *om. Br* | finiente] diffinienti *Br* 43 sit relatum] sicut relativum *pa* | relatum] relativum *p* | sic non] non fit *Br* 44 ipsum] et ad hoc *add. Br* 47 sed] secundum *pap* 47–48 terminatur] certificatur *Br* determinatur *pap* 48 si] quod *p om. pa* 49 diffinitur] diffiniatur *Br pap* 52 alia singula] similia *pap* 55 quod *om. Sh* 56 non – hoc] propter hoc non *Br pap* 57 hoc] propter *praem. CaP1Sh om. O1Br* 61 est[3] *O1 pap* sit *CaP1BrShSiV1* 62 diffiniuntur non *inv. Sh* 63 sic *sup. lin. Sh*[1] | non *om. P1* 64 quod *in marg. Sh*[1]

65 nosse *CsCh* nosse propter haec indefinite autem sciet quia est peiore melius; opinione id quod tale est fit, non disciplina; non enim scivit subtiliter quia est peiore melior; si enim sic contingit, nihil est peius eo *ed.* | si *ChVa om. ed.* | aliquid *Ch om. ed.* | id *Ch* illud *ed.* 66 manus *ChVa* manum *ed.* 67 sit *ChVa om. ed.*

33–35 Si – diffinire: Cf. Kilw., Super Praed. (ed. Conti p. 91 v. 19–25).

secundum veritatem et esse suum principale *non sunt ad aliquid*. *Si* autem haec quae sunt partes secundae substantiae, *non sunt* de numero *relativorum*, cum de illis magis videatur quam de aliis, necesse *est dicere quod nulla* substantiarum primarum vel secundarum sit ad aliquid secundum veritatem.

Tamen *fortasse difficile est de huiusmodi* relativis *confidenter*, hoc est ratione certa, aliquid determinare propter similitudinem eorum quae dicuntur ad aliquid, ad ea quae sunt ad aliquid secundum veritatem, *nisi saepe* et subtiliter *pertractata sint*, ut distinguantur ea quae dicuntur ad aliquid ex connotato, ab his quae sunt ad aliquid secundum esse totum et quidditatem et secundum veritatem. Pertractando autem subtiliter *dubitare de singulis* horum, quid hoc vel illud sit, *non erit inutile*, quia sic invenitur veritas eorum quae dicuntur ad aliquid, et eorum quae sunt ad aliquid secundum esse suae quidditatis et secundum veritatem. Propter quod dicit ARISTOTELES in I TOPICORUM quod 'potentes ad utramque partem dubitare de facili speculabimur, quid verum et quid falsum sit in unoquoque'.

Attendendum tamen quod multis modis dicitur aliquid ad aliquid, scilicet ut ad finem et ad actum, propter quem est, sicut oculus ad videndum et securis ad incidendum, et sic multae substantiae sunt ad aliquid; dicitur etiam ad aliquid ut materia ad formam, et sic propria materia est ad propriam formam; et dicitur ad aliquid ex connotato cum principali suo esse sicut caput et manus; et dicitur ad aliquid secundum principale et totum esse sicut pater et duplum, et sic nulla substantia est ad aliquid, sicut dictum est. Sic igitur corrigi debet diffinitio. Non enim facit esse praedicamentum habere in aliquo alicuius praedicamenti modum, quia etiam forma substantialis et differentia habet qualitatis modum et non propter hoc est de praedicamento qualitatis.

Cap. 10. De dubitabilibus quae sunt circa ea quae dicta sunt de his quae sunt ad aliquid

| Est autem dubitatio, quae oritur ex his quae dicta sunt. Si enim relatio sive 'ad aliquid | sunt quaecumque hoc ipsum, quod sunt, alterius sunt' et ex comparatione ad aliud habent esse, tunc videtur quod unum accidens aliquo modo habet esse in duobus subiectis, ita tamen quod remaneat idem in essentia – qua enim ratione est in uno, eadem ratione est in alio; dicitur enim pater filii pater –, nec potest uno subiecto determinari vel diffiniri.

Adhuc autem videtur quod secundum hoc duae oppositae relationes sint una numero relatio, sicut paternitas, quae est in patre respectu filii, et filiatio, quae est in filio respectu patris. Tunc videtur quod filiatio et paternitas non differunt nisi penes terminos sicut via, quae est a Thebis ad Athenas et ab Athenis ad Thebas, quae eadem est, quamvis terminis differat.

Adhuc quaecumque comparationes ab eisdem comparatis et eadem causa comparationis trahunt esse, illae sunt eaedem; sed paternitas et filiatio et universaliter quaelibet correlationes ab eisdem comparatis et eadem causa comparationis trahunt esse; videtur igitur quod eaedem sint in essentia.

Adhuc autem quaeritur, si paternitas relatio est, ad quid refertur. Si dicatur quod ad filiationem, videtur quod falsum sit, quia relationes generantur ex motu aliquo, et circa filiationem non fit motus sed circa filium.

Adhuc filius refertur ad patrem filiatione; si ergo etiam filiatio refertur, tunc aliqua relatione refertur, et sic relationis est relatio, et hoc procedet in infinitum.

Adhuc generatione activa pater efficitur pater et fit paternitas in ipso, et si generat secundum filium, eadem ratione in ipso fit nova paternitas, et eadem ratio est de

CaO1P1BrShSiV1 pap 39 *Sh* f. 48vb 40 *Ca* f. 50rb

4 quam] quod *V1* 7 huiusmodi] huius *V1* 8 hoc] haec *V1* 10 veritatem *in marg. P1*[1] | et *om. pap* 12 ex – aliquid *om. (hom.) P1 corr. in marg. P1*[1] | sunt] dicuntur *pap* 15 hoc] haec *V1* 18 secundum *om. V1* 20 facili] simili *O1* | speculabimur] perspeculabimur *Sh* speculabuntur *V1 pap* | quid[1]] sit *add. pap* 22–23 aliquid *om. pap* 23 scilicet] sed *pa om. O1* | ad[3] *om. pap* 25 incidendum] sicandum *O1* scindendum vel ad *praem. Br* | sic *om. pap* 26–27 et – formam *om. (hom.) P1* 30 totum] suum *add. Sh* 31 sicut] ut *pap* | sicut – est *om. O1* 32 esse *om. O1* 33–34 quia – modum *om. (hom.) pa* 33 etiam] est *CaO1P1* 33–34 forma – habet] differentiae substantiales habent *p* 34 habet] habent *Br* | qualitatis modum *inv. Sh* 35 est] sunt *Br pap* 36 dubitabilibus] dubitationibus *Si* dubitalibus *p* 37 quae[1] sunt *om. BrSi* 37–38 ea – aliquid] dicta *Br* praedicta *p* 40 relatio] relativa *pap* 41 ex *sup. lin. Sh*[1] 42 aliud] aliquid *pap* 44 remaneat] remanet *pap* 45 in[2]] ad *O1* 46 diffiniri] finiri *V1* 48 sint] sunt *V1 pap* 49 quae[2] *om. CaP1Sh* 50 Tunc] item *pap* et *praem. Sh* 51 differunt] differant *pap* 52 ad[1]] usque *praem. Br* | et – Thebas *om. Br* 53 differat] differant *Si pa* 54 Adhuc] autem *add. Sh* 55 trahunt] trahentes *Br om. Si* | trahunt – illae] trahentem illam *CaP1* | trahunt esse] sunt essentialiter *pap* | illae] illa *O1BrSi pap om. V1* 56 eaedem] eadem *Br pap* 57 quaelibet] quaecumque *pap* | correlationes] relationes *O1Si* relationes vel *praem. Br pap* | eisdem *ex* eis *sup. lin. corr. Sh*[2] 58 trahunt] taliter *pa* contrahunt *p* | esse] illae sunt eaedem – trahunt *post* esse *add. in marg. Sh*[1] *sed pro* eisdem *habet* eis | videtur igitur] videntur *pa* 59 eaedem] eadem *p* 61 quod *om. O1* 62 sit, quia] est quod *O1* 63 et] sed *pap* 65 tunc] ergo *Si om. pap* | sic *om. pap* 68 secundum] alium *pap* 69 in – fit] fit in eo *Sh* | ratio est] ratione *Br*

18–19 Arist., Top. l. 1 c. 2 (101 a 34–36); transl. Boethii: Arist. Lat. V, 1–3 p. 7 v. 14–16. – 22–31 Attendendum – est: Cf. Kilw., Super Praed. (ed. Conti p. 91 v. 9–14): 'intellige quod «ad aliquid» dicitur tripliciter, etc.'. – 39–46 Haec dubitatio ab Avicenna solvitur, cf. infra p. 101 v. 14 cum nota. – 39 Vide supra p. 85 v. 4–6 – 47–53 Adhuc – differat: Cf. Alb., De V univ. Ed. Colon. t. 1, 1a p. 56 v. 23–26: 'paternitas et filiatio in medio idem sunt, terminis autem differunt, sicut motus et via quae est de Thebis ad Athenas et de Athenis ad Thebes'.

tertio et sic deinceps. Videtur ergo quod multae paternitates secundum idem fiunt in eodem. Sed contra hoc est, quia duo accidentia eiusdem speciei non possunt esse simul in eodem secundum idem sicut duae albedines; fiunt enim unum accidens, quia nec subiecto nec essentia possunt habere differentiam; ergo etiam duae vel plures paternitates in eodem secundum idem esse non possunt. Si dicatur quod distinguuntur respectu diversorum filiorum, contra hoc est quod, secundum quod sunt in patre, per hoc distingui non possunt.

Adhuc autem relatio accidens est, ergo est in subiecto; et praeterea est comparatio ad alterum; ergo habet in se duo. Et sic generalissimum est compositum, ut videtur.

Ad HAEC autem et his similia dicendum videtur quod unum accidens non est in duobus subiectis ut subiectis, sed unum in uno ut in subiecto et in altero non ut in subiecto, sed sicut in termino et fine, ad quem finitur dependentia ipsius. Sic paternitas est in patre ut in subiecto et in filio ⟨ut in termino⟩, ad quem finitur dependentia ipsius, et sic filiatio est in filio ut in subiecto, in patre autem sicut in termino finiente dependentiam ipsius, et hoc est esse ad patrem et non in patre, et sic enim pater cadit in diffinitione filii et e converso. Nec est inconveniens quod hoc modo diverso unum accidens ad duo se habeat.

Ad ALIUD dicendum quod duae oppositae relationes sive correlationes non sunt una; comparatio enim relationis in medio duorum relativorum nihil est, quia, sicut iam DICTUM EST, relatio in uno est sicut in subiecto et non extenditur essentialiter ad alium, sed tantum dependet ad ipsum secundum intellectum. Et quod OBICITUR de eadem via, quae est de Thebis ad Athenas et e converso, dicendum quod non omnino simile; non est simile nisi in terminis; medium autem extensum non habet, sed pro extensione non habet nisi inclinationem dependentiae unius ad alterum, et ideo non est omnino simile.

Ad ALIUD autem dicendum quod paternitas et relatio et huiusmodi abstracta, quae sunt de praedicamento relationis, significant relationes in genere vel in specie ut conceptas et non ut exercitas, et ideo talia ad nihil referuntur, sed ipsis ut formis referuntur ea quae referuntur ad invicem, sicut relativa referuntur relatione et pater paternitate et huiusmodi, et ideo non itur in infinitum.

Ad ALIUD dicendum quod multae paternitates non fiunt in uno. Cum enim unum, ex quo generat pater, et actus generationis specie unus ad omnes genitos, una erit paternitas ad omnes. Sed multi filii multis filiationibus numero referuntur ad illum unum patrem.

Et si obicitur quod mortuo filio non est pater, et ponamus quod unus filiorum moriatur, tunc videtur sequi quod una paternitas destruitur et manet, dicendum quod non est verum; non enim tali facta positione destruitur paternitas simpliciter, sed destruitur respectus eius ad hoc, et hoc non est destrui simpliciter. Et si obicitur quod paternitas non est nisi respectus, et si destruitur quoad respectum, tunc videtur destrui simpliciter, dicendum quod non est verum; manet enim adhuc in causa, et ideo non simpliciter destructa est. Dico autem quod manet in causa ad effectum reducta respectu aliorum filiorum.

Ad ULTIMUM dicendum quod relatio est accidens et ita oportet quod aliquid addatur accidenti, per quod fiat huius generis accidens, et sic omne generalissimum compositum est ex duobus intellectibus, | propter quod generalissima dicuntur species entis, unde etiam propria non assignantur eis, nisi prout sunt species entis, quia omne proprium causatur a specie, ut dicit BOETHIUS; species autem duos habet intellectus, sicut saepe in scientia DE UNIVERSALIBUS dictum est.

CaO1P1BrShSiV1 pap 65 *Ca* f. 50va

1 et sic] ac *pap* 2–4 Sed – secundum *om. Br* | Sed – eodem *om. (hom.) CaO1P1* 5–6 subiecto – essentia *inv. V1* essentia (essentiae *p*) ac substantiae *pap* 6 differentiam] differentia *Sh* 9 quod] quia *pap om. Br* 10 quod *om. Ca* 11 accidens] accidentis *add. pa* | ergo est] genere quia *p* | est[2] *om. CaO1P1* 12 praeterea] prima *P1* postea *pap* 15 non – ut] in duobus non sit *Br* 16 unum *in marg. Sh*[1] | in[2] *om. Br pap* 16–17 et – subiecto *om. (hom.) P1 corr. in marg. P1*[1] 17 et] est et in *Br* | finitur] sumitur *pap* 18 Sic] sicut *O1V1 pap* 19 filio] est *add. O1* | ut – termino *suppl. editor cum Br pap* 19–21 ad – termino *om. (hom.) O1* 19 finitur] sumitur *pap* 20 ut] sicut *Sh* | in[2] *om. CaP1V1* 21 dependentiam] dependentia *Ca* 22 est esse *inv. pa* | esse *om. p* 23 enim *om. pap* | filii] sibi *Ca* | Nec] et non *Br* 29 relatio] ad unum seu *add. Br* | uno] non *add. pap* 30 alium] aliud *Br pap* | tantum *Sh* uû *Ca* unum *cet. codd., edd.* 32 quae est *om. O1* 33–34 non[1] – simile] omnino simile non est *pap* | non[2] – simile] est *Br* 35 pro extensione *editor cum Br* per extensionem *cet. codd., edd.* 39 quae *om. pap* | de] in *Br* 39–40 relationis] ad aliquid *Br* 40 significant relationes *om. (hom.) pap* 41 conceptas] acceptas *Si* concepta *p* | exercitas] exercita *p* | ideo] ad *add. O1P1* 42 referuntur[1] *om. pap* 43 sicut] ut *O1* sed *pa* scilicet *p* | referuntur] relatio *add. pap* 44 non *sup. lin. Sh*[1] | infinitum] huiusmodi genere vel in causato *add. pa* 45–49 Ad – patrem *om. pa* 45 dicendum] est *add. Br* 46 enim] sit *add. sup. lin. Br* | unum] sit principium *add. p* 47 genitos] genituras *p* 49 illum] istum *p* 51 sequi] semper *pap* 52 manet] ad hoc *add. O1* 53 non[2]] nihil *O1* nisi *P1* 54–55 sed – simpliciter *om. (hom.) CaO1P1Br* 55 non *in marg. Sh*[1] | si] secundo *add. pap* 56 non *om. O1* | non est *om. CaP1Sh* 58 quod] hoc *add. pap* 59–60 Dico autem] dato enim *O1* ideo enim *pa* 60 autem] enim *Br p* 62 ita] ideo *Si* 63 addatur] addat *pa* 64 omne] esse *CaP1* 65 intellectibus] intelligibilibus *Si pap*

14 Vide supra p. 100 v. 39–46. Pro solutione cf. Avic., Philos. prima tr. 3 c. 10 (ed. Van Riet p. 176 v. 64 – p. 177 v. 94): 'igitur nullo modo putes quod unum accidens sit in duobus subiectis' (v. 93); cf. etiam Alb., De V univ. Ed. Colon. t. 1, 1a p. 56 v. 59sq. – 26 Vide supra p. 100 v. 47–50. – 29 Vide supra v. 14–18. – 31–32 Supra p. 100 v. 50–53. – 38 Vide supra p. 100 v. 60–66. – 40–41 Cf. supra p. 84 v. 36–43. – 45 Vide supra p. 100 v. 67 – p. 101 v. 10. – 62 Vide supra v. 11–13. – 68 Cf. Porph., Isag. (Arist. Lat. I, 6–7 p. 29 v. 21–25). Alb., De V univ. Ed. Colon. t. 1, 1a p. 109 v. 26–27: 'Proprium semper causatur ex principiis adaequatis speciei', p. 108 v. 5–6: 'de proprio quod, ut dicit Boethius, manat de essentialibus speciei', p. 128 v. 44–45: 'species est causa proprii'. – 70 Alb., De V univ. Ed. Colon. t. 1, 1a p. 54–58 (tr. de specie, c. 1): 'De diversis intentionibus speciei').

TRACTATUS DE QUALITATE

Cap. 1. Quid sit qualitas et secundum quam intentionem sit praedicamentum

| Postquam iam dictum est de quantitate – quae cum substantia proxime ordinanda fuit, eo quod substantia motui et alterationi, secundum quam fiunt formae accidentales multae in substantia, per quantitatem subicitur, eo quod non movetur nisi quantum, ut probat ARISTOTELES in VI PHYSICORUM –, postquam etiam de ad aliquid determinatum est, quod alteram partem accidentis importat, quod est 'ad aliud quodam modo se habere', nunc de qualitate restat dicendum, quia per qualitates activas et passivas ad agere et pati substantia disponitur, quae sunt sequentia praedicamenta; per 'ad aliquid autem quodam modo se habere' efficitur susceptibilis ubi et quando et situs et habitus. Et ideo ista quattuor praedicamenta quasi principia disponentia ad illa sex, quae sequuntur, praemittuntur. In quantitate enim determinatur inesse, quod accidenti convenit; in ad aliquid autem determinatur ad aliquid se habere, a quo non absolvuntur ubi et quando et situs et habitus; in qualitate disponitur substantia ad agere et pati, quae duo qualitatem consequuntur. Haec igitur quattuor praecedunt ut substantiam ad sequentia disponentia. Et quia ad aliquid se habere accidit substantiae ex comparatione suae substantiae ad aliquid, qualitas autem ex hoc, quod est activa vel passiva ab alio vel in aliud, ideo ad aliquid ordinatur ante qualitatem.

Assignando igitur qualitatis descriptionem dicimus quod *qualitatem* describens *dico secundum quam* ut formam accidentalem *quales dicimur* per denominationem. Non enim, ut diximus in ANTEHABITIS, denominatio a substantia fieri potest, eo quod forma substantialis abstrahi non potest, eo quod est in ratione subiecti, de quo praedicatur, sive ⟨sit⟩ sumpta in potentia notio totius, sicut significatur in genere, sive sit ut actus totius, sicut significatur in differentia, sive sit notio totius implicite, sicut significatur in specie, sive sit notio totius explicite, sicut significatur in diffinitione, et ideo non secundum illam quales ut quales, sed potius quid vel quale quid dicimur, quia etiam differentia secundum PORPHYRIUM et antiquos non in quale tantum sed in quale quid praedicatur, quia quamvis praedicetur in quale, tamen quid efficit in eo, de quo praedicatur. Quantitas autem non est, secundum quam quales, sed secundum quam quanti vel aliquot [aliquoti] dicimur. Ad aliquid autem et alia praedicamenta sunt, secundum quae dicimur ad aliquid aliquo modo nos habere, quia a comparatione unius ad alterum non absolvuntur. Et ideo soli qualitati convenit quod secundum eam simpliciter et absolute quales dicimur. Hoc enim nec substantiae nec quantitati nec ad aliquid simpliciter convenit, quia forma substantialis vel differentia non dicit simpliciter quale, sed quale, quod est quid, ut DIXIMUS, aliae autem formae et praedicata accidentalia aut dicunt id, secundum quod formae accidentales et praedicata accidentalia quantitatem per accidens accipiunt in subiecto, quamvis non insint nisi subiecto, aut dicunt id, quod est ad aliquid se habere.

Tertius autem modus praedicationis remansit, qui est quales dici, secundum quem modum activum et passivum substantia, quae est subiectum, efficitur. Et iste

8 b 25 (Arist. Lat. 63, 17–18): Qualitatem vero dico secundum quam quales dicimur.

CaO1P1BrShSiV1 pap 5 *Sh* f. 49ra

1 tractatus] V *add. p* 2–4 Quid – praedicamentum *om. O1* 2 sit] est *Br* 3–4 secundum – sit] quomodo est *Br* 4 praedicamentum] unum de decem praedicamentis *p* 5 Postquam] autem *add. O1P1SiV1* 6 substantia[1]] substantiae *Br* | proxime] proximo *O1* proxima *Sh pap* 8 multae] fiunt *add. CaO1P1 exp. Ca* 9 quod non *inv. Sh* | non] nihil *Br* 10 vi] quinto *Sh* | de *om. p* 12 aliud] aliquid *pap* 13 quia] quod *Si* eo quod *pap* 15 sequentia] consequentia *V1* 16 autem] aut *O1P1V1* | se habere *om. pap* 20 inesse] de esse *pap* 23 substantia *om. Br* 24 igitur] genera *add. Si* 25–26 ad – habere *om. O1* 25 disponentia *editor cum p* disponentes *CaP1BrShSiV1 pa* 26 substantiae *om. pap* 31 describens dico] describentes *Br* 34 forma substantialis] substantia formalis *Sh* 35 quod] non *add. ShV1* | subiecti] speciei *add. Br* 36 sit *suppl. editor* | potentia] ut *add. pap* 36–37 sicut – totius *om. (hom.) pap* 37 ut *om. Br* | sicut] explicite *praem. Br* | significatur] signatur *p* explicite *add. V1* 41 quales] dicimur *add. pap* | quid[1]] quod *pap* | dicimur] praedicatur *Sh* 41–42 quia etiam] et quia *pap* 42 etiam] haec *Br* 44 praedicetur] praedicatur *Sh* | efficit] efficitur *pap* 45 Quantitas] qualitas *CaP1* 46 quales] dicimur *add. pap* | sed *om. Sh* | aliquot] aliquod vel *Sh lac. Br om. V1* 46–47 aliquot aliquoti] aliquanti *pap* | aliquoti *del. editor cum Si* 48 quae] quod *P1* 49 a *om. Si pap* 51 absolute] absoluti *P1V1* 53–54 vel – non] nec differentia *O1* 54 dicit] dicuntur *pap* | quod est *om. Br pap* 55 aliae – praedicata] alia autem praedicamenta et formae accidentales et praedicamenta *pap* 56–57 aut – accidentalia *om. (hom.) pa* 57 praedicata] praedicamenta *p* | quantitatem] qualitatem *Br p om. Sh* 58 quamvis – subiecto *om. (hom.) P1 corr. in marg. P1[1]* | non – nisi] sint in *Br* | insint] sint *pa* insit *p* | subiecto[2]] substantiae *pap* 59 dicunt] dicantur *pa* | id *sup. lin. Sh[1]*

63 quales *Ch* quidam *add. ed.*

10 Arist., Phys. l. 6 c. 4 (234 b 20). – 12–13 ad – habere: Cf. Arist., Cat. c. 7 (6 a 37); supra p. 86 v. 34–46. – 33 Supra p. 12 v. 8sq. – 42 Porph., Isag. (Arist. Lat. I, 6–7 p. 23 v. 10–12). – 55 Vide supra v. 41.

modus inter simplices modos praedicandi remansit solus. Simplices autem dico, qui in suis praedicandi modis nihil aliud concipiunt nisi unum modum simplicem. Omnes enim alii sex modi praedicandi aliquid praeter se concipiunt in subiecto, de quo praedicantur, sicut actio principium actionis et passio principium passionis et quando et ubi et situs et habitus concipiunt unius ad alterum comparationem, isti autem quattuor modi praedicandi simplices sunt, sicut substantia quid, quantitas subiecti in quantitatem distensionem, ad aliquid comparationem et qualitas qualitatem, secundum quam affecta vel disposita substantia perfecta est ad agere et pati. Et quia antecedentes tres modi sunt substantiae, ut substantia est, ideo prius de ipsis erat agendum. Quia vero qualitas non est substantiae, ut substantia est in seipsa vel comparata, sed est ipsius, ut perficitur ad id, quod est agere et pati, propter hoc quarto loco de hoc praedicamento est agendum.

Sic igitur *qualitatem* describens *dico secundum quam* simpliciter nos, qui homines sumus, *quales dicimur*, quia quamvis et alia qualia dicantur secundum qualitatem, tamen non omnia omnium qualitatum sunt susceptiva, sed solus homo inter ea, quae nota sunt nobis, omnium est qualitatum susceptivus. Habitus enim et dispositionis secundum omnes species habitus et dispositionis non est susceptivus nisi homo et | non alia existentia nota nobis. Haec est igitur causa, quod sic dicimus: '*qualitas* est, *secundum quam quales* [vel qualia] *dicimur*', et non dicimus: 'secundum quam qualia dicuntur'.

Et quod posset obici quod differentia est, secundum quam quales dicimur, iam SOLUTUM EST. Non enim secundum differentiam simpliciter quales dicimur sed etiam quid, quia, ut dicit PORPHYRIUS, differentia est 'quod ad esse' substantiale 'conducit et quod eius, quod est esse rei, pars est'. Omnis autem alia forma accidentalis, quamvis in quale praedicetur omne accidens, non tamen dicit quale simplex, sed potius vel quantum vel aliquo modo se habere addit supra | quale, quod praedicat praeter solam accidentalem qualitatem, et ideo sola qualitas per quale secundum eam dici recta ratione diffinitur.

Si autem QUIS obiciat quod etiam quale est quod a qualitate quale dicitur, et sic quale per qualitatem et qualitas per quale diffinitur, et erit idem notius et ignotius altero et e converso, et idem notius et ignotius se ipso, facile est respondere secundum ante dicta, quod scilicet, quando quale per qualitatem diffinitur, datur diffinitio ex notioribus simpliciter, quando autem e converso qualitas diffinitur per quale, tunc datur per notiora quoad nos. Et hoc modo non est inconveniens idem esse notius et ignotius altero vel seipso.

Ex his autem facile est intelligere, in qua intentione qualitas vel quale sit praedicamentum. Est enim qualitas vel quale praedicamentum, secundum quod est praedicans simpliciter quale et nihil aliud. Hoc enim est solum quale accidentale omnino absolutum a comparatione et quantitate, quae possent ipsum ad aliud genus praedicamenti determinare, sicut DIXIMUS.

Ex hoc autem facile patet, quare de praedicamento quantitatis loquentes non diximus: 'quantitas est, secundum quam quanti dicimur'. Quantitas enim in quale praedicatur, eo quod est accidens, sed illud quale materiale est in ipsa ad quantitatem, per quam ad genus praedicamenti determinatur. Et ab illo communi quanto unius modi non poterat haberi communis denominatio, quia aliter fit denominatio a quantitate discreta et aliter a continua. Adhuc autem quantitas est propinquissima substantiae et ideo subiectum potius constituit secundum esse, quo substare potest motui, qui est secundum accidentia, quam denominet proprie loquendo. Qualitas autem continet terminos motus, secundum quos fit substantiae denominatio.

Et si quis obiciat quod motus est etiam in quantitate et sic deberet esse denominatio, iam in ANTEHABITIS hoc solutum est, quod motus non est in quantitate, secundum quod est quantitas, sed secundum rationem perfecti et imperfecti, quae sunt qualitates in quantitate. Convenit ergo proprie soli qualitati simplex secundum

CaO1P1BrShSiV1 pap 26 *Ca* f. 50vb 38 *Sh* f. 49rb

2 qui] quod *V1* 3 modum] praedicandi *add. O1* 6 actio] activo *V1* 9 substantia] dicit *add. Br* in *add. p* 10 in] dicit *Br* | distensionem *Sh* dimensionem *CaO1P1SiV1* dimensionum *Br pap* | aliquid] in *add. p* 11 qualitas] in *add. p* 12 et] vel *Sh* 21 et alia *om. O1* | secundum] aliquam *add. pap* | secundum qualitatem *om. V1* 23 sunt – omnium] nobis sunt contrariarum *pap* 24 dispositionis] dispositiones *pa* 25 habitus – dispositionis] eius *Br* | habitus et *inv. p* 26 non] ante *V1* 27 quod] quia *pap* | dicimus] quod *add. pap* 28 vel – dicimur] esse dicimur vel qualia *Si* | vel qualia *del. editor cum pap* | dicimus] dicitur *pap* 31 quales] esse *add. BrSi* | dicimur] sed etiam *P1* | iam] enim *add. O1* 31–32 iam – dicimur *om. (hom.) V1* 33 Porphyrius] Boethius *pa* | differentia] quod *praem. Sh* 34 substantiale] speciale *Br* 35 alia] anima *V1* 36 omne] esse *V1* 37 simplex] simpliciter *pap* 38 quod] quam *O1* 40 eam] ea *CaO1P1* | ratione] diffinitione *Br p* 42–44 Si – diffinitur *om. (hom.) O1* 42 quis] aliquis *pap* | etiam *om. pap* 43 sic *om. pap* 44 erit] est *pap om. Sh* | idem] ideo *CaO1P1Sh om. Si* 51 vel] nec *p* 52 Ex] ab *pap* 57 quantitate] qualitate *CaO1P1Si pa* | possent] possunt *SiV1* possint *p* 59–60 Ex – diximus *om. (hom.) P1* 59 quare] quale *Ca* 60 loquentes *om. pap* 62 sed] secundum *P1* 64 determinatur] determinatum est *Br* determinatum *CaO1P1Si* 65 modi] in *praem. Sh* in omni *pa* | communis *om. V1* 73 est etiam *inv. Sh* 75 quod] scilicet *add. Br* 77 qualitates] quantitates *P1* 78 Convenit] contingit *pap* | qualitati] quantitati *pa* | simplex] simpliciter *Si p*

19–29 Cf. Kilw., Super Praed. (ed. Conti p. 99 v. 9–12). – 31 Vide supra p. 102 v. 42. – 33 Porph., Isag. (Arist. Lat. I, 6–7 p. 19 v. 7–8). – 42 Cf. Boeth., In Cat. Arist. l. 3 (PL 64, 240B–C). Kilw., Super Praed. (ed. Conti p. 99 v. 5–9). – 58 Supra p. 102 v. 50–51. – 59–61 Ex – dicimur: Cf. Kilw., Super Praed. (ed. Conti p. 99 v. 13–14): 'patet quare non fuit conveniens definire quantitates sic: «quantitas est secundum quam quanti dicimur»'. – 74 Supra p. 69 v. 63 – p. 70 v. 10.

quale denominatio et secundum hoc simplex praedicatum ipsa est praedicamentum, quia etsi in aliis praedicamentis quale praedicatur, tamen ad aliud formale determinatur.

Cap. 2. Qualiter qualitas multipliciter dicitur et de speciebus qualitatis

Est autem qualitas, secundum quod sic in communi ut praedicamentum accipitur, de numero *eorum, quae multipliciter dicuntur*. Non autem sic dicitur multipliciter ut aequivocum vel analogum, quod per prius et posterius dicitur, sed est multipliciter dictum ut genus, quod per diversas differentias in ea dividitur, quae sunt sub ipso aequaliter ita quod aeque exeunt ab ipso et non unum per aliud. Sic enim sunt quattuor genera vel species qualitatis, quorum nullum per aliud participat qualitatis praedicationem, et ideo species qualitatis ab hoc communi, quod est qualitas, exeunt ut multitudo. Propter quod dicimus quod qualitas de istis dicitur ut de multis et non ut de uno, per quod de aliis dicatur, sicut substantia vel aliud genus, quia etiam in quantitate quantitas continua non fit mensura substantiae, nisi continua quantitas fiat numerus, et in ad aliquid ea, quae sunt ad aliquid secundum modum, oportet quod respiciant ad ea, quae sunt ad aliquid secundum veritatem, et sic ordinantur ad unum. In qualitate autem statim commune multiplicatur in quattuor, quorum unum non participat commune per alterum, sed sunt coaequaeva quasi sub ipso, quod commune est.

Et si quaeritur secundum artem dividendi, cuius sit divisio, quando dividitur qualitas in quattuor species vel genera qualitatis, constat quod non potest reduci nisi ad generis in species suas divisionem, sed illae quattuor species sunt coaequaevae sub genere et nulla alteri subalterna.

Si autem obicitur quod divisio debet esse bimembris, dicimus quod hoc verum est, quando datur divisio per differentias in genere vel specie constituentes. Has enim oportet esse oppositas per affirmationem et negationem sicut rationale et irrationale. Quando autem datur divisio accidentis in modos vel species, quibus accidens efficitur in substantia, non oportet, quia illi modi non sunt | finiti nec finitam et stantem et ordinatam habent causam. Et ideo oportet dari talem divisionem per modum multiplicitatis et multitudinis, et sic est de speciebus qualis et qualitatis, et ideo in qualitate talis congruit divisio. Et haec est causa quod, sicut dicunt Alexander et Boethius, ipse Aristoteles hoc praedicamentum intitulavit de quali et qualitate, quia qualitas non cognoscitur nisi ex modis eius, quod est quale, cum de modis substantiae qualitas haec vel illa causetur.

Prima autem harum est, quae communius respicit substantiam, quae *habitus et dispositio dicitur*. Haec enim et

8 b 26–9 a 13 (Arist. Lat. 63,18–64,13): Est autem qualitas eorum quae multipliciter dicuntur. Et una quidem species qualitatis habitus dispositioque dicitur. Differt autem habitus a dispositione quod permanentior et diuturnior est; tales vero sunt scientiae vel virtutes; scientia enim videtur esse permanentium et eorum quae difficile moveantur, ut si quis vel mediocriter scientiam sumat, nisi forte grandis permutatio facta sit vel ab aegritudine vel ab aliquo huiusmodi; similiter autem et virtus et iustitia vel castitas et singula talium non videntur posse moveri neque facile permutari. Affectiones vero dicuntur quae sunt facile et cito permutabiles, ut calor et frigiditas et aegritudo et sanitas et alia huiusmodi; afficitur enim quodam modo circa eas homo, cito autem permutatur et ex calido frigidus fit et ex sanitate in aegritudinem transit; similiter autem et in aliis, nisi forte in his quae contingit per temporis longitudinem in naturam cuiusque transferri et insanabilis vel difficile mobilis existat affectus, quem iam quilibet habitudinem vocet. Manifestum est autem quoniam haec volunt habitudines nominari, quae sunt diuturniora vel difficile mobilia; namque in disciplinis non multum retinentes sed facile mobiles dicunt habitum non habere, quamvis sint ad disciplinam peius meliusve dispositi. Quare differt habitus a dispositione, quod hoc quidem facile mobile est, illud vero diuturnius et difficile mobile. Sunt autem habitus etiam dispositiones, dispositiones vero non necesse est habitus esse; qui enim retinent habitum et quodammodo dispositi sunt ad ea quae habent vel peius vel melius, qui autem dispositi sunt, non omnino retinent habitum.

CaO1P1BrShSiV1 pap 41 *Ca* f. 51ra

1 hoc *om. Br* 2 est] simplex *add. Br* 3 ad] aliquod *add. pap* 5–6 Qualiter – qualitatis] De prima specie qualitatis quae est habitus et dispositio *Br* 14 species] speciei *Ca* 15 aliud *Sh* alterum *CaO1P1BrSiV1 pap* | qualitatis[2] *ex* qualitates *corr. Ca*[1] 17 qualitas] aequaliter *add. Si* 19 ut *om. p* 20–21 quantitas *om. O1* 21–22 continua[2] quantitas *inv. BrV1 pap* 22 ad[1] *om. CaO1P1* | ad[1] aliquid *inv. pap* 23–24 secundum – aliquid *om. (hom.) P1 corr. in marg. P1*[1] 23 respiciant] respiciatur *pap* 25–26 commune multiplicatur *inv. Sh* 26 non *om. P1* 27 coaequaeva quasi] coaequalia *pap* 29 sit] fit *V1* 35 divisio] omnino *p* 39 in] et *V1* 40 quia] quod *ShSi* cum .a.l. *add. in marg. Sh*[2] | sunt] sint *Sh* 41 et[1] *om. pap* | ordinatam] ordinantem *pap* 42 dari] dare *Br pap* | divisionem] dispositionem *pap* 44 et[2] ideo] nam *pap* | congruit] convenit *pap* 50 communius] communis *O1Si* quamvis *Br* 51 quae] scilicet *Br* est *add. CaO1P1Sh*

53 dicitur *ChEb* dicuntur *ed.* | a *Ch om. ed.* 56 facile[2] *Cs* faciles *ed.* 58 quae *CsCh* quoque *ed.* 61 disciplinam *Gl a* disciplinas *ed.* | a *ChVa om. ed.* 62 mobile[1] *Gl a om. ed.*

14–15 De singulis generibus sive speciebus qualitatis cf. infra v. 50, p. 110 v. 44, p. 114 v. 3 et p. 118 v. 37. – 32–33 sed – subalterna: Cf. Auct. Arist. (ed. Hamesse p. 304 n. 38): 'Idem dicit Boethius quod species sunt coaequaeve sub eodem genere'. Alb., Phys. Ed. Colon. t. 4,1 p. 149 v. 19; Metaph. Ed. Colon. t. 16,1 p. 293 v. 64–65, t. 16,2 p. 453 v. 79–80; De bono. Ed. Colon. t. 28 p. 22 v. 29; De homine. Ed. Colon. t. 27,2 p. 91 v. 66–69. – 34 divisio – bimembris: Cf. Boeth., De divis. (ed. Magee p. 26 v. 8–12). Alb., Lib. div. Ed. Colon. t. 1,2 p. 105 v. 55 sq. – 35–38 De divisione per differentias cf. Alb., De V univ. Ed. Colon. t. 1,1a p. 73 v. 28–42. – 45–46 Boeth., In Cat. Arist. l. 3 (PL 64,239B). De Alexandro cf. infra p. 122 v. 18 et p. 127 v. 48 cum notis.

incorporeae substantiae convenit et corporeae et ei, quae est ex utraque composita, ut homo. Et convenit secundum animam et secundum corpus, quia et scientia et virtus secundum animam insunt homini, et sanitas et complexio, quae habitus et dispositiones sunt, insunt homini secundum corpus. Habitus igitur et dispositio prima sunt species qualitatis.

Quamvis autem circa idem sint habitus et dispositio et ideo dicantur una species qualitatis, tamen, quia oppositum modum vel oppositos modos dicunt circa illud subiectum, in quo sunt et quod secundum ea quale dicitur, unum nomen habere non possunt, quia opposita non significat nomen unum, ut dicit Aristoteles in iv primae philosophiae. Et haec est causa, quod unus modus dicitur habitus et alius modus dicitur dispositio. | Habitus autem est nomen perfecti in hac specie, dispositio autem nomen imperfecti. Et ideo principale nomen est habitus et secundarium, quando adhuc est in fieri, est dispositio. In quocumque autem sunt, ut dictum est, circa idem sunt non ex aequo, sed secundum quod subiectum per ea quale efficitur. Hoc enim primo movetur ad hoc et est in fieri et postquam ad hoc perfecte motum est et in factum esse, tunc est perfectum; et ideo quamdiu est in fieri, est in dispositione, quando autem est in factum esse, tunc est in habitu. Habitus igitur est ut actus quidam, dispositio autem est admixta potentiae.

Ex quo patet quod *habitus differt a dispositione*, eo *quod* habitus *diuturnior est et permanentior* in subiecto, in quo est. Quod fit vel usu temporis vel radicatione in subiecto, quae fit per remotionem eorum, quae impediunt subiectum ad expedite agendum id, cuius accipit habitum. Dicit enim Averroes super ii de anima quod habitus est, quo quis aliquid agit, 'quando voluerit'. Unde habitus est qualitas qualem faciens potentiam ad perfecte agendum effectum illius potentiae proprium, sive sit potentia animae sive corporis. *Tales* enim *sunt* habitus *scientiae* intellectuales vel rationales vel opinativae et *virtutes*, quae insunt secundum voluntatem et secundum alias partes appetitus, sicut est concupiscibilis et irascibilis, et etiam secundum rationem, secundum quod ipsa est rationem participans, quia secundum hoc ordinativa est aliarum, et est in ea sicut virtus moralis, quae dicitur iustitia. *Scientia enim* et virtus secundum suum nomen *videntur esse* de numero eorum, quae sunt *permanentia* et sicut perfecta et stantia et radicata in subiecto et videntur esse de numero *eorum quae difficile moventur* sive removentur a subiecto. Huius autem exemplum est, *ut si* dicamus aliquem *vel mediocriter scientiam sumere*. Sumens enim eam non fortiter tenet, et de facili delebile est quod ad perfectum non est acceptum, sed postquam sumpta est, difficile mobilis est a subiecto, et tunc habitus est nec revocatur a subiecto, *nisi forte grandis* fiat *permutatio* per aliquam amentiam aut apoplexiam vel aliud *huiusmodi*. Et quia non nisi magnis accidentibus mutatur, propter hoc quidem non omnino immobilis est, sed difficile mobilis esse dicitur. Per aegritudines autem maxime fiunt huiusmodi permutationes, quia, quamvis tales habitus insunt secundum animam, tamen, quia corpus organum est animae, permutatio corporis impedit animae operationes et corrumpit habitus.

Talis etiam habitus, cum perfecte et ad actum expedite habetur, *similiter* dicitur *et virtus*, quae est fortitudo *et iustitia vel castitas et singula*, quae sunt de numero *talium*, quae scilicet dicunt perfectiones potentiarum ad proprium et connaturalem actum, sive sit naturae sive sit artis, sicut visus habitus est naturalis et scientia et virtus et ars habitus sunt acquisiti et sanitas habitus corporis et aegritudo similiter. Quando enim talia perficientia potentias animae vel corporis ad actus sibi debitos radicata sunt et adepta sic, ut non facile *possint moveri* a subiecto *neque facile permutari* nisi ex magnis mutationibus, tunc dicuntur habitus, eo quod tunc habeantur adeptione perfecta et quia tunc potentia, quae ante nutabat in actu et fluctuabat, stat in ipsis sicut in forma perficiente et perfecta ad operationes illius potentiae.

CaO1P1BrShSiV1 pap 15 *Sh* f. 49va

1 incorporeae – corporeae] corporeae … incorporeae *Sh* | et^{2} ei] rei *pap* 2 est *post* utraque *transp. Sh* | utraque] utrisque *p* | homo. Et] homini qua ei *Br* 3 quia et *inv. Sh* | et^{2} *om. pap* 5–7 insunt – sunt *om. (hom.) P1* 6 corpus] corpora *pap* 7 prima] primae *Si pap add. in marg. Sh*^{2} 8 autem] enim *O1* | sint] sit *ShSi* sunt *Br pap* 9 dicantur] dicuntur *Br pap* | una] uno *Sh* nomine *add. in marg. Sh*^{2} | quia] quod *Sh* 10 illud] idem *pap* 13 significat *editor cum Br p* significant *cet. codd. pa* 14 quod] quia *pa* quare *p* 15 modus *om. Sh* 16–17 dispositio autem] et dispositio est *O1* 17 autem] est *add. pap* 18 quando] quod *pap* | adhuc – fieri] ad hoc est inferius *pa* | in *om. CaO1P1Sh* 20 ex *om. P1* | aequo] quo *pa* | quod *om. Sh* 21 enim *in marg. Sh*^{1} | primo *om. pap* 22 ad^{2} – perfecte] perfecte ad hunc *pa* 23 et^{1} in] secundum *Br* | factum] facto *pap ex* perfectum *corr. P1*^{1} | esse] et *add. pap* 23–25 tunc – esse *om. (hom.) Br* 24 est^{1} *om. Sh* 25 factum] facto *p* 26 ut *om. p* 28 et] perfectior et *add. Si* | est^{2}] .a.l. circa *add. in marg. Sh*^{2} 30 quae^{1} fit] in quo est vel *Br* 34 potentiam] et *add. Sh* 35 effectum *editor cum Br pap* perfectum *cet. codd.* | illius] illi *Br* | proprium] .a.l. actum *add. in marg. Sh*^{2} 36 enim *om. pap* 36–37 scientiae *om. pap* 37 opinativae] opinativi *Br pap* | et] vel *pap* 38 quae] qua *O1* 40 ipsa *iter. P1* 41 participans] scilicet *add. Si* 42 aliarum] aliorum *BrSh pap* | sicut] sic *Sh* 43–46 videntur – eorum *iter. V1* 46 sive removentur *in marg. P1*^{1} 47 Huius] huiusmodi *pap* 48 vel *om. pap* 48–49 fortiter] non *add. p* 49 tenet *om. pa* | et] quia *pap* | quod ad] ad aliquid *O1P1* | perfectum] perfectionem *Br* 50 sumpta] assumpta *V1* | difficile] fortiter de dificili *Br* 51 et – subiecto *om. (hom.) pap* | revocatur] mutatur *Sh* 52 aut] vel *BrShSiV1* 53 aliud] aliquid *Si* ad *praem. P1* 55 difficile] difficilis *Br* | mobilis] mobile *Si pa* | dicitur] videtur *pap* 57 insunt] non sint *V1* insint *pap* 59 habitus] tales *add. pap* 60–61 expedite *editor cum V1* expeditum *cet. codd., edd.* 61 habetur] dicitur *add. pap* 62 singula] huiusmodi *pap* 63 potentiarum *om. pap* 64 connaturalem] generalem *pap* 65 et^{3} ars *om. Br pap* 67 similiter – enim] Similiter quando *pap* 69 moveri – subiecto] a subiecto removeri *pap* 70 mutationibus] permutationibus *Br pap* 72 nutabat] mutabat *O1P1* 72–73 nutabat – fluctuabat] mutabat et fluctuabat in actu *Br* 73 stat] iam *add. Br* 74 perfecta] et *add. O1P1*

8–26 Quamvis – potentiae: Cf. Kilw., Super Praed. (ed. Conti p. 99 v. 26–35). – 13–14 Arist., Metaph. l. 4 c. 4 (1007 a 4–8). Cf. Alb., Metaph. Ed. Colon. t. 16, 1 p. 178 v. 48: 'quod uno nomine non significantur opposita'. – 32 Averr., De anima l. 2 comm. 55 (CCAA VI, 1 p. 215 v. 33–36).

Affectiones vero sive dispositiones *dicuntur*, quando subiectum non nisi aliqualiter est affectum vel dispositum per illa et potentia nondum adepta est perfecte, sed continue disponitur ad illud. Et ideo tales affectiones vel dispositiones *sunt facile et cito* etiam parvis occasionibus *permutabiles* | in contrarium, *sicut calor*, quando primum afficit corpus et non transivit in habitum, sicut in hectico, in quo habetur calor ut habitus, *et* sicut *frigiditas*, quae primo afficit id, quod tangit et non adhuc transivit in habitum sicut in eo, qui frigida paralysi dissolutus est vel hydrope frigido, et sicut *sanitas*, quae est habitus et medietas temperatae ad naturam complexionis, *et aegritudo* quae est huiusmodi medietatis distemperantia sive dyscrasia *et alia huiusmodi. Circa enim* talia, quamdiu dispositiones sunt, *afficitur homo quodam modo*, tactu scilicet metaphorico, ad non magnam immutationem; *cito* enim et facili occasione *permutatur* homo in talibus, sicut cum *ex calido frigidus fit* aut e converso, et sic facile *ex sanitate in* aliquam dyscrasiae *aegritudinem transit. Similiter autem* est *et in aliis* habitibus vel per modum habituum dictis. Dispositio enim quodlibet talium dicitur, *nisi forte in his, quae* dicta sunt, sic fiat, quod *contingat* ea *per longitudinem temporis transferri in* aliquid simile *naturae cuiuscumque*, quod secundum ea quale dicitur. Tunc enim vincit potentiam et stat in eo potentia sicut in ultimo perfectivo, et tunc est habitus, ut tunc aliquis secundum ista efficiatur *insanabilis*, hoc est, non facile sanabilis et permutabilis ab huiusmodi forma habitus. Talis enim tunc *affectus* sive dispositio afficiens quemcumque non de facili *mobilis* efficitur, et est talis, *quam quilibet* recte loquens *habitudinem* vel habitum *vocet* potius quam affectum vel dispositionem.

Quod autem *haec* ipsa sua substantiali ratione et nomine *velint* | *habitudines nominari* et non dispositiones, *manifestum est*, quando *sunt difficile mobilia* et tempore *diuturniora*, per quod transeunt in modum naturae. Et hoc patet inductione. In scientiis enim disciplinalibus, qui *disciplinas non multum* sunt *retinentes, sed* adhuc ab eis *facile mobiles* sunt ad oblivionem, *dicuntur habitum* scientiae disciplinalis *non habere, quamvis ad disciplinam sint* vel *peius vel melius* forte *dispositi* et affecti. Propter quod patet quod *differt habitus a dispositione* non formaliter, sed in hoc, *quod* dispositio *facile quidem est mobile* aliquid, *illud autem*, quod est habitus, *diuturnius* radicatum est et ideo *difficile mobile.*

Habent autem se ad invicem habitus et dispositio, secundum quod quale faciunt subiectum, quodam modo sicut inferius et superius, et ideo ad idem et ad unam et eandem pertinent speciem. *Habitus* enim *sunt* aliquo modo *dispositiones*, sed *dispositiones non necesse est esse habitus*. Dispositio est id, quod disponit ad aliquid agendum, et cum habitus perficiat et inclinet potentiam ad actum sive operationem, est habitus secundum hoc dispositio. Propter quod dicit TULLIUS quod 'virtus est dispositio perfecti ad optimum'; et hoc modo etiam vult ARISTOTELES in ETHICIS quod virtus dispositio est ad felicitatem. Sed *dispositiones non necesse est esse habitus*. Cuius probatio est, quia *qui retinent habitum, sunt etiam quodam modo dispositi*, quia dispositio dicit ordinationem potentiae ad actum. Unde habitum habentes *dispositi sunt* vel *peius vel melius ad ea*, ad *quae habent* habitum. *Qui autem* quocumque modo *dispositi sunt, non* sequitur *omnino* sive universaliter quod *retineant habitum*. Et huius causa est quod dispositio nomine suo non dicit nisi ordinationem potentiae ad actum, et hoc potest esse vel plene adeptum,

CaO1P1BrShSiV1 pap 6 *Ca* f. 51rb 34 *Sh* f. 49vb

2 est *om. P1* 4 illud] aliud *p* | ideo *sup. lin. Sh* 6 calor] color *Sh* 7–8 hectico *editor* ethico *codd., edd.* .a.l. ethiope *add. in marg. Sh*^{2}*; vide notam app. font.* 8 calor] color *ShSi* | habitus *ex* habitur(?) *corr. in marg. Sh*^{2} 9 non adhuc *inv. pap* 10 frigida *in marg. Si* facta *O1 om. Br* | paralysi] paradisi *CaP1* palisi *Sh* paralisi *in marg. Sh*^{2} 11 vel – frigido *om. pap* | frigido] frigide *P1SiV1* facto *Sh om. Br* 12 medietas] medietates *p* | temperatae *in* temperata *corr. sup. lin. Sh*^{1} 13 huiusmodi] huius *CaP1* | medietatis] medie *pa* 13–14 sive dyscrasia *om. pap* 14 dyscrasia] dissencia *P1* distractiva *V1* dissensiva *Si* 15 quodam] quidam *CaP1* quidem *O1* | scilicet *om. pap* 16 immutationem] mutationem *Sh* 17 occasione] occasio est *Ca* occasio *O1P1* etiam *add. Si* | in *om. CaO1P1Br pap* 18 aut] et *Br pap* | ex^2] de *Br* 19 dyscrasiae] dispositione(?) *O1* discrasiam et *Br* discursivam *SiV1 om. pap* | et *om. Br pap* 20 vel *om. CaP1BrSh pap* | habituum] habitus *pap* 22 quod] quae *Si* 23 aliquid] aliquod *pap* | naturae] nec *pa* transferri *add. CaO1P1* 24 vincit] iungit *pa* 25 perfectivo] perfectissimo *Br* perfectio *pa* perfecto *p* 26 ut] et *Br p* | ista] illa *V1* | efficiatur] afficiatur *O1* efficitur *Br pap* 27 hoc] enim *add. Br* | hoc – sanabilis *om. V1* | facile] de facili *Si* | sanabilis *ex* sanari *corr. Sh*^{1} 27–28 ab – forma] ad huiusmodi formam *Br* ad formam *pap* 28 tunc] sunt *O1 om. Br pap* | affectus] effectus *pa* 30 quam] quem *p* quoniam *pa* 31 vocet *om. pap* 31–32 dispositionem] nominat *add. pap* 33 haec *om. pap* 33–34 et nomine *om. pap* 37 In – enim] etiam his *pa* namque in *p* | disciplinalibus] disciplinabilibus *P1 pap* 38 disciplinas] etiam *add. pap* enim *praem. Br* | sed] ab *dub. add. Sh* | ab eis *om. O1* 39 ad] per *pap* 41 forte *in marg. Sh* 42 non] tamen *add. Br* 43 quidem] quid *CaSi* | quidem – aliquid] mobile aliquid est *pap* | est *om. P1ShV1* | aliquid] quid *O1 om. Si* 45 se ad *inv. pap* | ad invicem *post* dispositio *transp. Sh om. O1* 46 quale] qualem *p* | subiectum] substantiam *pap* 47 inferius – superius *inv. P1* | superius] semperius *dub. Sh* | ad^2 *om. CaO1P1BrV1 pap* 47–48 unam et *om. pap* 48–49 sunt – modo] aliquomodo sunt *Sh* 49 sed] et *O1* 49–50 esse – est *om. (hom.) P1 corr. in marg. P1*^{1} 50 Dispositio] enim *add. pap* unde *praem. Br* | aliquid] aliquod *pap* 52 est] erit *Sh* 53 virtus] habitus *pap* 54 etiam vult *inv. O1* etiam *om. Br pap* 55 virtus] habitus *pap* 58 dicit] quodam modo *add. O1* 59 vel^1 *om. pap* 60 ad^2] a *P1 om. Si pap* | ad^2 quae] quorum *Br* 60–61 quocumque] quodam *pap* 62 retineant] actum sive *Br* | huius *om. Br* | quod^2] quia *BrSh*

7–8 hectico: hecticus, idest qui febri laborat. Cf. Alb., De anima. Ed. Colon. t. 7, 1 p. 197 v. 18 (ethicus *codd.*); Metaph. Ed. Colon. t. 16, 1 p. 102 v. 46 (ethicus *codd.*); De mot. animal. l. 1 tr. 2 c. 4 (Ed. Paris. t. 9 p. 274a–b). – 53 Haec definitio falso Tullio attribuitur. Cf. Alb., Super Matth. Ed. Colon. t. 21 p. 103 v. 42–44; Ethica l. 1 tr. 1 c. 5 (Ed. Paris. t. 7 p. 13b), tr. 8 c. 1 (p. 135b). Re vera originem trahit ex Arist., Phys. l. 7 c. 3 (246 a 13–15); cf. etiam Auct. Arist. (ed. Hamesse p. 155 n. 186). Recte Aristoteli attribuitur in Ethica l. 4 tr. 2 c. 2 (Ed. Paris. t. 7 p. 297a), l. 6 tr. 1 c. 4 (p. 400a), l. 8 tr. 2 c. 1 (p. 531a); Super Ethica. Ed. Colon. t. 14, 1 p. 253 v. 20–21, p. 299 v. 72–73, t. 14, 2 p. 674 v. 78–79; Super Dion. De div. nom. Ed. Colon. t. 37, 1 p. 417 v. 41–42. Nota in De nat. boni. Ed. Colon. t. 25, 1 p. 31 v. 38–39: 'dicit philosophus quidam'. – 54–55 Arist., Eth. Nic. l. 10 c. 7 (1177 a 12).

et sic est habitus, vel non plene, et sic non addit aliquid super commune nomen dispositionis et vocatur nomine communi dispositio. Et in quantum deficit a perfecto, opponitur habitui et ideo nomen habitus non meretur.

Cap. 3. De dubitabilibus quae sunt circa primam speciem qualitatis

Est autem in his, quae dicta sunt, multa dubitatio. Est enim primum dubium: Cum una species qualitatis sit una forma simplex, videtur quod uno et simplici nomine habeat nominari; videtur quod haec species unum et simplex nomen habere deberet, ut diceretur vel dispositio vel habitus tantum altero nomine; nunc autem dicitur habitus et dispositio, tamquam utrumque nomen ei conveniat per copulativam coniunctionem.

Adhuc propter hoc, quod est facile mobile vel difficile, videtur quod non deberet nomen geminari vel variari, quia haec accidunt eidem, et propter accidens nomen substantiale variari non debet, ut videtur.

Adhuc autem, cum ex similibus actibus similes relinquantur dispositiones et habitus, videtur quod tam dispositio quam habitus habeant causam efficientem, quae formaliter agit, unam; cum autem formaliter agens non nisi ad formam suam agit in eo, in quod agit et formam suam inducit, ergo videtur quod dispositio et habitus sint | unius formae; sed a forma nomina imponuntur; videtur quod uno nomine formali debeant nominari. Et hoc quidem concesserunt antiqui, ut videtur Boethius innuere, et hoc quod nos dicimus dispositionem et habitum, ipsi 'applicationem' communi nomine vocaverunt.

Ulterius etiam quaeritur, cum ex dispositione fiat habitus, qualiter fiat habitus ex dispositione. Quia enim ex actibus relinquuntur dispositiones, oportet quod aliquid formale relinquat primus actus et aliquid secundus et sic deinceps. Aut ergo idem est quod relinquitur ex omnibus, aut non est idem. Si idem, tunc sequitur quod idem simplex secundum formam agatur a multis agentibus tempore divisis, quod non est intelligibile. Idem enim et unum non potest habere multas causas aeque propinquas secundum unum et idem genus causalitatis. Si autem diversa sunt quae relinquuntur ex actibus, tunc quaeratur, quid ista uniat in unam habitus substantiam. Hoc enim non potest facere subiectum, quia unitas subiecti non facit accidentium unitatem, quia in uno et eodem subiecto multa sunt accidentia et genere et specie differentia.

Adhuc quaeratur, quot actus vel quantum tempus exigatur ad hoc, quod de dispositione fiat habitus.

Adhuc secundum Aristotelem in ii de anima, cum aliquis de non sciente fit sciens, est ibi modus quidam alterationis. In alteratione est motus, in quo est quale post quale et forma post formam et quale continue fluens de potentia ad actum. Et secundum hoc videtur quod operationes habitum inducentes secundum formam scibilis vel virtutis continue alterent potentiam animae et animam, donec veniat in actum perfectum scientiae vel virtutis, et hoc sit ex dispositione fieri habitum, quod dispositio sit sicut motus et habitus sit sicut finis motus, quando est in motum esse in actu perfecto. Sed si hoc conceditur, tunc hoc videtur quod operationes, quae disponunt, non sunt continuae sed interruptae, et qui sic accipit habitum, non movetur motu continuo sed interrupto, et sic videtur quod multoties sit in motum esse, et sic multoties est | in habitu, ut videtur.

Adhuc multi sunt habitus, qui non fiunt ex praecedentibus dispositionibus sicut habitus infusi vel concreati, et sic non semper est habitus ex dispositione.

Adhuc ulterius quaeritur de hoc quod videtur dicere Aristoteles dispositiones esse affectiones, et videtur quod

CaO1P1BrShSiV1 pap 25 *Ca* f. 51va 63 *Sh* f. 50ra

1 aliquid *om. Br* 2 commune nomen] communem rationem *Br* | et] sic *add. Br* 5–6 Cap. – qualitatis *om. Br* 5 dubitabilibus] dubitationibus *p* 6 primam – qualitatis] praedicta *p* 9 simplex] simpliciter *O1P1V1* ratione *add. Br* | videtur quod] utrum *O1* | uno] unico *Br pap* 10 videtur] ergo *praem. sup. lin. Br* et *praem. pap* | et *om. pap* 11 deberet] debeat *pap* | diceretur] dicatur *pap ex* disceretur *corr. Ca*[1] 12 nunc] non *CaO1P1Br pap* 13 tamquam] tantum cum *Br* 14 ei *om. P1 pap* 15 Adhuc] autem *add. Sh* | propter hoc *om. Br* 16–17 geminari – variari] mutare vel variare *Br* 17 quia] quae *Sh* 19 cum ex *om. V1* 22 unam] unum *p* 23 agit[1]] agat *pap* | quod] quo *Br* 24 ergo *om. p* 25 sed] et *O1* 26 videtur] igitur *add. Br pap* 29 ipsi – vocaverunt] communi nomine applicationem nominaverunt *pap* | applicationem] appellationem *Br* 32 quod *sup. lin. Sh*[1] 34 ex *ex* et *corr. sup. lin. Sh*[2] 35 omnibus] actibus *pap* | tunc *om. pap* | quod *in marg. Sh*[1] 36 simplex] simpliciter *BrV1 pap* 37 divisis] diversis *Br* 39 genus] agens *V1* 41 quaeratur] quaeritur *pap* | ista] illa *V1 pap* | unam] una *pap* 41–42 substantiam] substantia *pap* 43 quia *in marg. Sh*[1] 46 quot] quod *Ca* quid *P1* quis *pa* numero *add. Br* | vel] quid sive *add. pap* 47 exigatur *Sh* exigitur *CaP1BrSiV1 p* exigantur *O1* exigit *pa* 49 sciens] tunc *add. Br* 49–50 ibi – alterationis] enim modus quidam *pa* motus quidam *p* 49 modus] motus *Br* 50 alteratione] autem *add. Si pap add. in marg. Sh*[2] enim *add. sup. lin. Br*[1] 51 post[1]] plus *V1* | quale[2] *om. pap* 51–52 fluens] fluxus *pap* 54 scibilis] scientiae *pap om. O1* 56 sit] fit *P1* est *Br* 57 sit[1]] est *Br* | sicut *ex* situs *corr. in marg. Sh*[2] | sit[2] *om. O1Br* 59 hoc[2] *om. Br pap* 60 sunt] sint *pap* 61 qui] si *Br* quis *Sh* | habitum] tunc *add. Br* 62 sic *om. p* 63 est *om. pap* | in[2] habitu] habitum *P1* 66 vel] et *Br pap*

7–14 Est – coniunctionem: Cf. supra p. 105 v. 8–26 et Kilw., Super Praed. (ed. Conti p. 99 v. 26–27). – 27–28 Boeth., In Cat. Arist. l. 3 (PL 64, 241A–242A), ubi determinat quod habitus et dispositio non differunt specie, sed solum numero, proprietatibus accidentalibus. Terminus 'applicatio' non invenitur in Boethio. Sed cf. Abaelard., Logica 'Ingredientibus' (ed. Geyer p. 225 v. 9–11): 'Harum autem primae maneriae «qualitatis», quae scilicet per applicationem veniunt, aliae habitus, aliae dispositiones dicuntur'; (ibid. p. 226 v. 7–8): 'eaedemque namque qualitates et primae species sunt, quia per applicationem veniunt'; p. 228 v. 33–40; cf. etiam infra p. 109 v. 1. – 48 Arist., De anima l. 2 c. 2 (417 b 12–18). – 69 – p. 108 v. 2 Cf. supra p. 106 v. 1–19.

calidum et frigidum sive calorem et frigus vocet dispositiones et habitus, quae potius ⟨sunt⟩ in tertia specie qualitatis, quae est passio vel passibilis qualitas. Si autem dicatur quod sunt et in prima specie et in tertia secundum aliquem modum, contra hoc est quod supra in ANTEHABITIS determinatum, quod 'diversorum generum et non subalternatim positorum diversae sunt species et differentiae'. Dispositio enim et habitus et passio vel passibilis qualitas diversa sunt qualitatis genera et non subalternatim posita.

Ad HAEC autem et similia dicendum videtur quod dispositio et habitus sunt una species et prima qualitatis, quae facit quale secundum accidentalem denominationem. Sunt autem una species ab una forma, qua informant subiectum in specie, quia dispositio eiusdem speciei est cum habitu, sicut si dispositus sit aliquis scibili logico vel geometrico, idem scibile perfecte habet, quando scientiam habet in habitu. Unde scibile in dispositione et scibile in habitu est eiusdem formae in scientia et scibili. Et propter hoc etiam una species et non duae sunt qualitatis dispositio et habitus. Nominantur duobus nominibus, quia illa non nominant tantum quale, quod talis qualitas relinquit in subiecto secundum formam, sed nominant cum hoc accidens, secundum quod est illud quale in subiecto, secundum hoc quod perfecte subiectum habet ipsum vel imperfecte. Quae duo, quia modum habent oppositum, uno nomine nominari non possunt, sed unum est imperfectum et alterum perfectum ad actum. Habens enim habitum sine impedimento 'agit, cum voluerit', dispositus autem agit impedite. Et quia sic, ut DICTUM EST, ad unam formam pertinent dispositio et habitus, ideo nomina perfecti et imperfecti per copulativam coniunguntur coniunctionem, quia vero differunt per esse perfecti et imperfecti, quae in motu uno ordinantur ad unum finem, ideo dispositio materialis est ad habitum et dispositio est actus imperfecti, habitus autem est actus perfecti et constituti. Haec est ergo causa duorum nominum et ordinis dispositionis ad habitum et copulationis, quae coniungit inter duo nomina.

Ad id autem quod OBICITUR quod facile esse mobile vel difficile sunt accidentia qualis, secundum quod est in subiecto, | dicendum quod hoc verum est, sed quia nomina ab his accidentibus imponuntur, propterea necesse fuit dari duo nomina. Et quod DICITUR quod non sunt nomina illius qualis secundum formam, dicendum quod hoc verum est, sed sunt nomina qualitatis illius, secundum quod quale, quod dicitur secundum qualitatem illam, radicatum est in subiecto. Et a talibus accidentibus saepe fiunt impositiones nominum, maxime in accidentibus, quorum propria nominatio et etiam diffinitio est quod nominentur, secundum quod sunt in subiecto, a quo et in quo esse et nomen et diffinitionem accipiunt. Et haec est causa quod duo sunt nomina illius speciei, quae tamen in forma unum sunt et in fine.

Ad hoc autem quod OBICITUR quod ex similibus actibus similes relinquuntur dispositiones et habitus, dicendum quod hoc verum est, et verum etiam, quod sunt unius formae, sed non semper a forma est denominatio; quandoque enim, sicut DICTUM EST, fit denominatio ab accidente formam consequente, et sic fit hic, quando dicitur dispositio et habitus. Ad hoc quod dicit, quod ANTIQUI hanc speciem uno nomine applicationis nominaverunt, dicendum quod hoc verum est, ideo quod antiqui per errorem decepti istas species dixerunt non esse species qualitatis, sed dixerunt eas per modos distingui, per quos efficiuntur in substantia, sive per modos, per quos sunt in subiecto. Et quia prima species est per modum acquisitionis per ipsas subiecti operationes, et quod per operationes acquiritur, subiecto paulatim

CaO1P1BrShSiV1 pap 43 *Ca* f. 51vb

1 vocet] vocat *CaO1P1Br* 2 potius sunt] possunt *V1* | sunt *suppl. editor cum Si et pap* 3 est *om. O1* | qualitas] dicitur *add. O1* reperiuntur *add. Br* | Si] cum *Br* sed *Sh* 4 dicatur] dicat *CaP1Sh* | quod] quae *pa* | et[1] *om. Br pap* 5 aliquem modum] aliquam *pa* | contra] hunc modum contra *add. pa* hunc modum *add. p* 6 determinatum] est *add. O1Si pap* | quod] scilicet *praem. Br add. pap* 7 et[1] *om. pap* 8 enim] autem *p* 12 et[2] – qualitatis] qualitatis et prima *Si* 14–15 qua informant] quae informat *V1* | informant] informatur *O1 pap* in formam *P1* informat *Si* 16 si *sup. lin. Sh*[1] 20 et scibili *om. pap* 21 Nominantur] nominatur *Sh pap* autem *add. pap* 22 nominibus] modis *O1SiV1 pap* | illa] ipsa *pap* | nominant] nominatur *pap* 24 nominant *editor cum Br* nominat *CaO1P1ShSiV1* nominatur *pap* | cum] et *pap* 26 perfecte subiectum *inv. p* | ipsum] illud *pap* 28 et *om. pap* 30 cum] quando *Sh* 31 sic *om. pap* | ut – est *om. O1P1* 32 pertinent] et *add. et exp. Ca* 34 vero] nec *CaO1P1* non *add. Br* | vero differunt] indifferenter *pap* | differunt] nisi *add. Br* 37 et *om. CaO1P1Br* 38 causa *om. V1* 39 et *om. P1* 41 esse mobile *inv. Sh* 43 subiecto] substantia *pap* | hoc *om. p* | hoc verum *inv. Sh* | quia] quod *CaO1P1 corr. sup. lin. O1*[1] 43–44 nomina] non omnia *P1* 44 imponuntur] ita ponuntur *P1* | propterea] propter quod *Sh* 45 dari] dare *Br om. V1* | dicitur] obicitur *pap* | non] duo *pap* 48 quod[1] *om. Ca* | quod[2]] quid *BrSh* | dicitur secundum] dicit *Br pap* 49 radicatum est] radicatam *Br* 50 maxime] autem *add. Br pap* et *praem. Si* 51 nominatio] denominatio *O1* 52 quod[1]] quae *Br* 53 a quo] aliquo *Br* 54 duo sunt] dat (det *Br*) substantiae *CaP1Br* dat esse substantiae *O1* | sunt *sup. lin. Sh*[1] | illius] istius *Sh* 56 obicitur quod *om. V1* 58 hoc *om. O1 pap* | verum[2]] est *add. O1 pap* | etiam] est *add. V1 om. O1Br* 59 denominatio] nominatio *pap* 60 quandoque – denominatio *om. (hom.) O1* 61 hic] ibi *O1* 62 dicit] dicitur *Br pap* 63 antiqui] per *add. O1* | applicationis] appellationis *pa* 63–64 nominaverunt] nomina sunt *CaO1P1* 64–65 ideo – antiqui] et ideo *pap* 64 quod[2]] quia *Br om. V1* 65 decepti] deceptas *P1* 65–66 dixerunt – species *om. (hom.) P1* 65 non *om. SiV1* 67–68 substantia – in *om. (hom.) V1* 68 sunt in] insunt *pap* 69–70 operationes – operationes] comparationes … comperationes *pa* 70 acquiritur] in *add. et exp. Ca*

2–3 Cf. infra p. 114 v. 3. – 6 Supra p. 15 v. 34. – 11 Supra p. 107 v. 7–14. – 29–30 Habens – voluerit: Cf. supra p. 105 v. 31. – 31–32 Vide supra v. 14. – 41 Supra p. 107 v. 15. – 45 Haec obiectio non adducta fuit supra. – 56 Supra p. 107 v. 19. – 60 Supra v. 49–54. – 62–63 Vide supra p. 107 v. 27.

applicatur, ideo primam speciem 'applicationem' communi nomine dispositionis et habitus vocaverunt. Et quia secunda species est de potentia consequente esse substantiale, per quam efficitur aliquid potens ad agendum vel patiendum, ideo illam communi nomine naturalem 'aptitudinem' DIXERUNT. Quia vero tertia est de his, quae casu agunt in sensibus passiones vel aguntur ab illis, ideo illam speciem communi nomine VOCAVERUNT 'casum'. Quia autem per quartam speciem componitur substantia in partibus secundum terminationem suae quantitatis, ideo illam communi nomine VOCAVERUNT 'compositionem'. Et quamvis hoc illa ratione, quae dicta est, verum sit, tamen patet quod illa nomina communia non dicunt species et formas differentes in qualitate et quali, quod a qualitate quale dicitur, et sic habent proprie distingui, secundum quod etiam species quantitatis et eius, quod est ad aliquid, distinctae sunt. Hoc autem modo distinguendi unum nomen habere non possunt.

Ad hoc autem quod ulterius QUAERITUR de relictione dispositionum et habituum ex actibus sive operationibus, dicendum quod verum est quod ex similibus actibus similes relinquuntur dispositiones et habitus. Actus autem inducunt dispositiones et habitus duobus modis: uno modo | dispositiones et habitus contrarios a subiecto, quod est potentia, secundum quam fit operatio, removendo; et hunc modum dixerunt SOCRATES et PLATO, qui dixerunt scientias et virtutes inesse per naturam, et per studium et exercitium depurari subiectum, ut eluceat in anima quod est per naturam, sicut lapis pretiosus politione quidem nihil accipit, sed cum abstergitur ab eo, quod impurum est, tunc micat in eo puritas naturalis. Hic est ergo unus modus, quo contrariae dispositiones removentur. Secundus autem modus est, quo generatur in actu forma in anima, quae est operationi in forma similis, sicut in eo, quod movetur, generatur forma motoris secundum actum, quae, antequam moveret motor, non fuit in eo, quod movetur, nisi secundum potentiam, et sic de potentia ad speciem operationis educitur anima in dispositione et habitu. Ad hoc quod QUAERITUR, utrum idem sit quod relinquitur ex primo actu, cum eo, quod relinquitur ex secundo, et sic deinceps, videtur dicendum secundum Aristotelem quod idem est in substantia formae et specie, sed diversum secundum esse et esse. Relictum enim ex prima operatione magis est permixtum potentiae quam relictum ex secunda, sicut in motu, quod est iuxta principium, magis in potentia ⟨est⟩ quam id, quod est iuxta finem. Quod autem ULTERIUS infertur quod unum et idem sic habet multas causas agentes secundum unum genus causalitatis, dicendum quod nihil est inconveniens, dummodo illud et idem sit diversum secundum esse et esse, quia secundum diversa agentia efficitur in esse et esse diverso, quousque stet in actu ultimo, et sic in uno alterato possunt esse diversa non specie sed numero alterantia, et in uno augmentato possunt esse diversa non specie sed numero augmentantia, et hoc nihil est inconveniens. Sed quod simul in una et eadem hora sint diversa et aeque immediata secundum unum et idem genus causalitatis in idem eodem modo agentia, hoc esse non potest.

Ad hoc autem quod QUAERITUR, quot numero actus vel quantum tempus requiratur ad hoc, quod ex dispositione fiat habitus, dicendum quod hoc non est determinare, quia subiecta non aeque habilia sunt ad habitus susceptionem, et ideo | in uno plura, in alio autem pauciora requiruntur.

Ad hoc quod QUAERITUR de talis motus continuitate vel interruptione, dicendum quod nihil prohibet motum hunc ex parte mobilis esse continuum et ex parte motoris esse interruptum, sicut dicit AVERROES SUPER II DE ANIMA ET SUPER LIBRUM DE GENERATIONE ET CORRUPTIONE quod, si aliquid per annum augetur per spatium cubiti, non est necesse quod hoc qualibet septimana et quolibet

CaO1P1BrShSiV1 pap 25 *Sh* f. 50rb 66 *Ca* f. 52ra

1 primam speciem] istam *Si* | applicationem] appellationem *Br* applicando *pa* 2 vocaverunt] notaverunt *pap* 4 quam] quod *pap* | aliquid] ad *P1* aliquis *Si om. O1V1* 4–5 agendum] aliquid *add. Si praem. V1* 5 illam] illum *CaO1P1V1* 7 passiones] operationes *Br* 9 Quia] quod *pa* 10 terminationem] certitudinem terminationum *p* certitudinem *praem. pa* 12 compositionem] comperationem *pa* | hoc] haec *pa* 13 quae dicta] qua dictum *Br* | dicta] sunt *add. pa* 14 in *om. pap* 18 Hoc autem] haec in *pa* haec autem in *p* | distinguendi] distinguendo *p* 20 relictione] relatione *Sh pap* 24 autem] et dispositiones *add. Br* 28 per] pro *Sh* 35 in[2] anima *om. Br* | operationi] comperationi *et sic saepe pa* 35–36 in[3] forma] formae *pap* 36 generatur *om. p* 37 motoris] motionis *V1* | antequam] ante *P1* 38 motor] motum *pap* | eo] secundum *V1* 40 educitur] in *add. O1* | hoc] autem *add. O1 pap* 42 cum] non *CaO1P1 corr. in* cum *O1*[1] 43 dicendum *om. pap* 44 et specie *om. Br p* 45 et – enim] esse enim relictum *pap* | Relictum] derelictum *Br* 46 permixtum potentiae] in potentia *V1* 47 in] id *p* 48 est[1] *suppl. editor cum Br et pap* 49 infertur] infert *BrSiV1* | sic *om. O1 lac. Br* 50 agentes *om. pap* | unum *om. pap* 52 illud – idem] et illud *Br* | et[1] *om. pap* | et[2] esse *om. Br pap* 53 secundum] per *Br* sunt *pap* | agentia] per quae *add. p* 58 una et *om. Br* 59 immediata] et immediate *Sh* 62 quot] quod *CaP1* 63 quantum] quamvis *CaP1* | requiratur] requiritur *pap* 64 hoc *om. pap* | est] hic *add. Br* 65 subiecta] substantia *V1* | habilia] similia *Br* 66 autem] vero *pap* 68 hoc] autem *add. Sh* 69 interruptione] interpositione *pap* 70–71 continuum – esse *om. (hom.) SiV1* 71 sicut] hoc *pap* 73 aliquid] aliquis *pap* | augetur] augeatur *pap* 74 quolibet] qualibet *O1*

2 Vide supra p. 107 v. 29. – 3 Cf. infra p. 110 v. 44. – 6 Vide infra p. 112 v. 57. | Cf. infra p. 114 v. 3. – 8–9 Vide infra p. 117 v. 18. – 9 Cf. infra p. 118 v. 37. – 11–12 Vide infra p. 121 v. 39. – 20 Supra p. 107 v. 30. – 27 Socrates et Plato: Cf. Alb., De anima. Ed. Colon. t. 7, 1 p. 190 v. 79–83: '(posuit Plato) omnino scientias esse in intellectu (…); per studium autem nihil fieri de scientia'. – 30–33 De exemplo lapidis pretiosi ad illustrandam doctrinam Platonis vide Alb., Anal. post. l. 1 tr. 1 c. 5 (Ed. Paris. t. 1 p. 18a–b); Ethica l. 1 tr. 7 c. 4 (t. 7 p. 112b). – 41 Supra p. 107 v. 34. – 49 Supra p. 107 v. 35. – 62 Supra p. 107 v. 46. – 68 Supra p. 107 v. 48. – 71–72 Averr., De anima l. 2 c. 41 (ed. Crawford p. 194 v. 1 – p. 195 v. 55); De gen. et corr. l. 1 c. 38 (CCAA IV, 1 p. 48–54).

die et qualibet hora proportionaliter secundum divisionem temporis augeatur; aliquando enim nihil et aliquando plus augetur, cum tamen semper exeat de imperfecto ad perfectum vel exeundo a dispositione contraria vel augmentum accipiendo. Ita etiam dicendum est hic quod motus est continuus ex parte mobilis continue deponendo dispositiones contrarias vel speciem moventis accipiendo, sed non oportet quod motor semper moveat actu, quia forma, quam primo impressit, ipsa in se habens virtutem motoris movet actu, sicut est virtus movens in semine. Propter quod non sequitur quod motus sit aliquando ex parte mobilis interruptus. Et ideo dicit Boethius quod scientia principiorum in scibilibus seminalem virtutem habet ad scientias.

Ad hoc autem quod dicitur quod multi sunt habitus connaturales et concreati, qui ex dispositionibus non videntur relinqui, dicendum quod multi habitus connaturales ex dispositionibus relinquuntur naturalibus, ut habitus visus, ad quem ante per principia alterantia disponitur oculus intuentis ex humorum oculi adunatione. Quidam etiam sunt, ad quos subiectum per naturam statim, dum est, dispositum est, et illi fundantur in dispositionibus suis, quamvis non habeant dispositiones se tempore praecedentes.

Ad hoc autem quod dicitur quod dispositio dicitur affectio ab Aristotele, dicendum quod hoc est dictum per quandam similitudinem, quia sicut afficiens per suam comparationem ad faciens hoc est quod actioni appropinquat, sed id, in quod agit, nondum per actionem suam ad se vel ad formam suam convertit, ita dispositio est quaedam patientis et moti ordinatio ad actum agentis, quem nondum perfecte adeptum est, et per hanc similitudinem dispositio dicitur affectio. Et quod dicitur de calido et frigido per affectionem vel per modum habitus suscepto, tantum per similitudinem dictum est ad modum accipiendi habitum et dispositionem, et non est ideo dictum, quod calor et frigus per se sint habitus et dispositiones, sed ideo, quod receptio eorum in subiecto aliquando est per modum dispositionis et aliquando per modum habitus. Et ex his patet solutio quaesitorum.

Cap. 4. De secundo genere qualitatis, quod est naturalis potentia vel impotentia

Aliud vero genus non quidem generalissimum, sed genus subalternum est, quod dicimus *naturalem potentiam vel impotentiam*. Est enim quaedam qualitas in substantialibus | principiis rei radicata, quae totum substantiale esse constitutum et perfectum consequitur, secundum quam quales, hoc est, potentes dicimus ad facile faciendum et non contraria patiendum vel ad facile patiendum et non facile faciendum ea, quae sunt secundum naturam vel naturae conservationem. Et quando quidem talis potentia causatur ex victoria formae super materiam, quam forma perfecte ad se terminat et tenet terminatam ita, quod contrariis resistat alterationibus, tunc vocatur talis

9 a 14–27 (Arist. Lat. 64, 14–24): Aliud vero genus qualitatis est secundum quod pugillatores vel cursores vel salubres vel insalubres dicimus, et simpliciter quaecumque secundum potentiam naturalem vel impotentiam dicuntur. Non enim quoniam sunt dispositi aliquo modo, unumquodque huiusmodi dicitur, sed quod habeant potentiam naturalem vel facere quid facile vel nihil pati; ut pugillatores vel cursores dicuntur non quod sint dispositi, sed quod habeant potentiam hoc facile faciendi, sanativi autem dicuntur eo quod habeant potentiam naturalem ut nihil a quibuslibet accidentibus patiantur, aegrotativi vero dicuntur quod habeant impotentiam nihil patiendi. Similiter autem his et durum et molle se habent; durum enim dicitur quod habet potentiam non citius secari, molle vero quod eiusdem ipsius habeat impotentiam.

CaO1P1BrShSiV1 pap 46 *Sh* f. 50va

2 nihil et] minus *pap* | et *in marg. Sh*^{1} 3 tamen *om. Br pap* 8 moveat] maneat *pap* 10 actu *editor cum Br pap* actum *CaO1P1ShSiV1* 11 semine] scientiae *CaO1P1* 13 scibilibus] sensibilibus *pap* 13–14 seminalem] sensualem *pa add. p* 15 dicitur *editor cum pap* dicit *codd.* 16 connaturales] contranaturales *V1* | concreati] coniuncti *Si* 17 multi] sunt *V1* 17–18 connaturales] qui *add. SiV1* 19 ante *om. pap* 20 ex *editor cum pap* et *cet. codd.* | adunatione] adunationem *O1* 21 subiectum *om. pa* 22 est^1] esse *p om. pa* 23 non *om. pap* | dispositiones] suas *add. Br* 25 dicitur^1 quod *om. pap* 27–28 afficiens – ad] affectio est per suam operationem aliquid *pap* 28 comparationem *editor cum Br et post corr. Sh* compositionem *CaO1P1ShSiV1 pap* | actioni *editor* actione *CaO1P1BrShSi pap* ratione *V1* 29 id, in] idem *O1* 30 ad^1 – convertit *in marg. P1*^{1} | ad^1 se *om. pa* | se – ad *om. p* | convertit] convertitur *pap* 31 est quaedam *inv. Sh* | patientis] passentis *et sic saepe Si* 32 adeptum] adeptus *Si* 35 tantum *Sh* totum *cet. codd., edd.* 36 ad modum] quemadmodum *CaP1ShSiV1* quendam *O1* | accipiendi] accipiendum *O1P1SiV1* 38 quod] quia *Br pap* 39 et *om. pap* 40 solutio] solo *Sh* 42–43 Cap. – impotentia *lac. Br* 42 secundo] alio *p* 43 est *om. p* | impotentia] dicitur *add. p* 47 rei *sup. lin. Sh*^{1} | substantiale esse *inv. ShSi* 47–48 constitutum] constituit *Sh* 48 consequitur] sequitur *O1* 49 dicimus] dicimur *BrV1* dicuntur *Si pap* 49–50 et – facile] vel *pap* 50 patiendum^1] faciendum *V1* | vel – patiendum *in marg. P1*^{1} *om. Br* | ad *sup. lin. Sh*^{1} 52 quando *sup. lin. Sh*^{1} 54 terminat] determinat *Sh* | terminatam] totam *Br* 55 resistat *Sh* resistit *cet. codd., edd.*

60 dicuntur *CsCh om. ed.* | quod^2] qui *Alb.* 61 habent *Cb a* habet *ed.* | habet *CsCh* habeat *ed.*

13 Boeth., De trin. c. 1 (ed. Moreschini p. 167 v. 31): 'semina rationum'. – 15 Supra p. 107 v. 65. – 25 Supra p. 107 v. 68. – 34 Supra p. 108 v. 1. – 52 – p. 111 v. 13 Et – devenire: Cf. Alb., Phys. Ed. Colon. t. 4, 2 p. 528 v. 54–57: 'omnis naturalis potentia oritur ex victoria formae super materiam et naturalis impotentia oritur ex victoria materiae super formam'; De caelo et mundo. Ed. Colon. t. 5, 1 p. 89 v. 33–36; Meteora. Ed. Colon. t. 5, 1 p. 270 v. 6–10; Metaph. Ed. Colon. t. 16, 1 p. 250 v. 38–44.

qualitas naturalis potentia; naturalis quidem, quia in naturalibus principiis radicata, potentia autem, quia est vigor et valor formae super materiam ad agenda ea, quae sunt secundum naturam, sine impedimento. Per oppositum autem naturalis impotentia causatur ex victoria materiae et privationis super formam, quam contraria impedit dispositio, quod materiam perfecte comprehendere et ad se terminare non potest, et ideo vigor diminuitur ad actiones naturales et facile patitur et vincitur a contrariis. Et dicitur naturalis impotentia, non quia natura huius defectus principium sit, sed quia natura impeditur contrariis dispositionibus, ne ad talem vigorem possit devenire.

Hoc ergo 'genus' et non 'species' dicitur, quia convenientia in genere minor est quam convenientia in specie. Convenientia enim in genere conveniunt in potentia, convenientia autem in specie conveniunt in actu et forma. Et quia naturalis potentia vel impotentia non conveniunt nisi in potentia materiae, ideo dicuntur 'genus', quia in genere solo conveniunt. Et quia non uniuntur in uno haec duo, ideo non per copulativam, sed per disiunctivam coniunguntur coniunctionem. |

Naturalis igitur potentia est qualitas, secundum quam habentes eam potentes ad naturalia dicuntur. Naturalis impotentia etiam quales facit, secundum quam impotentes dicuntur ad naturalia. Haec igitur a prius habita specie *aliud genus est qualitatis, secundum quod* quales aliquos *dicimus pugillatores*, qui ex ipsis principiis naturam constituentibus apti sunt fortes dare ictus, ut qui fortia et exercita ad motum facilem habent brachia et non impedita; et secundum quod dicimus quosdam ex naturalium principiorum dispositione *cursores*, qui videlicet longa et agilia et mobilia habent crura et non magnum pondus corporis, quod lassitudinem inducat; et secundum quod quosdam dicimus *salubres* sive sanativos, ut quorum caro proportionalis est in membris et densa et vestita undique modico adipe; haec enim non recipit contraria et fortiter tenet temperamentum complexionis et a se repellit nociva. Contrarios autem horum in carnis dispositione dicimus *insalubres* vel aegrotativos secundum naturalem impotentiam, quia nihil eorum, quae dicta sunt, perficere possunt per potentiam naturalem. Hoc modo dicimus sanativos vel aegrotantes sive aegrotativos. *Et simpliciter* sive universaliter *dicimus* omnia illa secundum hanc qualitatem qualia, *quaecumque dicuntur* potentia vel impotentia *secundum* qualitatem, quae dicitur *naturalis potentia vel impotentia.*

Hos *enim non* dicimus sic potentes vel impotentes, quod *aliquo modo sint dispositi* per aliquid generatum in ipsis. Unde non propter dispositionem advenientem dicitur unumquodque illorum naturaliter potens vel impotens, sicut illi, qui per artem vel exercitium efficiuntur pugillatores vel cursores vel operatione medicinae fiunt sanativi vel aegrotativi, *sed* ideo dicuntur tales, *quod habeant potentiam naturalem* in principiis naturalibus fundatam *vel facere quid facile* eorum, quae sunt secundum naturam, *vel nihil* facile *pati* eorum, quae sunt contra naturam, *sicut pugillatores vel cursores* ex naturali potentia *dicuntur, non quod sint dispositi* arte vel exercitio, *sed quod habent potentiam* naturalem in principiis naturalibus fundatam *hoc facile faciendi* sine naturali impedimento. Sic etiam *dicuntur sanativi*, *eo quod habeant potentiam naturalem ut nihil* contra sanitatem *a quibuslibet* levibus *accidentibus patiantur. Aegrotativi autem dicuntur, qui* ad hoc ipsum *impotentiam habent* naturalem, *nihil* scilicet contra sanitatem *patiendi. Similiter autem his* dicitur *durum et molle*, et similiter his *sese habent* secundum potentiam naturalem. *Durum enim dicitur quod* a constantia partium *habet potentiam* naturalem, quod *non cito secetur* vel dividatur, *molle autem*, eo quod cedit in sui empipedum et cito cedit tangenti, dicitur *quod eiusdem* sectionis passivae quantum ad resistendum *habet impotentiam* naturalem, et sic est de aliis.

CaO1P1BrShSiV1 pap 22 *Ca* f. 52rb

2 radicata] radicatur *pap* | autem] est *add. Br pap* | quia] quae *P1* 3 agenda] agendum *Si pap* 5 oppositum] opposita *O1* 6 privationis] a privationibus *Si* 7 quod] quam *pa* | quod materiam] quam materia *p* 8 terminare] determinare *P1* | et[2] ideo *iter. Ca* 9 patitur] patimur *V1* 12 impeditur] a *add. Br* 13 devenire] pervenire *pap* 15 in[1] *om. pa* | minor] intimior *pa* 16–17 potentia] materiae *add. pap* 17 autem] enim *pap* 22 coniunguntur] disiunguntur *pap om. Si* 25 etiam – facit] est qualitas *Br* | quam] eam habentes *add. pap* 25–26 impotentes *iter. P1* 26 Haec] hic *Sh* | a prius *Sh lac. Ca* a principiis *O1P1BrSiV1 pap corr. in marg. Ca[1]* 27 specie] species *Si pap* 28 qui] quia *Si* 29 fortia] fortiora *pap* 30 exercita *editor cum Sh[1]* exserta *CaO1P1V1Si* exercitata *Br pap* excercita *Sh* 32 dispositione] dicimus *add. CaO1P1* | qui videlicet] quibus *V1* | videlicet] valet *pa* valde *p* 35 sive sanativos] secundum sanationes *Br* | sanativos] salvativos *P1* sanos *Si* sanationis *V1* salvos *pap* 36 proportionalis] proportionabilis *BrSi* 39 Contrarios] aduterios*(!) pa* 40 aegrotativos] aegrotationis *pa* 41–42 quia – naturalem *iter. P1* 41 eorum] horum *V1 pap* 42 naturalem] et *add. Sh* 43–44 sanativos – aegrotativos] sanationis vel aegrotationis *pa* 43 vel] et *BrSh* 43–44 aegrotantes – aegrotativos] aegrotativos secundum aegritudines *Br* 43 aegrotantes sive *om. p* 44 simpliciter *in marg. Sh[1]* similiter *O1* | omnia] viam *CaO1* via *P1* 44–45 omnia illa *om. Br* 45 illa] et *add. pap* | qualia, quaecumque] qualiacumque *pap* 46–47 secundum – impotentia *om. (hom.) P1 corr. in marg. P1[1]* 47 vel] naturalis *add. Br* 48 Hos] has *CaO1P1Si pa* | non *om. pap* 49 sint] sunt *Si pap* 49–50 Unde non] videtur *Si* 50 advenientem] non *add. CaO1P1Si* | dicitur] dicimus *Br pap* 51 illorum *om. Br* 55 vel] ad *pap* 55–56 facere – facile] facile quid facere *Sh in* facere facile quid *corr. Sh[1]* 56 secundum] contra *pa* 56–57 vel – naturam *om. (hom.) P1 corr. in marg. P1[1]* | facile *om. pap* 59 quod] quia *pap* 60 hoc] haec *Sh* 61 Sic] sicut *Br pap* | sanativi] sonativi *Ca* | eo] eorum *V1* 62 nihil *om. pap* 62–63 a quibuslibet] aliquibus *pap* 63 quibuslibet] quibusdam *Sh* 64 impotentiam habent *inv. pap* | naturalem *in marg. Sh[1]* 66 similiter] autem *add. Br* 68 non *om. CaO1P1* | secetur] siccetur *O1P1* 69–70 cedit – et *om. pap* 69 in sui] visui *Br* 70 tangenti] cogenti *O1* 70–71 dicitur – passivae] et dicitur eiusdem secationis passivum in *pap* 70 eiusdem *om. Br* 72 est *om. pap*

14–22 Hoc – coniunctionem: Cf. Kilw., Super Praed. (ed. Conti p. 101 v. 28–33).

Cap. 5. De dubitabilibus quae sunt circa secundum genus qualitatis

Oritur autem dubium circa praedicta, quia, cum naturalis potentia vel impotentia sint in ipsis principiis rem constituentibus radicata, habitus autem et dispositio sint acquisita, tempore indigentia et doctrina et exercitio assuetudinis, videtur quod naturalis potentia vel impotentia propinquiora sint substantiae quam dispositio et habitus. Videtur ergo quod naturalis potentia vel impotentia debeant esse prima species qualitatis et non secunda.

Ad hoc idem facit quod potentia naturalis praecedit esse, dispositio autem et habitus esse rei consequuntur; videtur ergo quod potentia naturalis vel impotentia prima species qualitatis esse deberent.

Adhuc omnis dispositio et habitus insunt secundum aliquas potentias naturales | et impotentias, et sic dispositio et habitus supponunt ante se potentiam naturalem vel impotentiam.

His igitur rationibus prior videtur esse species qualitatis, quae est potentia naturalis vel impotentia.

Ulterius autem quaeritur, si potentia naturalis sit qualitas. Potentia enim naturalis est a forma vincente super materiam, ut DICTUM EST. Hoc modo autem potentia naturalis est rationalitas et intellectus et ratio et voluntas et huiusmodi et, ut generaliter dicatur, omnis potestas animae secundum omnem partem ipsius et, ut adhuc generalius dicatur, omnis potestas formae, secundum quod actionis principium est forma. Haec autem omnia partes substantiales esse dicuntur et non qualitates.

Adhuc, dicit AVERROES SUPER II DE ANIMA quod omnis diversitas organorum, quae est in corpore, est propter diversitatem potestatum, quae sunt in anima; sicut ergo se habent partes corporis ad corpus, sic se habent partes animae ad animam; partes autem corporis substantiae sunt constituentes et integrantes corpus organicum; partes igitur animae substantiae sunt integrantes potestatem animae, et sic non sunt qualitates animam consequentes. Et similiter est de aliis potentiis naturalibus | formarum substantialium quarumcumque.

Eodem modo obicitur de impotentiis. Hoc enim nomen fundatur in privatione et non videtur fundari in aliquo ente vel in aliqua entis specie. Videtur ergo quod non sit qualitas aliqua.

Adhuc autem videtur irrationabiliter DICTUM QUOD durum est quod habet potentiam naturalem ad non secari et quod molle eiusdem habet impotentiam, quia eodem modo potest dici quod molle habet potentiam naturalem ad facile secari et quod durum eiusdem rei habet impotentiam.

Ulterius etiam quaeritur, cum potentia magis se teneat ex parte materiae quam ex parte formae, videtur quod potentia naturalis debet esse ex victoria materiae super formam potius quam e converso.

Ulterius autem adhuc quaeritur, quare haec species vel genus qualitatis uno nomine non nominatur, ut diceretur 'aptitudo', sicut Socrates et PLATO et alii ANTIQUI hanc speciem nominaverunt.

Ad HAEC autem et similia dicendum est quod habitus est prima species qualitatis propter hoc, quod ipsae formae substantiales in materia sunt ut habitus, sicut dicit ARISTOTELES IN II DE ANIMA quod anima, secundum quod est entelechia, inest ut habitus. Et secundum hoc forma substantialis est ut qualitas materiae et hoc modo differentia est ut qualitas generis. Quia ergo dispositio et habitus modum suum ponunt in primis substantiae compositae principiis, quae sola substat accidentibus, ideo sunt prima species qualitatis. Potentia autem naturalis est consequens esse compositi; est enim ab actu, quem forma habet in composito ad actus consequentes naturam compositi; ideo potentia naturalis est secunda

CaO1P1BrShSiV1 pap 17 *Sh* f. 50vb 39 *Ca* f. 52va

1–2 Cap. – qualitatis *lac. Br* 1 dubitabilibus] dubitationibus *p* 2 secundum] primum *CaP1SiV1* | qualitatis] praedictum *add. V1* 4 ipsis] primis *pap* | rem] rei *pap* 5 sint] sicut *O1P1* sunt *Br* si *Si* 6 tempore] et *add. Br* 7 assuetudinis] consuetudinis *Sh* 8 sint] sicut *P1* sunt *Br pap* 9–10 vel impotentia *om. O1* 10 debeant] debeat *V1 pap* | prima] primae *BrSi* | species qualitatis *inv. Sh* 12 Ad hoc] adhuc *pa* 14–15 prima] primae potentiae *Ca* primae poni *O1P1* primae *SiV1* 15 deberent] deberet *pap* 16 omnis] autem *Br* 16–18 insunt – habitus *om. (hom.) CaO1P1BrSiV1 pap* 18 supponunt] supponit *pap* 20 igitur *sup. lin. Sh*[1] | esse] circa *add. Br* 21 quae est *om. O1* | naturalis *om. O1* 22 autem] etiam *V1* | si] utrum *p praem. pa ex* sit *corr. Ca*[1] 23 enim] autem *O1* 26 et[2] *om. Sh pap corr. in marg. Sh*[1] 27 ipsius] eius *Si* | et *om. pap* | ut *om. Sh* 28 dicatur] dicas *pap* 30 substantiales – qualitates] substantia *V1* 31 Adhuc – Averroes *om. V1* 32 quae est *iter. Sh* 38 sic *sup. lin. Sh*[1] 41 impotentiis] potentiis *P1* naturalibus formarum *add. pap* 42 fundari *om. O1P1SiV1* 43 ente *om. O1* 44 qualitas] species *O1* 45 videtur irrationabiliter] non videtur rationabiliter *p* | irrationabiliter] rationabiliter *Br pa* | quod] dictum est quod scilicet *add. pap* 46 habet] potest habere *pap* | potentiam naturalem *inv. Sh* 47 eiusdem] rei *add. pap* | impotentiam] potentiam *Si* 48–49 potentiam naturalem *inv. Sh* 53 debet] debeat *pap* 54 converso] contra *pap* 55 Ulterius – adhuc] Adhuc autem ulterius *O1* | autem] etiam *pap* | autem adhuc] etiam *Sh* 58 hanc speciem *om. pap* 61 sicut] secundum quod *V1* 63 entelechia] eitheletica *Sh* 64 forma *ex* formalis *corr. Ca*[1] | est] inest *pap* | ut *sup. lin. Sh*[1] | qualitas] qualites(?) *Sh* 67 substat] substant *P1Sh* 68 prima *editor cum Br pap* prima *cet. codd.* 69 compositi] perfecti *O1* | enim *sup. lin. Sh* ad consequens *add. pa* consequens *add. p* | ab actu *editor* ad actum *codd., edd.* 70 composito] et *add. pap*

24 Supra p. 110 v. 53. – 31 Averr., De anima l. 2 c. 6–10 (CCAA VI, 1 p. 137–147). – 41–44 Eodem – aliqua: Cf. Kilw., Super Praed. (ed. Conti p. 110 v. 27–29). – 45–50 Adhuc – impotentiam: Cf. Kilw., Super Praed. (ed. Conti p. 102 v. 12–13). – 45–47 Supra p. 111 v. 68. – 57 De nomine 'aptitudinis' vide Abaelard., Logica 'Ingredientibus' (ed. Geyer p. 229 v. 28–32): 'haec enim potentia aptitudinis quorundam est (…). De potentiis vero aptitudinis vel impotentiis hoc loco tantum agit'. De sententia Platonis de aptitudine puerorum vide Alb., Super Ethica. Ed. Colon. t. 14, 1 p. 11 v. 43–44: 'Unde Plato praecipit considerari aptitudines puerorum'; t. 14, 2 p. 512 v. 61–66. Cf. supra p. 109 v. 6. – 59 Supra v. 5. – 62 Arist., De anima l. 2 c. 1 (412 a 19–28).

species et non prima. Et quod OBICITUR de tempore et doctrina, non est verum de omni eo, quod habet modum habitus, sed est verum de habitu acquisito tantum.

Ad hoc autem quod OBICITUR quod potentia naturalis praecedit esse, dicendum quod haec est potentia materiae ad formam et ad esse, et haec non est naturalis potentia, sed potentia esse consequens, sicut NUPER DICTUM EST.

Ad hoc vero quod DICITUR quod omnis habitus inest secundum aliquam potentiam, dicendum quod hoc verum est, sed non oportet quod illa potentia sit esse consequens, quia forma ut habitus inest secundum potentiam esse praecedentem. Sed hoc verum est quod aliquis habitus ut acquisitus vel infusus inest secundum potentiam, quae consequitur ad esse, sed ex hoc non sequitur quod generaliter potentia consequens esse sit ante habitum, ut patet per ante dicta.

Ad hoc autem quod ulterius QUAERITUR, si potentia naturalis sit qualitas, dicendum quod potentia naturalis ad actus esse consequentes est qualitas et accidens, secundum quod omne illud est accidens, quod sequitur ad esse perfectum, quia non est de substantia vel substantialitas; haec autem qualitas fluit a substantialibus, sicut proprium fluit ab essentialibus speciei.

Et quod OBICITUR de partibus animae, dicendum quod anima non habet partes essentiales, cum sit substantia simplex; sed secundum quod anima est totum potestativum, sic vires eius – intellectus et voluntas et sensibilis et vegetabilis – sunt partes eius potestativae, et sic dicuntur potentiae naturales radicatae in substantia ipsius, et tamen qualitates, quia sunt ad actus esse consequentes.

Et quod DICITUR quod sicut se habent partes corporis ad corpus, sic partes animae ad animam, hoc est verum secundum aliquid et secundum aliquid non est verum. Quoad hoc enim verum est, quod anima comparatur ad corpus ut principium vitae et motus. Sic enim fluunt potentiae ab anima, quibus influit vitam et motum corpori, quae integrant potestatem et virtutem eius, sicut corpus in quantum mobile ab anima et vitam recipiens non potest esse simplex, sed oportet quod a natura eius fluat diversitas complexionis et compositionis organorum, quibus recipiat diversimode vitam et motum; et hae sunt partes organici corporis, in quantum est organicum et non in quantum est corpus. Et hoc modo sicut potentiae sequuntur naturam et substantiam animae, sic compositio organorum sequitur naturam corporis, et hoc modo utrumque integratur partibus suis potestativis. Sed quoad modum consequentiae non est verum, quia potentiae animae naturam animae consequuntur, non ut partes materiales, sed ut proprietates naturam animae non constituentes, sed naturam animae non derelinquentes; organa autem corporis materiales sunt partes corporis materialiter ipsum constituentes et integrantes. Et primo modo loquitur AVERROES | et non secundo. Idem dicendum est de omnibus potentiis naturalibus a forma substantiali post esse substantiale ad actus consequentes fluentibus.

Ad hoc autem quod OBICITUR de naturali impotentia, dicendum quod, quamvis quantum ad nomen fundetur in privatione, tamen secundum esse fundatur in contrario, quod est contraria qualitas in materia potentiam naturalem impediens.

Ad hoc autem quod DICITUR quod potentia se magis tenet ex parte materiae, dicendum quod haec non est potentia ad agendum, quae est esse consequens, sed potius est potentia ad esse, sicut dictum est in CAPITULO PRAECEDENTI. Unde | per hoc patet solutio.

Ad hoc autem quod QUAERITUR de nomine antiquorum, qui istam speciem vocabant 'aptitudinem', dicendum quod non est nomen usquequaque conveniens, quia aptitudo non est nomen univocum ad potentiam et impotentiam, quia, si aliquid est aptum ad agendum, per hoc ipsum nec per aliquid commune isti et illi erit aptum ad patiendum.

CaO1P1BrShSiV1 pap 54 *Sh* f. 51ra 67 *Ca* f. 52vb

1 Et[2]] ad id *Br* 2 eo *sup. lin. Sh*[1] 3 de] omni *add. Si* 4 obicitur *editor cum Br pap* obicit *CaShV1* opponit *Si om. O1P1* | quod[2]] quam *CaO1P1* 5 est *om. CaO1P1Sh* 6 haec] hoc *O1* 7–8 potentia[2] – est] haec potentia est consequens semper esse *pap* 7 esse] est *Sh* 9 vero] autem *Sh pap* | dicitur *editor cum Br pap* dicit *cet. codd.* 11 non *om. pa* 12 inest – potentiam *iter. O1* | potentiam] in *add. Si* 13 est *om. Sh* 16 generaliter] generatur *pa* 18 si] quam *P1* 20 consequentes] consequens *pap* | est *ex* et *corr. in marg. Sh*[2] 21 sequitur] consequitur *Sh* 22 de *om. O1* 22–23 vel substantialitas *om. p* | substantialitas] substantialitatis *pa* 23 substantialibus] principiis *add. O1* 24 essentialibus] principiis *add. O1* 27 secundum quod] sicut *O1* 29 dicuntur] dictum *Ca* 31 quia] quae *Si* 32 quod[2] *om. Br pap* 35 verum est] est verum secundum *Sh* 36 ut] ad *add. Si* | enim] est *Ca* 38 virtutem] vitam *Br* 39 mobile] est *add. SiV1 praem. Sh* | anima] motum *add. Br* 41–42 et – organorum] organorum et compositionis *V1* 43 hae] haec *dub. Sh* | partes *om. Si* | est *om. Sh* 44 est corpus *inv. Sh* | hoc modo] haec non *pa* | sicut] sic *p* 45 naturam] corporis *add. pap* | et] potentiam *add. V1* | substantiam] potentiam *Br* | sic] sicut *Sh pap* 46 compositio] comparatio *pa* operatio *p* | organorum] organicorum *V1* | sequitur] naturam organorum sequitur *add. P1* 47 integratur] integrat *P1* 48 consequentiae] communem *Br pap* 49 potentiae] potentiam *Si* 50 materiales *Sh* naturales *cet. codd., edd.* | sed] vel *V1* 51 animae[1]] consequentes vel *add. O1* | non[1] *om. CaO1P1SiV1 pap* 51–53 sed – constituentes *om. (hom.) V1* 51–52 derelinquentes] delinquentes *pa* 53–54 et integrantes *om. pap* 54 loquitur *om. Si* 55 Idem] modo sic igitur *Br* et *praem. Si* | est *om. p* 63 dicitur *editor cum Br p* dicit *CaO1P1ShSiV1 pa* 64 ex] a *Sh* 72 quia] sed *Br* 73 nec per] non habet *pap* | commune] convenit *O1* | illi] per quod *add. pap*

1 Supra p. 112 v. 6. – 4 Supra p. 112 v. 12. – 7–8 Supra p. 112 v. 68–71. – 9 Supra p. 112 v. 16. – 18 Supra p. 112 v. 22. – 25 Supra p. 112 v. 24–29. – 27–30 De partibus potestativis animae cf. Alb., De homine. Ed. Colon. t. 27,2 p. 86 v. 75 – p. 87 v. 26, p. 79 v. 32–41 cum notis. – 32 Supra p. 112 v. 31. – 54 Vide supra p. 112 v. 31. – 58 Supra p. 112 v. 41. – 63 Supra p. 112 v. 51. – 66–67 Vide supra p. 110 v. 46 – p. 111 v. 13. – 68 Vide supra p. 112 v. 55.

Cap. 6. De tertia specie qualitatis, quae est passio et passibilis qualitas

Tertia vero species qualitatis est quae dicitur *passibilis qualitas et passiones*. Hanc enim unam speciem ponimus ideo, quod forma qualitatis non differunt, sed sunt eiusdem speciei qualitas et aliquando eadem numero qualitas. Primo enim passio et postea fit passibilis qualitas. Quia ergo nec in qualitate nec in quali, quod secundum eas dicitur, specie differunt, ideo dicimus eas esse 'speciem' et non 'genus' et unam speciem haec duo dicimus esse. Et non coniungimus ea disiunctiva coniunctione, sed copulativa, ut notentur ad idem pertinere. Tamen quia passio est afficiens et cito transiens qualitas, passibilis autem qualitas est durans et radicata in subiecto, qui modi sunt oppositi et ad unum nomen non possunt reduci, eo quod hoc nomen ab oppositis rei proprietatibus imponeretur et opposita significaret, ideo duobus nominibus copulatis hanc speciem designamus. De qualitate enim non possumus loqui nisi sicut de accidente, quod semper in comparatione ad subiectum habet determinari, et ideo oportet quod determinetur per modos, quibus est in subiecto. Sic igitur dicimus quod *tertia species qualitatis est qualitates passibiles*, quae iam in subiecto radicatae et firmatae sunt, *et passiones*.

Huius autem manifestatio est inductione et exemplo. *Sunt* enim *huiusmodi ut dulcedo, amaritudo, austeritas* sive acuitas in saporibus extremis et mediis omnibus, qui *his*, qui inducti sunt, *cognati* sunt, ut salsedo, saporeitas, ponticitas et sapor pinguis. *Amplius autem* secundum tactum *calor et frigiditas* et his similia, et secundum visum *albedo et nigredo*. Odores autem, qui inferunt olfactui passionem, iuxta sapores determinantur, ut dicit ARISTOTELES in II DE ANIMA et in libro DE SENSU ET SENSATO. Differentiae enim sonorum non inducuntur hic, quia, quamvis inferant passionem auditui, tamen ex primis qualitatibus,

9 a 28 – 10 a 10 (Arist. Lat. 64,25–66,4): Tertia vero species qualitatis est passibiles qualitates et passiones. Sunt autem huiusmodi ut dulcedo et amaritudo et austeritas et omnia his cognata, amplius autem calor et frigus et albedo et nigredo. Et quoniam hae qualitates sunt, manifestum est; quaecumque enim ista susceperint qualia dicuntur secundum ea; ut mel, quoniam dulcedinem suscipit, dicitur dulce, et corpus album eo quod albedinem suscipiat; similiter autem sese habet etiam in ceteris. Passibiles vero qualitates dicuntur non quod haec quae illas susceperint qualitates aliquid patiantur; neque enim mel, quoniam aliquid passum sit, idcirco dicitur dulce, nec aliquid aliud huiusmodi; similiter autem his et calor et frigus passibiles qualitates dicuntur non quod ea quae ea suscipiunt aliquid passa sint, sed quoniam singula eorum quae dicta sunt secundum sensus qualitatem passionis perfectiva sunt, passibiles qualitates dicuntur; dulcedo enim passionem quandam secundum gustum efficit, et calor secundum tactum; similiter autem et aliae. Albedo autem et nigredo et alii colores non similiter his quae dicta sunt passibiles qualitates dicuntur, sed hoc quod hae ipsae qualitates ab aliquibus passionibus innascuntur. Quoniam ergo fiunt per aliquam passionem multae colorum mutationes, manifestum est; erubescens enim aliquis rubeus factus est et timens pallidus et unumquodque talium; quare vel si quis naturaliter aliquid talium passionum passus est, similem colorem eum oportet habere; quae enim affectio nunc ad verecundiam circa corpus facta est, et secundum naturalem affectionem eadem fiet affectio, ita ut naturalis color similis sit. Quaecumque igitur talium casuum ab aliquibus passionibus difficile mobilibus et permanentibus principium sumpserint, passibiles qualitates dicuntur; sive enim vel secundum naturalem substantiam pallor aut nigredo facta est qualitates dicuntur (quales enim et secundum eas dicimur), sive propter aegritudinem longam vel propter aestum aut aliquid tale contingit vel nigredo vel pallor, et non facile praeterit et in vita permanet, qualitates et istae dicuntur (similiter enim quales et secundum eas dicimur). Quaecumque vero ex his quae facile solvuntur et cito transeunt fiunt, passiones dicuntur; non enim dicimur secundum eas quales; neque enim qui propter verecundiam rubeus factus est rubeus dicitur, nec cui pallor propter timorem venit pallidus est, sed magis quod aliquid passus sit; quare passiones huiusmodi dicuntur, qualitates vero minime. Similiter autem his et secundum animam passibiles qualitates et passiones dicuntur. Quaecumque enim mox in nascendo ab aliquibus passionibus fiunt, qualitates dicuntur, ut dementia vel ira et alia huiusmodi; quales enim secundum eas dicimur, id est iracundi et dementes. Similiter autem et quaecumque alienationes non naturaliter, sed ab aliquibus casibus factae sunt difficile praetereuntes et omnino immobiles, etiam huiusmodi qualitates sunt; quales enim et secundum eas dicimur. Quaecumque vero ex his quae citius praetereunt fiunt, passiones dicuntur, ut si quis contristatus iracundior sit; non enim dicitur iracundus qui in huiusmodi passione iracundior est, sed magis aliquid passus; quare passiones quidem huiusmodi dicuntur, qualitates vero minime.

CaO1P1BrShSiV1 pap

1–2 Cap. – qualitas *spatium Br* 2 et] vel *Sh p* 5 forma] formae *pap* 6 qualitas[1]] qualitatis *O1[1]BrSiV1 pap* 7 Primo] prima *ShV1* | enim] est *add. pap* | fit *om. pap* 8 quod] quae *Br* 9 dicitur] differunt *Br* | eas] ea *Br* | speciem] species *O1BrSiV1 pap* 10 haec] hic *pa* 11 coniungimus] coniungemus *pap* | coniunctione] disiunctione *P1* 14 qui] quod *Ca* quidem *P1Si* quidem *add. Br* 15 et *om. Sh pap* | unum] idem *pap* 16 nomen *om. Sh* 17 significaret] significant *CaO1P1* et *add. Si* 17–18 nominibus] modis *pap* 18 copulatis] computatis *Sh* 19 sicut] ut *Sh* 20 quod] qui *O1P1V1 pa* quia *Br* | subiectum] substantiam *p* 20–21 determinari] terminari *Sh* 22 dicimus] dicitur *Si* dicunt *pap* 26 dulcedo] et *add. Sh* 27 omnibus] et *add. p* | qui] quibus *P1* 27–28 his, qui *om. O1* 28 saporeitas] saporatas *CaSh* saporitas *O1Br om. pap* 29 et – pinguis *om. Br* 30 et[3] *om. Si pap* 31 qui *in marg. Sh[1]* | olfactui] olfactum *pa* 32 sapores] saporem *Sh*

38 quaecumque enim *CsCh* quae enim cumque *ed.* | ea *CsCh a* se *ed.* | suscipit *CsCh* suscepit *ed.* 39 autem *CsVa a om. ed.* | qualitates *Cs* et passiones *add. ed.* 40 haec *CsCh* ea *ed.* 41 ea[1] *Alb.* ipsa *ed.* ipsa ea *var. codd.* 42 qualitatem *CsCh* qualitatum *ed.* 48 naturalis *CsCh* naturaliter et *ed.* 52 enim *ChVa a om. ed.* 59 vero *ChVa* enim *ed.*

32–33 Arist., De anima l.2 c.9 (421 a 26–b 3); De sensu et sens. c.5 (443 b 17 sq.).

quae primo sunt activae et passivae – et virtute earum agit quod agit et patitur quod patitur –, non causantur, et ideo etiam non transmutant subiectum nisi per accidens, sicut aër cum tonitru, ut dicit ARISTOTELES, scindit lignum.

Quoniam autem *haec*, quae dicta sunt, sensibilia *sunt qualitates, manifestum est* per descriptionem, quam primo dedimus de qualitate. *Quaecumque enim* subiecta *suscipiunt ista*, quae dicta sunt, et informantur ipsis, *secundum ipsa qualia dicuntur*; 'qualitas autem est, secundum quam quales dicimur'; igitur ista sunt qualitates. Hoc autem inductione probatur et exemplo, *ut mel*; ex hoc enim quod subiectum mellis *dulcedinem suscipit, dicitur* secundum ipsum quale, quia *dulce*. Eodem modo dicitur *corpus album ideo, quia suscipit albedinem* se informantem. *Similiter auten se habet in ceteris* omnibus, quae enumerata sunt.

Haec autem *non* ideo *passibiles qualitates dicuntur, quod haec* subiecta et obiecta, *quae illa suscipiunt* ut formas, *aliquid patiantur* vel passa sint accidentali passione, quamvis naturali passione digestionis humidi passa sint, sed ideo dicuntur passibiles qualitates, quia passiones inferunt secundum sensus. *Mel enim non* ideo *dicitur dulce, quod aliquid* ab extrinseco *passum sit*, quod hanc sibi impressit dulcedinem. Similiter autem est de omnibus, quae sunt huiusmodi olfactui vel gustui passionem inferentia. *Similiter autem* est de *calore* et *frigore* in igne vel glacie vel aqua. Haec enim etiam *non* ideo *passibiles qualitates dicuntur, quod ea* subiecta, *quae suscipiunt ea, aliquid passa sint* extrinsecus, *sed* ideo, *quoniam singula eorum, quae dicta sunt, secundum* alicuius *sensus qualitatem* in ipso sensu *passionis* alicuius ad sensus immutationem *perfectiva sunt*, et ideo *passibiles qualitates dicuntur*. Patet hoc inductione. *Dulcedo enim passionem quandam secundum gustum efficit* ad gustus immutationem. Sic facit *calor*, qui passionem facit *secundum tactum, et similiter aliae* qualitates tangibiles. *Albedo autem et nigredo et alii colores* medii *non similiter his quae dicta sunt, passibiles qualitates dicuntur*. Non enim sic agunt in sensum | secundum esse materiale, quod suis qualitatibus informent visum; visus enim albi non est albus, quemadmodum gustus dulcis est | dulcis et sicut tactus calidi est calidus. Et ideo in visu non perficiunt colores passibiles qualitates, *sed* ideo dicuntur colores passibiles qualitates, quia *ipsi* colores, qui sunt *qualitates, innascuntur* nobis ex *passionibus* quibusdam praecedentibus in nobis. Quod enim *multae colorum mutationes* sint in nobis *per aliquam passionem* in nobis praecedentem, *est manifestum* per inductionem experimenti. *Erubescens enim aliquis rufus factus est*, cum erubescentia sit 'timor in turpi perpetrato', timor autem passio et 'fuga cordis' secundum systolem propellens sanguinem in faciem. Et similiter *timens* aliquis factus est *pallidus* sanguine a facie ad cor retracto. Et similiter *unumquodque talium* colorum aliqua innascitur passione. Et si tales colores talibus innascuntur passionibus, probatur quod *si aliquis* etiam *naturaliter aliquid* similium *passus est*, quod scilicet diffundat sanguinem in facie vel ad cor reducat sanguinem, illum naturaliter *oportet habere similem colorem* illi, qui passione verecundiae vel timoris rufus vel pallidus factus est. Quod ex hoc constat, quia *quae affectio nunc facta est ad verecundiam* in expulsione sanguinis ad frontem *circa corpus*, eadem etiam causa *fit* [etiam] *secundum naturalem* passionem, ita quod sit similis naturae *affectio*, *ita quod naturalis color similis sit* ei, qui ex passione animae vel cordis nunc talem recipit colorem.

Generaliter ergo loquendo *quaecumque* qualitates, quae sunt de numero *talium casuum*, hoc est quae ex talibus casibus passionum, *sumpserunt principium ab aliquibus passionibus difficile mobilibus et permanentibus* in subiecto, illae *dicuntur passibiles qualitates*. Quamvis *enim secundum*

CaO1P1BrShSiV1 pap 37 *Ca* f. 53ra 40 *Sh* f. 51rb

1 et[1] passivae *om. O1* | earum] eorum *Sh* 3 subiectum] substantiam *Si pap* 4 ut] sicut *Sh* 8 suscipiunt] recipiunt *Sh* 9 ista quae] illa quae ita *pap* | et] qualitates et quaecumque etiam *pap* 10 quam] quas *CaSh* 10–11 quales] esse *add. Si* 13–14 ipsum] hoc *pap* 14 quia] que *CaO1P1* 15 ideo *om. Br pap* | quia] quod *add. pa* 18 haec *om. pap* | illa] ea *pap* | formas *editor cum p* forma *CaO1P1ShSiV1 pa* formam *Br* 19 sint] sunt *Br* | quamvis] quam *CaO1P1Sh* vel aliqua alia *praem. pap* 20 humidi *Sh* habitu *CaO1P1Si pap* habita *Br* habendi *V1* 21–22 secundum sensus] sensui *pap* 22 Mel – non] non enim *pap* | quod] quia *O1P1BrSiV1 pap* 23 extrinseco] intrinseco *V1* | quod] et *praem. pap* 24–25 Similiter – inferentia *om. (hom.) O1* 25 inferentia] informantia *pa* 26 in] vel *Sh* 27 enim etiam] igitur *Br* | etiam] omnia *pap* | qualitates dicuntur *inv. Sh* 30–31 ad sensus] sensus qualitatem *V1* 31 immutationem] mutationem *Br* 32 Patet] etiam *add. Br* 33–34 immutationem *ex* mutationem *corr. sup. lin. Sh[1]* 36 his – sunt *om. p* 37 sensum] sensu *Br* subiectum *pap* 42 sed – qualitates *om. (hom.) O1P1V1 corr. in marg. P1[1]* | ideo dicuntur] ostenduntur *pap* 43 nobis] in *praem. p* 44 enim] non *p* 45 sint] sunt *pap* 46 in nobis *om. pap* 47 rufus] rubeus *Si pap* | factus *lac. Ca corr. in marg. Ca[1]* 48 turpi] tempore *pa* | perpetrato] perpatrato *Sh* 49 passio] passione *pap* | fuga] est *add. Br* | systolem] systoles *CaO1P1SiV1 pa* | propellens] propellentem *Br* 50 faciem] facie *Br* | aliquis] aliquid *P1* 51 cor] recedente vel *add. Br* | Et *om. pap* 53 colores] colorationes *Sh* 54 etiam] est *pap transp. O1* | naturaliter aliquid] aliquid etiam naturaliter *O1* naturali quid *P1* 55 est] sit *add. V1 om. pap* | diffundat] diffundant *Sh* 56 naturaliter *in marg. Sh[1]* 57 timoris] timore *Sh* 58 quia] quod *pap* 59 quae] qualis *in marg. Br[1]* | nunc] naturae *pap* 60 etiam *editor cum pap* in *CaO1P1ShSiV1 om. Br* | fit] sit *CaO1P1SiV1* 60–61 etiam *del. editor* 61–62 passionem – naturae *om. pap* 62 affectio] affectionem *p om. Si* | color *editor cum Arist. Lat. Br pap* calor *CaO1P1ShSiV1* 63 nunc talem *Sh in lac. Ca[1]* naturalem *O1P1BrSiV1 pap* 64 ergo] autem *Sh pap* 65 quae[1] *om. pap* 68 secundum *om. Sh*

4 Arist., De anima l. 2 c. 12 (424 b 11–12). – 7 Cf. supra p. 102 v. 31. – 48–49 timor – cordis: Cf. Nemes. Emes., De nat. hom. c. 20; transl. Burg. (ed. Verbeke-Moncho p. 103 v. 38–39): 'erubescentia vero est timor in expectatione convitii (…); verecundia vero est timor in turpi perpetrato'. Alb., Super Isaiam. Ed. Colon. t. 19 p. 173 v. 75–77: 'Apud philosophos et etiam apud Sanctos timor dicitur omnis fuga cordis secundum systolem, hoc est contractionem. Unde Augustinus dicit, quod nihil est timor nisi fuga cordis'. Aug., Enarr. in Ps. 67 (v. 7) n. 2 (CCL 39 p. 870). Arist., De anima l. 1 c. 1 (403 a 31–b1). Alb., De anima. Ed. Colon. t. 7, 1 p. 13 v. 52–69.

naturalem substantiam sive subsistentiam in primis complexionantibus *pallor aut nigredo facta est* in aliquo, tamen passibiles *qualitates dicuntur* secundum primam qualitatis rationem – *quales enim dicimur secundum* tales colores sive qualitates – sive etiam inducta sint talia per accidens sicut *propter longam aegritudinem*, quae facit pallorem, *aut* forte *propter aestum*, qui inducit ruborem, qui aliquando in facie comburit sanguinem ita, quod remanet et stantem et permanentem ruborem inducit, *aut aliquid* simile his propter quod *nigredo vel pallor contingit, et non facile praeterit*, ita quod immutabile vel difficulter mutabile *permanet*, ista dicuntur passibiles *qualitates*. *Secundum* tales *enim* qualitates *dicimur quales similiter* sicut secundum eas, quae a passionibus naturalibus inducuntur.

Quaecumque vero sunt de numero talium qualitatum, *quae cito transeunt* et cito et de *facili solvuntur, dicuntur passiones. Non enim secundum has dicimur quales*, sed potius aliquid passi. Nullus enim simpliciter *dicitur rubeus* propter hoc, quod ex *verecundia rubeus factus est*, similiter ⟨*nec*⟩ ille, *cui pallor* subitus *propter timorem venit*, simpliciter dicitur *pallidus* sive qualis secundum pallorem, *sed magis* dicitur convenienter *quod aliquid passus sit*, non ad denominationem sed ad subitam immutationem. Propter quod huiusmodi subitae immutationes *dicuntur* convenienter *passiones*, non autem convenienter dicuntur *qualitates*, quia non simpliciter quales dicimur secundum eas. Hoc igitur modo se habet de passionibus et passibilibus qualitatibus corporis.

Ad similitudinem autem horum se habet etiam de *passionibus et passibilibus qualitatibus*, quae inducuntur secundum accidentia *animae*, hoc est, quarum principium est in anima, quamvis mutatio sit in corpore. *Quaecumque enim* talium *mox* sive subito *in nascendo fiunt ab aliquibus* advenientibus *passionibus*, fiunt subito *ut dementia* sive insania *vel ira et aliae huiusmodi* passiones, si maneant, *qualitates dicuntur* illatae per sensum vel phantasiam vel opinionem; *secundum* enim talia *quales dicimur* et denominamur. Dicimur enim *iracundi et dementes* vel insani. *Similiter autem* est, si *quaecumque alienationes* et insaniae *non naturaliter* sunt *factae, sed* sunt *aliquibus casibus* inductae ut ex visu vel terrore sonorum vel his similibus et sunt *difficile praetereuntes* vel *etiam omnino immobiles*, omnia *huiusmodi sunt* dicenda *qualitates* passibiles, eo quod *secundum tales* qualitates *quales dicimur* et denominamur. *Quaecumque vero* talium passionum sunt *ex his, quae citius praetereunt* et facile subiectum derelinquunt, *passiones dicuntur* et non passibiles qualitates. Huius exemplum est, *ut si quis* forte *contristatus* ab aliquo iniuriam inferente | *iracundior* solito effectus *sit*; hic *enim non dicitur* propter hoc *iracundus* per denominationem, *qui in huiusmodi* occasionata *passione iracundior est* solito, *sed magis* dicitur secundum iram *aliquid passus*; propter quod talia *passiones quidem dicuntur*, sed non passibiles *qualitates*.

Cap. 7. De dubitabilibus circa tertiam speciem qualitatis

Est autem circa ea, quae DICTA SUNT, dubitatio. Passio enim per se genus est generalissimum, et ideo non videtur posse esse species qualitatis.

Adhuc autem passibile est potens pati | vel habens aptitudinem ad patiendum; qualitas autem nulla pati potest, sed secundum eam est passio; videtur ergo quod nulla sit passibilis qualitas.

Adhuc autem aut passio inducit qualitatem coloris aut non; si non inducit, tunc remanet tantum passio et non habet in qualitate determinari; si autem inducit, constat quod ille color qualitas est, et sic passio erit passibilis qualitas, et sic male distinguitur inter passionem et passibilem qualitatem.

Adhuc secundum passionem videtur aliquis dici qualis; est enim passio haec in aliquo genere, et constat quod non nisi in genere qualitatis; sed qualitas est, secundum quam quales dicimur; ergo secundum passionem dicimur quales; et sic nulla est distinctio inducta inter passionem et passibilem qualitatem.

Adhuc dubium est de hoc quod albedo et nigredo non dicantur qualitates, eo quod passiones inferunt sensibus. Haec enim sunt obiecta visus; visus autem potentia

CaO1P1BrShSiV1 pap 48 *Ca* f. 53rb 59 *Sh* f. 51va

1–2 complexionantibus] complexionibus *O1BrV1 pap* 2 nigredo] nigritudo *Si* 7 forte *om. pap* | qui[1]] quo *Br* 8 facie *ex* facile *corr. in marg. Sh*[2] 10 propter] propterea *CaO1P1Br pa* | quod *om. CaO1P1Br* | et *om. pap* 11 mutabile] mutabilem *Ca* 11–12 permanet] manet *pap* 13 dicimur] dicimus *CaO1P1* | similiter] simpliciter *p* 16 et[1] cito *om. Br* | et[2] *om. O1Sh pap* 17 secundum *in marg. Sh*[1] | dicimur] dicuntur *pap om. O1* 18 rubeus] rubens *Ca* 19 quod] quia *pap* | nec *suppl. editor ex Arist. Lat.* 20 simpliciter] non *praem. p add. sup. lin. Br*[1] 21 qualis *ex* pallidus *corr. in marg. O1*[1] 22–23 denominationem] sed ad subitam denominationem *add. O1* 23 subitam] subiectam *CaO1P1* subiectum *Sh* | immutationem] mutationem *pap* | Propter quod] propterea *Br* ea propter *p* | quod *om. CaO1P1SiV1 pa* 24 subitae] subiectae *CaO1* substantiae *P1Br* | immutationes] mutationes *pap* 24–25 dicuntur – passiones *om. O1* 27 habet] et *add. Sh* 29 etiam *sup. lin. Sh*[1] 31 est[1]] etiam *P1* 32 mutatio] immutatio *O1P1SiV1* | sit] est *Sh* 32–33 sit – mox *om. V1* 34 fiunt *om. V1* | fiunt subito *om. Br* 35 si maneant] remaneant *CaO1* remanent *Br* | maneant] remaneant *Si om. pap* 36 vel[1]] et *Si pap* 37 et] vel *V1* | enim[2] *sup. lin. Sh*[1] 38 vel] et *P1Si pap* | vel insani] et vesani *Br* 42 omnia] haec *praem. Si* 43 passibiles *in marg. Sh*[1] | qualitates] qualitate *Sh* 48 solito] solitus *O1* 49 dicitur *post* hoc *transp. Sh* 50 qui] qua *p* 54–55 Cap. – qualitatis *spatium Br* 54 dubitabilibus] dubitationibus *p* 56 autem] enim *O1* 59 habens] habere *Br* 64 non[1] *om. p* | si] sive *pa* | inducit] qualitatem *add. P1* | tantum] et *add. CaP1 pa* 66 erit] est *pap* 69 aliquis] aliquid *Br* 69–70 qualis] quale *Br* 70 et *om. pap* 72–73 ergo – quales *om. Br* 73 est – inducta] distinctio inducta est *Br* | inducta *in marg. Sh*[1] 75 de hoc *om. Sh* 76 dicantur] dicuntur *pap* | inferunt] inferant in *Sh* inferant *Si p* 76–77 sensibus] sensibiles *pa* 77 autem] etiam *O1* est *add. pap*

56–58 Est – qualitatis: Cf. Kilw., Super Praed. (ed. Conti p. 102 v. 22–23). – 56 Supra p. 114 v. 3–24. – 76 Supra p. 115 v. 36.

passiva; obiectum igitur, quod est proprium agens in visum, infert visui passionem. Et secundum hoc dicuntur colores passibiles qualitates sicut alia, et ex simili causa, ut videtur.

Adhuc autem istae passiones dicuntur inferentes vel illatae; colores autem saepe inferunt passiones ut concupiscentias et delectationes et tristitias et huiusmodi; et sic iterum patet quod sunt passibiles qualitates ex eadem causa, qua alia sensibilia dicuntur passibiles qualitates.

Adhuc autem quaeritur, quare haec tertia species qualitatis dicatur; forma enim aut 'circa aliquid constans figura' terminatio substantiae est secundum quantitatem; passio vero et passibilis qualitas a casu passionis innascitur, et ita videtur quarta species propinquior esse substantiae quam passio vel passibilis qualitas; non ergo ista est tertia sed quarta, ut videtur, species qualitatis.

Adhuc quaeritur, quare non uno nomine haec species nominatur, cum omnes ANTIQUI et etiam ARISTOTELES ista communi nomine 'casus' appellaverint.

Ad HAEC autem et similia dicendum est quod passio, secundum quod est praedicamentum, 'est effectus illatioque actionis' in id quod patitur. Et sic non sumitur passio, quae est species qualitatis, sed pro forma qualitatis, quae afficit subiectum ex hoc quod aliquid passum est, quod est causa affectionis illius, vel ex eo quod afficiens subiectum ex ipsa affectione inducit passionem, quae commovet subiectum secundum complexionantia vel componentia subiectum, sicut ira inducta ab aliquo contristante accendit sanguinem circa cor et immiscet vaporem fellis ad vindictae appetitum. Et ideo aequivocatio est in passione, quae, secundum quod est effectus agentis, genus est, secundum autem quod affectio commotione facta vel commotionem inducens, est species qualitatis.

Ad ALIUD dicendum quod non dicitur passibilis qualitas, eo quod ipsa qualitas aliquid patiatur, sed, sicut dictum est, quod vel passione inducitur vel passionem inducat, et quia sic passioni coniuncta est ut causa vel effectus, ideo dicitur passibilis qualitas.

Ad ALIUD dicendum quod passio inducit id, quod est qualitas secundum essentiam, sed non est qualitas, secundum quod ab ipso quale dicitur denominative, quia denominationes non fiunt nisi ab his, quae insunt simpliciter. Simpliciter autem non inest, quod non est in subiecto radicatum et firmatum, quia sicut non sequitur: 'Aethiops est albus dentem, igitur est albus', ita non sequitur: 'iste est affectus rubore ex verecundia, igitur est rubeus'.

Et per hoc patet etiam solutio ad SEQUENS. Est enim id, quod inducitur ex passione, in genere qualitatis, sed non sic, quod quale simpliciter secundum hoc denominativa praedicatione praedicetur.

Ad id autem, quod ULTERIUS dubitatur de albedine et nigredine, satis in ANTEHABITO CAPITULO responsum. Et quod DICITUR, quod passiones inferunt visui, dicendum quod illae sunt passiones secundum quid et non simpliciter, quia sunt talia in visu secundum esse spirituale et ideo motum et passionem simpliciter non inducunt. |

Ad hoc autem, quod OBICITUR quod inducunt delectationes et concupiscentias, dicendum quod hoc est per accidens. Non enim hoc faciunt in quantum visibilia tantum, sed in quantum sunt signa delectabilium secundum gustum et tactum. Secundum quid enim et non simpliciter est delectatio in visu, secundum quod visus movetur a visibili tantum.

Ad id autem, quod ULTERIUS quaeritur de ordine istarum specierum qualitatis, dicendum quod ordo est primae speciei ad secundam, qui in PRAEHABITIS determinatus est. Quia autem de numero naturalium potentiarum

CaO1P1BrShSiV1 pap 59 *Ca* f. 53va

3 et *sup. lin. Sh*[1] 7 et[1] *om. Sh* 8 passibiles qualitates] qualitates sensibiles *pap* 11 haec *om. p* | tertia *om. pa* 12 qualitatis] non *add. p add. sup. lin. Br*[1] | enim *om. O1BrSiV1 pap lac. P1* | aliquid] hoc *praem. Sh* 13–14 quantitatem *editor cum Br dub. Sh* qualitatem *CaO1P1SiV1 pap* 14 vero] autem *Br* 15 innascitur] innascuntur *Br pap* | esse *sup. lin. Sh*[1] 17 tertia] species *add. Sh* | sed – videtur *iter. O1* 18 quaeritur *om. CaO1 in marg. Sh* 20 ista] illa *V1 pap* | casus *in marg. Sh*[1] 21 est *om. Sh* 24 quae] prout *Br* 25 quae – subiectum] qua afficitur subiectum *V1* | subiectum *editor cum BrV1 pap corr. in marg. Sh*[2] subiecto *CaO1P1ShSi* 26–27 afficiens *editor* affectum *CaO1P1BrSh pa* affecti *Si* affectio *V1* affectui *p* scilicet *add. Br* 27 subiectum] subiecti *V1* 28 commovet] continet *pap* 30 contristante] circumstante *O1P1BrSiV1 pap* | accendit] ascendit *O1* | immiscet *ex* immiscit *corr. sup. lin. Ca*[1] 31 fellis] sensus *O1P1SiV1 in lac. Ca*[1] 32–33 effectus] affectus *Br* 33 est *om. p* | quod] est *add. O1Sh* 36 aliud] autem *add. Sh* 39 inducat] inducit *Si pap* | sic *om. V1* | coniuncta] iuncta *O1* | causa vel] causalis *pa* 41 est *sup. lin. Sh*[1] 43 denominative *editor cum Br pap (vide p. 118 v. 20)* denominationem *CaSh* denominatione *O1P1SiV1* 44 denominationes] denominationis *Ca* | fiunt] sunt *pap* 46 sicut] sic *p* 47–48 Aethiops – sequitur *om. (hom.) pap* 47 dentem] dentes *ShSi pap* 48 igitur] ergo *Sh* 50 etiam] et *P1 om. O1BrSiV1 pap* 51 genere] genus *CaO1P1Si* 52 sic] secundum *pap* | simpliciter] sed *add. O1P1 pap* 52–53 denominativa – praedicetur] denominative praedicatur *pap* 55 responsum] est *add. O1Sh pap* 56 passiones] colores *Br* | inferunt] inferant *Sh* | visui] passionem *add. Br* 58 secundum] sicut *pa* 59 et[2]] vel *Sh* 64 et[1]] secundum *add. pap* | tactum] quod *add. Br* | enim] est *CaO1P1BrV1* 65 est] cum *Br* | delectatio] est *add. sup. lin. Br*[1] 68 qualitatis *om. Br*

5 Cf. Abaelard., Logica 'Ingredientibus' (ed. Geyer p. 231 v. 36–37): 'Est autem passibilis qualitas alia inferens tantum, alia illata, alia utrumque'. – 12–14 Cf. infra p. 118 v. 37 – p. 119 v. 11. – 18–20 Adhuc – appellaverint: Cf. Arist., Cat. c. 8 (9 b 20): 'quaecumque igitur talium casuum (…)'. Abaelard., Logica 'Ingredientibus' (ed. Geyer p. 234 v. 9–11): 'casuum, id est qualitatum tertiae maneriae. Quae quidem ideo casus dicuntur, quod ab aliis qualitatibus cadant'; supra p. 109 v. 9. – 21 Supra p. 116 v. 57. – 21–23 Ps.-Gilb. Porr., De sex princ. c. 3 n. 29 (Arist. Lat. I, 6–7 p. 41 v. 8). De passione ut genere praedicamenti cf. Alb., De sex princ. Ed. Colon. t. 1, 2 p. 29 v. 1 – p. 32 v. 24; cf. etiam Kilw., Super Praed. (ed. Conti p. 102 v. 27–28). – 36 Supra p. 116 v. 59. – 38 Cf. supra v. 25. – 41 Cf. supra p. 116 v. 63. – 50 Cf. supra p. 116 v. 69. – 54 Cf. supra p. 116 v. 75. – 55 Cf. supra p. 115 v. 35. – 56 Supra p. 116 v. 76. – 60 Supra v. 5. – 67 Cf. supra v. 11. – 69 Supra p. 112 v. 59 – p. 113 v. 1.

sunt sensibiles vires animae et istis inferuntur passiones per passiones et passibiles qualitates, ideo statim tertiam speciem qualitatis oportuit esse passionem vel passibilem qualitatem, sicut activum proprium sequitur suum proprium passivum, quod infert ei passionem, quia activum suam propriam formam dat passivo et utrumque refertur ad alterum et cognoscitur per alterum, propter quod tertium statim sequitur post secundum.

Ad hoc autem obicitur quod secundum hoc tertia deberet esse secunda et secunda deberet tertia, quia actus sunt praevii potentiis secundum rationem et obiecta actibus. Sed ad hoc dicendum quod hoc verum esset, nisi potentia naturalis hic acciperetur, secundum quod | radicatur in substantialibus substantiae. Secundum hoc enim determinatur hic accidens, secundum quod substantiae propinquius est, et ideo secundum hunc ordinem potentia naturalis est ante passibilem qualitatem.

Ad hoc autem, quod ULTIMO quaeritur de nomine, dicendum quod de qualitate hic intendimus, secundum quod denominative quale ab ea dicitur, et ideo qualitas hic non intenditur in comparatione ad causam, per quam inducitur, sed potius secundum modum, quo inhaeret subiecto ad denominandum per quale; sed non dicitur casus haec qualitas nisi in comparatione ad causam, per quam inducitur, quae casualis est; hic igitur casus non vocatur. Secundum autem quod est in subiecto, non habet modum unum, sed diversum et oppositum, secundum quod denominat subiectum simpliciter et secundum quid, hoc est ut nunc. Oppositi autem modi eodem nomine non possunt comprehendi. Uno ergo nomine ista non poterant convenienter nominari, sed duobus, quae sunt passio et passibilis qualitas.

Cap. 8. De quarto genere qualitatis, quod est forma vel circa aliquid constans figura

Quartum vero genus qualitatis est forma et circa aliquid constans figura. Hoc autem genus qualitatis, sicut in PRIMA PHILOSOPHIA dicit ARISTOTELES, consequens est speciem substantialem in omni corporea substantia, quia, sicut corporeae substantiae differunt speciebus, ita differunt figuris, et quorum est una species in communi, horum est in communi figura una tam in toto quam in membris, sicut hominis figura una et caprae et asini et sic de aliis. Et forte hoc dicitur 'genus' et non 'species', quia multa valde comprehendit.

Differunt autem haec, quia modus terminationis linearum in superficie vel corpore aut referri potest ad intra, ad formam scilicet substantialem, quae tam in toto quam in partibus causa est, quare sic vel sic membrum hoc vel illud vel etiam totum formetur, et sic dicitur 'forma'. Potest etiam referri ad extra, ad quantitatem scilicet sic vel sic terminatam in tales vel tales angulos, et sic dicitur 'figura'. Unde patet quod unum et idem secundum id quod qualitas est figura et forma, sed secundum esse differt, quia relatum ad intra, quod continet et terminat, est forma; relatum autem ad extra, quo talibus vel talibus angulis terminatum aptum est ad hos motus vel illos vel hos actus vel illos, dicitur figura.

10 a 11–26 (Arist. Lat. 66,5–17): Quartum vero genus qualitatis est forma et circa aliquid constans figura; amplius autem ad haec rectitudo et curvitas, et si quod his simile est; secundum enim unumquodque eorum quale quid dicitur; triangulum enim vel quadratum esse quale quid dicitur, et rectum aut curvum. Et secundum figuram vero unumquodque quale quid dicitur. Rarum vero et spissum et asperum et lene putabitur quidem qualitatem significare, sed aliena huiusmodi putantur esse a divisione quae circa qualitatem est; quandam enim positionem quodammodo videntur partium utrumque monstrare; spissum quidem est eo quod partes sibi ipsae propinquae sunt, rarum vero eo quod distent a se invicem; et lene quidem quod in rectum sibi partes iaceant, asperum vero quod haec quidem pars superet, illa vero sit inferior. Et fortasse alii quoque appareant qualitatis modi, sed qui maxime dicuntur hi sunt.

CaO1P1BrShSiV1 pap 13 *Sh* f. 51vb

1 istis] illis *Sh* 2 per passiones *om. (hom.) V1* | passiones et *om. p* 5 proprium *om. Br* 8 tertium statim] tertia species semper *Br* | secundum] secundam *Br* 9 Ad – autem] adhuc cum *pap* | autem] quod *add. O1BrShSi* | secundum *in marg. Sh* | hoc[2]] etiam *add. pap* | tertia] quarta *O1* species *add. Br* 10 et – tertia *Sh* tertia *CaO1P1V1* quarta *Br pap* et secunda *Si* 11 praevii] primi *O1* prius *pap* 14 substantialibus] principiis *add. pap* 15 determinatur] determinat *pa* | hic *sup. lin. Sh*[1] hoc *Br pap* 20 quale] aliquid *add. Br* | qualitas] de qualitate *pap* 21 intenditur] tenditur *CaP1* 22 secundum] unum *add. Br* 22–23 inhaeret] in *add. Sh* 23 denominandum] denominationem *O1 pap* 24 haec] hic *O1 pap* 25 quae] quia *p* | hic] haec *Br pap* 28 oppositum] compositum *pap* 31 ista] illa *O1V1 om. pap* | poterant] poterat *pap* 34 quarto genere] quarta specie *Br* 35 quod] quae *Br* | est *om. CaP1Si* 36 vel – figura] et figura circa hoc aliquid *Br* | circa] hoc *add. Sh* 37 circa] hoc *add. Sh* 38–39 in – Aristoteles] dicit Aristoteles in prima philosophia *Sh* 39–40 speciem substantialem *inv. Sh* 44 et[1]] est *sup. lin. Sh*[1] alia *add. Br* | caprae *editor cum Br pap* caput *CaO1P1ShSiV1* | et[2] *om. pap* 45 Et *om. pap* | et[2] *om. pap* 46 valde *om. Si* 47 haec] hic *pa* 48 aut *om. pap* 50 sic[1] – sic] dicitur vel sit *pap* | membrum *om. O1* 51 dicitur] dicetur *p* 52 etiam] enim *CaO1P1Br pa* 53 vel[1] sic *in marg. Sh*[1] 55 qualitas – forma] forma est figura *Si* | qualitas est *inv. Br* | est *om. CaO1P1ShV1* 56 differt] differunt *Sh* 57 forma] figura *Br* 59 vel[2]] secundum *pap* | illos[2]] alios sic *pap*

61 et[1] *CsCh* vel *ed.* | quod *var. codd.* quid *ed.* 62 quadratum] quadrangulum *Alb.* 65 sunt *CsVaEb* sint *ed.*

18 Cf. supra p. 117 v. 18. – 38–39 Arist., Metaph. l. 5 c. 14 (1020 a 33–b 1). Averr., Metaph. l. 5 comm. 19 (Venetiis 1562 f. 126G–I).

Oportet autem scire quod figura dupliciter dicitur. Est enim figura secundum id, quod est quantitas terminata, et sic dicitur id, quod est in genere quantitatis. Est etiam figura secundum id, quo 'est figura terminatio quantitatis', et hoc modo non dicit nisi id, quod est in genere qualitatis, sed haec qualitas est circa quantitatem posita. Forma autem, quamvis idem sit subiecto, differt tamen ratione, nec dicitur forma, nisi secundum quod causata a forma substantiali actu continendi intrinseca, et ideo forma non dicit nisi id, quod est qualitatis et non quantitatis.

Haec autem ideo genus dicuntur, quia in actibus et ratione non conveniunt. Continere enim, quod est formae, non convenit nisi genere cum sic vel sic angulatum esse acuto angulo vel recto vel hebete; hoc enim non dicitur, quia contineat, sed quia sic vel sic pungat vel tangat, propter quod non est convenientia speciei sed generis inter illa sic sumpta. Quia tamen haec unum sunt in eo, quod est forma et figura, propter hoc non disiunctiva sed copulativa coniunctione coniunguntur. Duobus autem nominibus nominatur et non uno, quia continere intra et sic vel sic pungere extra non sunt reducibilia in unam proprietatem, qua nomen unum commune imponatur.

| Dicitur autem figura, eo quod ad extra refertur *circa aliquid constans*, quia in exterioribus terminationibus linearum concludit et terminat exterius in circuitu et constant terminationes eius ad puncta, in quibus concurrunt lineae, terminatae. Haec igitur est ratio nominum istorum. Haec autem proprie corporum sunt et superficierum, quae pluribus lineis terminantur.

Amplius autem ad haec in lineis etiam inveniuntur quaedam, quae in hoc modo qualitatis sunt ponenda sicut *rectitudo et curvitas*. Rectum enim est, cuius extrema tegunt media ita, quod prae eis videri non possunt, si rectorum extremitates directe aciebus oculorum opponantur, et hoc dictum est Platonis. Hoc autem magis est forma quam figura, quamvis etiam rationem figurae habeat, secundum quod ad extra undique terminat in puncto uno. Curvitas autem ex duabus semper componitur formis; habet enim formam concavi interius et habet formam convexi exterius, et ideo omne curvum compositae est formae. Figuras autem habet tot, quot habet curvitates, quia tot habet terminationes ad angulos diversos. Tale etiam est *quod his simile est*, sicut circulare vel sphaericum et, generaliter loquendo, rotundum; omnia enim haec formam habent concavi ad interius et figuram convexi ad exterius. Quod autem haec qualitates sint, secundum quod sunt talium formae et figurae, probatur ex hoc quod *secundum unumquodque* talium id *dicitur quale*, quod informatum est ex ipsis, sicut patet inductione et exemplo. *Triangulum enim vel quadrangulum* | vel rotundum *esse quale aliquid dicitur*. Similiter autem *et rectum* vel *curvum* esse qualis habet praedicationem. *Et* similiter est in aliis *secundum* formam vel *figuram* hoc modo dictis.

Rarum autem *et spissum et asperum et lene* forsitan *putabuntur* apud aliquos *qualitatem* principaliter *significare*, quamvis *aliena* sint ab hoc, quod *qualitatem* principaliter significent. Significant enim primo positionem et secundario qualitatem partium in loco et in toto positarum, et ideo non pertinent ad divisionem eorum, in qua ponuntur ea, quae principaliter sunt in qualitate. Haec enim, ut dictum est, *quandam positionem partium* in toto et loco primo et principaliter significant *quodammodo* et non qualitatem. *Spissum* enim sive densum dicitur, *eo quod partes* materiales ad se invicem *propinque sunt* positae; *rarum vero* per oppositum dicitur, *eo quod* partes materiales *a se invicem distant* in toto. Et haec duo sic secundum positionem partium intrinsecarum sic dicuntur. Lene autem et asperum dicuntur secundum positionem quandam partium exteriorum; *lene quidem*, eo *quod in rectum* vel aeque secundum lineam vel superficiem *sibi partes iaceant* exteriores et una super alteram non emineat; *asperum vero* per

CaO1P1BrShSiV1 pap 25 *Ca* f. 53vb 53 *Sh* f. 52ra

2 Est – figura *om. O1 pap* | quantitas] qualitas *P1* 3 dicitur] dicit *Sh* 4 id, quo] quod *Br* | quo] quod *V1* 5 dicit] dicitur *O1* | in *om. O1* 6 sed] et *Sh* 8 secundum] id *add. Sh* 9 causata *sup. lin. Br*[1] tanta *P1* est *add. V1 pap* | actu *editor cum p* actum *CaO1P1ShV1 pa* secundum actum *Br* | continendi] continenti *p* 10 non[1] – nisi] dicit *pap* 12 Haec – genus] hac autem ratione *pa* 16 quia[1]] quod *O1* 18 haec *om. V1* 20 sed copulativa *Sh om. CaO1P1BrSiV1 pap* 21 nominibus] modis *CaO1P1SiV1 pap* 22 continere] ad *add. pap* 23 qua] quam *P1* propter quam *SiV1* cui *pap* | unum *in marg. Sh*[1] 25 circa *om. V1* 26 exterioribus] exercitatur *add. SiV1* 29 terminatae *editor cum Br* terminata *cet. codd., edd.* | nominum] omnium *p* 32 ad haec] adhuc *BrV1 pap* 33 hoc] haec *Ca* | qualitatis *om. O1* 35 quod *om. O1* | prae *om. pa* | prae eis] postea *p* | si] sic *P1* sed *Br* 36–37 opponantur] disponantur *O1* opponuntur *pa* 38 etiam] enim *pa om. p* 39 terminat] terminatur *p* 41 concavi] concavae *pa* concavam *p* | interius *editor* subtus *codd., edd.* 42 convexi] convexam *pap* | omne] esse *Br* 43 compositae] compositum *Sh* 45 diversos] divisos *p* | etiam] autem *O1* | quod] ex *Sh* 46 et] vel *O1* 48 figuram] formam *Br* 49 haec] hae *pap* 51 informatum] informatio *CaO1P1* | ex] in *O1* | ipsis] his *pap* 54 vel] et *O1Sh* et *praem. V1* | habet] habent *Sh* 55 vel] et *Sh* 57 forsitan] fortasse *V1 pap* 58 qualitatem] qualitates *pap* 59 aliena – ab] a linea habet (habent *p*) ad *pap* | ab] ad *Si* 60 significent] significetur *pa* 61 toto] loco *V1* 63 enim] igitur *Sh* 64 et] in *add. P1Sh* 65 et[1] *om. p* | non *om. O1* 67 materiales] naturales *CaO1P1SiV1* | ad *editor cum BrSi pap* a *cet. codd.* | ad se] sibi *Sh* | propinque – positae] sunt propinqua positione *pap* 68 materiales] naturales *Ca* | a] ad *pap* 69 toto] tuto *Ca* | sic] sed *pa* 70 intrinsecarum] quaedam extrinsecarum *pa* | sic *om. BrV1* | dicuntur] distinguuntur *Br* 71 dicuntur *om. O1P1SiV1 pap* 72 quidem] autem in *O1* secundum *add. Sh* | eo *sup. lin. Sh*[1] 73 iaceant] iaceat *CaO1P1Sh* iacent *pap* 74 emineat] enumerat *pa* eminet *p*

1–11 Oportet – quantitatis: Cf. Alb., Phys. Ed. Colon. t. 4,2 p. 529 v. 5 sq.: 'Dicitur autem figura, quae est quantitatis terminatio quae sic invenitur in corporibus naturalibus et artificiatis. Nec differunt forma et figura subiecto, sed ratione'; cf. etiam Metaph. Ed. Colon. t. 16,1 p. 264 v. 37–39. – 37 De definitione recti Platonis vide supra p. 64 v. 5.

oppositum huius dicitur ideo, *quod* una *quidem* exteriorum partium in linea vel superficie superior est et super aliam eminendo porrecta, alia *vero est inferior* et sub alia depressa. Positiones igitur dicunt primo, et si qualitates dicunt, hoc erit secundario. Hae igitur sunt quattuor species qualitatis, quae communiter inveniuntur.

Et fortasse alii quidam *modi qualitatis apparebunt*, quia quale valde multipliciter dicitur de substantiali et accidentali qualitate, et ideo multi sunt eius modi, *sed* quia *maxime* et principalius *dicuntur* qualitatis et qualis *hi* qui dicti *sunt* modi, concluditur ergo generaliter quod qualitates et species vel genera qualitatum sunt, quae praedicta sunt.

Cap. 9. De dubitabilibus quae sunt circa quartam speciem qualitatis

Est autem in his dubitatio, cum forma sit principium substantiae uniuscuiusque, qualiter possit esse species qualitatis. Potius enim reducenda est ad genus substantiae quam qualitatis.

Adhuc autem, cum figura sit de mathematicis, nihil autem sit mathematicum nisi quantitas continua vel discreta, videtur figura esse aliquid in genere quantitatis et non qualitatis.

Adhuc nihil ens videtur addere forma vel figura super quantitatem, quia, quod lineae sic in acutum vel rectum angulum iungantur, non addit quanto ens sed rationem, et sic videtur quod non sint species in genere qualitatis.

Adhuc autem, quod de aspero et leni DICTUM EST, omnino contradicit in SEX PRINCIPIIS in capitulo DE SITU VEL POSITIONE dicens quod asperum et lene et rarum et densum non positiones dicunt, sed qualitates circa positionem dictas.

Ulterius quaeritur, qualiter numerus specierum qualitatis accipiatur.

Sed ad HAEC et similia dicendum est quod forma dicitur secundum id, | quod ⟨est⟩ forma secundum rationem et substantiam, et sic forma est principium esse et substantiae in omni eo quod est; et quia substantia vere est, propter hoc forma vere principium substantiae est, et secundum aliquid est principium aliorum, quo est unumquodque eorum. Dicitur etiam forma 'quasi foris manens' secundum nomen, et sic modus continentiae interiorum in terminatione linearum et superficierum dicitur forma, et haec forma est species qualitatis.

Ad hoc autem, quod DICITUR quod figura nihil addit supra quantitatem, dicendum quod falsum est; addit enim modum qualitatis, qui non est quantitas, qui est acutum vel rectum vel hebes in angulis vel rotundum vel planum, quae non sunt rationes tantum, sed sunt res. Unde etiam aliter et aliter immutant proprium sensum, tactum scilicet. Omnis autem immutatio sensus proprii est per qualitatem.

Ad hoc autem quod de mathematicis OBICITUR, dicendum quod figura non ratione figurae mathematica est, sed ratione quantitatis, cuius est qualitas et ab ipsa absolvi non potest. Vel potest dici, sicut DICTUM EST, quod figura est mathematica, secundum quod est quantitas terminata; secundum autem quod est terminatio quanti, sic est qualitas, et hoc modo non consideratur a mathematico.

Ad hoc autem, quod de sex principiis OBICITUR, dicendum quod, sicut DICTUM EST, asperum et lene et densum

CaO1P1BrShSiV1 pap 37 *Ca* f. 54ra

1 ideo] ita *Br* 1–2 exteriorum] extremarum *pap* 2 superior] superiore *pap* | est *om. V1* | et *om. pap* 3 aliam] illam *O1* | porrecta] porrecto *CaO1P1* | et] simul *add. pap* | sub *editor cum V1* super *CaO1P1BrShSi pap* | alia[2]] aliam *BrSh* est *add. pap* 4 dicunt] dicuntur *O1P1 pap* 5 dicunt] dicuntur *pap* | erit] est *pap* 7 alii quidam *inv. Sh* | qualitatis] qualitatum *pap* 8 valde *om. Si pap* 9 eius] eiusdem *pap* | quia] quod *Sh* 10 principalius] principaliter *Si* | dicuntur *editor cum Br pap* dicitur *CaO1P1ShSiV1* | qualitatis – qualis] qualitates et quales *pap* 11 concluditur] concludatur *CaO1P1SiV1 pap* 11–12 quod qualitates *om. O1* | qualitates et *om. SiV1 pap* 12 vel] et *Sh* 12–13 praedicta] praeterea inducta *Br* 14 dubitabilibus] dubitationibus *p* 14–15 quae sunt *om. Br* 17 possit] potest *Br* 20 cum] est *CaO1P1BrSiV1* | sit] sic *CaP1Si* 24 Adhuc] autem *add. pap* | ens] entis *Br* 27 quod] forma et figura *add. Br* | sint] sit *V1* sunt *pap* 30 contradicit] contradicitur *SiV1* ei quod dictum est *add. pap* | in[1] *lac. Br* | in[2] capitulo *om. pap* 31 vel] et *Sh* | dicens *Sh* dicunt *CaO1P1SiV1* dicitur enim ibi *Br* ubi dicitur *pap* 32 positiones] positionem *Sh* 32–33 positionem] positiones *pap* 34 Ulterius] etiam *add. Si* 37 est *suppl. editor cum O1* | est forma] format *Br* 38 sic *om. pa* 39 vere] vera *p* 40 hoc] haec *V1* | vere – est] est principium esse et substantiae verae *pap* 41 secundum] ad *add. pa* | quo] qua *Ca pa* 42 eorum] aliorum *pa* | etiam] enim *pap* 43 manens] manet *Ca* 44 interiorum *om. Br pap* 44–45 et – species *in marg. O1* 46–53 Ad – qualitatem *post* consideratur a mathematico *transp. p* 46 dicitur *editor cum Br p* dicit *CaO1P1ShSiV1 pa* | figura] forma *Br* 47 quantitatem] qualitatem *CaO1P1 corr. Ca[1]* | dicendum] est *add. Si* 48 qui[2]] non *add. pa* 50 sunt[2] *om. V1* 52 tactum] tactus *O1* | tactum scilicet] tactus *Br pap* 53 qualitatem] quantitatem *Br* 54 hoc autem] aliud *Br* | autem *om. Sh* | mathematicis] mathematica *p* 56 qualitas] qualis *Sh* 57 absolvi non] absolutio *Ca* solutio *O1P1* | non *om. Br* | Vel potest *om. (hom.) O1* 58–59 quantitas] qualitas *CaO1P1* 60 quanti] quantitatis *Br*

29 Supra p. 119 v. 70 – p. 120 v. 5. – 30–33 Ps.-Gilb. Porr., De sex princ. c. 6 n. 62 (Arist. Lat. I, 6–7 p. 49 v. 4–6). Alb., De sex princ. Ed. Colon. t. 1, 2 p. 57 v. 18 – p. 58 v. 32. Cf. Kilw., Super Praed. (ed. Conti p. 105 v. 24–26). – 34–35 Ulterius – accipiatur: Cf. Kilw., Super Praed. (ed. Conti p. 106 v. 9–10). – 36 Supra v. 16. – 42–43 Haec etymologia saepius ab Alberto allegatur et semel Platoni attribuitur. Cf. Alb., De sex princ. Ed. Colon. t. 1, 2 p. 3 v. 35–36: 'forma dicitur, ut Plato dicit, quasi foris manens' (ubi editor Platonis *Timaeum* (50 B–C) allegat) et H. Anzulewicz, 'De forma resultante in speculo', t. 2 p. 89 n. 172. Albertus hanc definitionem ex Alexandro Halensi hausisse videtur, cf. Alex. Hal., Glossa l. 1 d. 5 n. 15 (Ed. Quar. p. 86 v. 4): 'forma uno modo dicitur quasi foris manens, secundum quod est in quarto genere qualitatis'. Albertus hanc opinionem allegat in III Sent. d. 5 a. 7 (Ed. Paris. t. 28 p. 106a): 'quidam dixerunt, quod humana natura in Christo dicitur forma, quasi foris manens'. – 46 Supra v. 24. – 54 Supra v. 20. – 57 Supra p. 119 v. 1. – 62 – p. 121 v. 4 Supra v. 30. – 63 Supra p. 119 v. 57 – p. 120 v. 5.

et rarum positiones dicunt partium materiae interius et exterius, sed secundario dicunt qualitates, quia sic vel sic agunt in sensum, et hoc consideratur in libro SEX PRINCIPIORUM. Et ideo dicuntur qualitates, quia lene est quod suaviter immutat tactum, asperum autem, quod tactum immutat cum punctione; et densum est quod visu non penetratur, rarum autem, quod ubique est pervium. Et ideo in comparatione ad sensum ista dicuntur qualitates, sed tamen, quia positio causa est, quod sic vel sic sensus istis immutetur, ideo ista principaliter sunt positiones et secundario qualitates.

Ad hoc autem, quod QUAERITUR, penes quid istae species qualitatis accipiantur, dicendum quod numerus et ordo simul sic accipi possunt: aut enim accipitur penes formale principium substantiae, aut penes materiale, ex | quo omne accidens accipi habet penes modum substantiae, a quo causatur. Si autem accipitur penes principium formale, hoc non potest esse nisi duobus modis: aut enim accipitur penes modum, quo perficit forma materiam, aut penes modum, quo forma principium est agendi in composito, quod perfectum est. Si primo modo, forma non habet se ad materiam nisi ut dispositio vel habitus, et penes hunc modum est prima species accepta qualitatis. Si autem secundo modo, tunc a forma effluunt potentiae naturales, et sic est secunda species qualitatis accepta. Illae igitur potentiae aut accipiuntur in se aut secundum quod propria activa inferunt eis proprias passiones. Et primo modo est item secunda species, secundo autem modo tertia inducitur species qualitatis. Si vero ex parte materiae sumitur, quae semper est corporea, et necesse est quod sit secundum relationem ad formam, quae continet et terminat materiam, tunc inducitur quarta species, quae est *forma* aut *circa aliquid constans figura*. Et istae sunt quattuor species qualitatis, secundum quas aliquid ut frequentius quale dicitur, et a quibus proprie accipitur modus iste praedicamenti, qui est proprius qualitatis. Si qui autem alii modi qualitatis inveniuntur, facile reducuntur ad istos.

Sciendum etiam quod ANTIQUI hanc ultimam qualitatis speciem uno communi nomine vocaverunt 'compositionem', sed quia duos actus includit – unum ad intus, qui est formae, alterum ad extra, qui est figurae –, ideo convenientius duobus nominibus nominatur. Quare etiam genus melius dicitur quam species, iam in ANTEHABITO CAPITULO dictum est.

Quod autem QUIDAM has species accipiunt penes ea, quae sunt in nobis – in anima quidem per acquisitionem primam speciem, et secundum ea quae insunt per naturam secundam speciem, et in corpore quidem per motum tertiam speciem, vel per materiae terminum quartam speciem –, potest dicere qui vult, sed rationem perfectam non videtur habere.

Sed de hoc quaeri potest, quare secundum solam tertiam speciem qualitatis, quae est passio vel passibilis qualitas, sit alteratio physica, sicut dicit ARISTOTELES in VII PHYSICORUM, et non secundum aliam speciem qualitatis. Et hoc quidem quamvis pertineat ad physicum determinare et non ad logicum, tamen dici potest quod in habitu et dispositione alteratio esse non potest, quia dispositio et habitus sunt ad perfectionem secundum propriae naturae actum, quae est ratio vel rationis actus, et ideo attingens in hoc perfectum non est proprie alteratus physice, sed in esse connaturali et proprio perfectus. Fere eadem ratione non potest esse alteratio in specie secunda; potentiae enim naturales radicantur in forma substantiali, secundum quod ipsa in eo, quod perfectum est, convertitur | in principium agendi, et ideo consequuntur esse perfectum sicut id, quod est esse substantiale consequens, et cum perfectione ipsius esse fit perfectio in illis, propter quod etiam attingens esse perfectum naturalis potentiae perfectus est, et diminutus ab illo secundum esse corruptus vel in via corruptionis. In

CaO1P1BrShSiV1 pap 16 *Sh* f. 52rb 67 *Ca* f. 54rb

1 materiae] in materia *Si* 2 sed *sup. lin. Sh*[1] | quia] et *Si* 3 sex] sexto *Ca* 5 tactum *om. pap* | autem] ad *pa om. p* 6 tactum] sensum *Si om. pap* | et – est] densum autem *O1* 7 visu] visui *pa* 8 ista] ita *pap* 10 sensus] sensibus *P1SiV1* in *add. Br* | istis immutetur] istos immutent *pap* 11 et *om. p* 12 istae] ista *p* 16 omne] esse *CaO1P1 om. V1* | habet *om. Sh* 17 quo] qua *p* 21 perfectum] factum *Br* 23 vel] et *Sh* | hunc] primum *Si* 24 tunc] est *pap* 27 in] penes *Br* | aut *om. pa* | propria activa] obiecta propria *Br* 28 item] idem *O1P1SiV1* iterum *pap om. Br* 29 species] qualitatis *add. pap* 30 sumitur] sumatur *pap* 31 semper] per se *pap* | est[2] *om. Sh* 34 aut] vel *O1P1SiV1 pap* et *Br* 36 iste] istius *Br* 39 etiam *om. pap* 43 convenientius] convenientibus *p* | nominibus] modis *pap* 44 etiam – dicitur] melius genus nominatur *O1* 46 quidam has] quidem hac *V1* 47 quidem] quidam *pap* 48 speciem, et] et secundam speciem *Br* | insunt] sunt *O1Br* | per *ex* secundum *corr. Ca*[1] 48–49 per naturam] naturae per *pa* naturae *p* 49 secundam speciem *transp. Br* 50 terminum] terminationem *Br* 51 sed] illud *add. Br* 53 solam *om. O1* 54 qualitatis] solum *add. O1* | est *om. pap* 55 sit] fit *Si* | physica] praehabita *pap* 57 hoc] haec *pap* | physicum] philosophum *pap* 60 secundum *om. Si* 61 quae] qui *Br p* 62 ideo *om. O1* | in hoc] esse *Br p* ubi *pa* 63 connaturali] naturali *V1* 69 et – fit] cum perfectio ipsius sit *pap* | perfectione] perfectio *Br* | fit] sit *Br* 70 illis] illo *Br* 70–71 attingens – perfectum] agens esse perfectum sive attingens *O1* 72 corruptionis] est *add. Br*

3–4 Alb., De sex princ. Ed. Colon. t. 1, 2 p. 57 v. 1 – p. 58 v. 32. – 4–6 Et – punctione: Cf. Kilw., Super Praed. (ed. Conti p. 105 v. 27 – p. 106 v. 3). – 12 Supra p. 120 v. 34. – 39 Cf. Abaelard., Logica 'Ingredientibus' (ed. Geyer p. 236 v. 30–32): 'quartam maneriam qualitatum ingreditur, in qua quidem comprehendit omnes compositiones, quas appellat formas vel figuras'; supra p. 109 v. 9–12. – 45 Supra p. 118 v. 45–59. – 46–52 Quidam: Cf. Kilw., Super Praed. (ed. Conti p. 106 v. 9–17). – 55–56 Arist., Phys. l. 7 c. 2 (245 b 6 sq.). Alb., Phys. Ed. Colon. t. 4, 2 p. 528 v. 79 sq.

quarta autem specie motus esse non potest, quia circa quantitatem est et est qualitas, quae a quantitate non absolvitur, et sicut quantitati nihil est contrarium, ita nec illi speciei contrarium est aliquid. Et si obicitur de recto et curvo et aspero et leni et raro et denso, patet quod illae qualitates nec activae nec passivae sunt, nec absolvuntur a positione et situ, et ideo in talibus non potest esse motus alterationis, quia alteratio physica non est nisi inter contraria agentia et patientia ad invicem. Relinquitur ergo, ex quo alteratio est in qualitate, quod sit secundum tertiam speciem qualitatis, in qua sunt contraria sibi invicem inferentia passionem, quae activa et passiva sunt ad invicem. Et hoc est quod intendit Aristoteles in VII Physicorum, si quis bene dicta sua inspiciat.

Cap. 10. De quali, quod dicitur secundum qualitatem

Quia autem, ut dicit ALEXANDER, Aristoteles ipse istum tractatum intitulavit de quali et qualitate et nos iam determinavimus de speciebus qualitatis, secundum quam quales dicimur, restat nunc determinare de quali, quod denominative ab his speciebus dicitur qualitatis. Dicimus igitur quod *qualia* dicuntur, quae *secundum* qualitates dictas *dicuntur denominative* aut denominatione, qua simpliciter subiectum ab eis denominatur *vel quomodolibet* aliter *ab his* dicuntur informata. Difficile est enim eam, quae est ab accidente, denominationem simpliciter fieri; multis enim modis accidens inest ita, quod non denominat, ut si inest secundum partem, ut Aethiops est albus dentem, vel si inest ut nunc et non simpliciter, sicut rubeus ex verecundia nunc, non sequitur quod sit rubeus. Et aliquando etiam hoc est ex parte accidentis, quod ab ipso fieri denominatio non potest, quamvis simpliciter | insit et non secundum quid, ut in SEQUENTIBUS patebit. Et ideo [quod] *quale secundum* istas qualitatis species aut *dicitur* secundum denominationem aut *quomodolibet* aliter dicatur *ab* his, dum qualitas ut informans subiectum per concretionem significetur. Quale enim et qualitas idem praedicant, quamvis in modo differant; quale enim dicit qualitatem subiectum informantem, qualitas autem dicit qualitatem simplicem.

Et si quis obiciat quod quale dicit duo, subiectum scilicet et qualitatem, dicendum quod non dicit principaliter et formaliter nisi qualitatem, sed quia dicit qualitatem in concretione ad subiectum, ideo dicitur ex consequenti de subiecto facere significationem. Propter quod etiam quale cum qualitate ad idem pertinet praedicamentum.

In pluribus tamen qualitatibus *et paene* etiam *in omnibus qualia dicuntur denominative* a qualitatibus, *ut a candore candidus et a grammatica grammaticus et a iustitia iustus* dicitur denominative, et *similiter* est *in aliis* multis.

In aliquibus vero hoc *non contingit* secundum vocem, quamvis similiter sit secundum esse. Et huius causa est quod *qualitatibus nomina* talia *posita non sunt*, quae solo casu differentia secundum appellationem possunt inflecti et formari in nomina denominativa, sicut dicitur *cursor aut* sicut dicitur *pugillator*, non quidem dictus ab actu vel officio currendi vel pugillandi, sed ab illa qualitate, quae

10 a 27 – b 11 (Arist. Lat. 66,18–67,3): Qualitates itaque sunt quae praedictae sunt, qualia vero quae secundum haec denominative dicuntur vel quomodolibet ab his. In pluribus quidem et paene in omnibus denominative dicuntur ut a candore candidus et a grammatica grammaticus et a iustitia iustus; similiter autem et in aliis. In aliquibus vero, eo quod non sint posita qualitatibus nomina, non contingit ea quae dicuntur ab eis denominative dici, ut cursor aut pugillator qui secundum valetudinem naturalem dicitur a nulla qualitate denominative dicitur; non enim posita nomina sunt valetudinibus secundum quas isti quales dicuntur, sicut in disciplinis secundum quas vel pugillatores vel palaestrici secundum affectionem dicuntur (pugillatoria enim disciplina dicitur, quales vero ab his denominative hi qui afficiuntur dicuntur). Aliquando autem et posito nomine denominative non dicitur quod secundum eam quale dicitur, ut a virtute studiosus; virtutem enim habendo studiosus dicitur, sed non denominative a virtute; non autem in pluribus hoc tale est. Quae ergo dicuntur aut denominative a praedictis qualitatibus dicuntur aut aliquo modo aliter ab eis.

CaO1P1BrShSiV1 pap 34 *Sh* f. 52va

1 autem] etiam *pap* 2 et *om. pa* | et est *om. p* 3 et sicut] sed *pap* | ita] quod *add. pap* 3–4 ita – contrarium *om. (hom.) P1 corr. in marg. P1*[1] 5 patet *om. Sh* et *suppl. sup. lin. Sh*[1] 10–13 Relinquitur – invicem *om. (hom.) pap* 15 inspiciat] respiciat *Br* aspiciat *Si* 20 determinavimus] declaravimus *Br* 21 quam] quas *Sh* | restat] igitur *add. Br* 22 quod] et *CaO1P1* | dicitur *om. O1* 24 aut – qua] denominative autem quia *pap* | aut denominatione] denominatione autem *Br* 27 est *om. pap* 28 non] determinat nec *add. Br* 28–29 denominat] denominatur *pa* 29–30 albus] secundum *add. BrSi* 30 dentem] dentes *Br pap* | ut] et *V1* | sicut] ut *O1Si p* illud *pa* 31 rubeus] rebens *Ca in* rubens *corr. Ca*[1] rubens *P1* 31–32 rubeus] rubens *CaP1* rubius *O1* 32 Et] licet *pap* | hoc] ex haec *V1* | est] sit *p* 33 fieri] sumi *Sh* | fieri – potest] non sit denominatio *Br* 35 quod *del. editor cum p* 36 aut[1]] autem *Sh* | dicitur] dicatur *pap* | secundum] istam *add. pap* 37 quomodolibet] quolibet *CaO1P1Sh* | dum] dicitur *pap* 38 concretionem] compositionem *pa* | significetur] significans *p* 39 praedicant] praedicatur *pap* 41 simplicem] simpliciter *pap* 46 significationem] assignationem *O1* 47 etiam] est *pa* | pertinet] partium *pa* 49 et *om. pap* | etiam *om. Sh* 52 est *om. pap* 53 contingit] convenit *pap* 54 secundum] in *P1* | esse] rem *Sh* 56 possunt] possint *CaV1 pap* 57 formari] informari *pap* 58 dictus – actu] ab actu (*in marg. Sh*[1]) dictus *Sh* 59 illa *Sh* ipsa *CaO1P1BrSiV1 pap*

61 vel – dicuntur *Cs a om. ed.*

18 Immo: Boeth., In Cat. Arist. l. 3 (PL 64,239B); cf. infra p. 127 v. 48: 'sicut dicit Boethius ab Alexandro accipiens', cum nota. – 34–35 Infra v. 53 – p. 123 v. 60.

est naturalis potentia hoc faciendi. Haec enim qualitas nomine proprio non est designata ita, quod nomen *secundum valetudinem naturalem* ad haec exercenda significet propriam illam qualitatem. *Non sunt enim* talibus *valetudinibus*, quae qualitates sunt, *posita nomina, secundum quas quales dicuntur* et cursor et pugil sive pugillator, sed si sunt nomina, illa sunt disciplinarum nomina sive artium, cursoriae scilicet et pugillatoriae artis. Et haec non sunt nomina illius, vel illarum qualitatum, qua *dicuntur illi quales, qui affecti sunt* illa qualitate, quae est naturalis potentia ad ista facienda. A nomine autem artis vel disciplinae denominari non potest qui artis illius vel disciplinae est ignarus, sicut frequenter contingit quod habens naturalem potentiam ad aliquid artis illius ignarus est, quae docet operationem eandem, ad quam habet quis naturalem potentiam. *Pugillatoria dicitur disciplina* pugillandi, sed *quales* in hac qualitate dicuntur non qui sciunt de arte sive disciplina illa, sed *qui afficiuntur* per informationem qualitate, quae dicitur potentia naturalis ad pugnandum, sicut dicitur pugil vel cursor, qui forte nihil sciunt de arte sive disciplina illa, et ideo a disciplina non accipiunt denominationem, ut dicantur cursores vel pugiles.

Aliquando autem etiam posito nomine qualitatis *non* adhuc *quales* illa qualitate *dicuntur denominative* | ita, quod nomen qualis secundum figuram appellationis a nomine qualitatis derivetur; sicut patet in nomine, quod est virtus, a quo nomine, si denominatio fiat, non dicitur 'virtualis', sed secundum antiquos dicitur *studiosus* – nomine formato a genere virtutis, quod est studium vel, quod verius est, nomine formato a virtutis causa, quae est studium – et secundum posteriores dicitur virtuosus, quod nomen non simplicem dicit denominationem, sed cum denominatione notat plenitudinem. *Virtutem enim habens studiosus dicitur, sed non dicitur denominative* simplici denominatione *a virtute*, sed si a virtute dicatur, dicetur virtuosus, quod nomen plenitudinem significat et non facit simplicem denominationem. Huius autem causa est, quia in virtutibus et vitiis politicis nos domini et causa sumus operum, quibus efficiuntur virtutes, et quia virtutes per studium fiunt in nobis, quod studium, ut dicit Tullius, est vehemens applicatio animi ad aliquid discendum vel faciendum, ideo antiqui nomina imponentes virtuosos intellectuali virtute vel morali vel heroica dixerunt studiosos nomine communi. Virtuosi autem dicuntur non ita convenienter, quia virtus nominat ultimum in bono, ut dicit Aristoteles, et hoc non est ita generale ut primum. Consignificata autem plenitudo adiungitur in talibus propter hoc, quod dicit Aristoteles quod nec intellectualis virtus, quae est prudentia, potest esse sine moralibus nec morales possunt esse sine prudentia, quia moralis contingit finem, prudentia autem eligit ea et docet, per quae et qualiter ad finem devenitur, et ideo in quocumque est virtus, quandam plenitudinem virtutis esse oportet. Propter quod ista denominativa conveniens fuit nomine plenitudinem connotante formari. Et sic dicitur studiosus, non studialis, et virtuosus, non virtualis. *In pluribus autem* denominativis *non est* sic, sed denominativa eorum a nominibus formantur qualitatum, quae insunt ipsis.

Concluditur igitur generaliter quod *quaecumque dicuntur* qualia, *aut dicuntur denominative a praedictis* quattuor speciebus *qualitatis aut aliquo modo*, sicut dictum est, dicuntur *aliter ab illis* qualitatibus, quae dictae sunt.

CaO1P1BrShSiV1 pap 25 *Ca* f. 54va

2 non est *post* qualitas *transp. Sh* 5 qualitates] qualitas *p* | sunt] sint *Sh* 6–7 si sunt *om. p* 7 sunt[1] *om. pa* 7–8 sive – scilicet] sicut cursoriae *p* | artium *Sh* a casu *CaO1P1SiV1 pa* ab actu *Br om. p* 8 cursoriae scilicet] cursore .s. *Ca* cursores *O1P1Si pa* cursore *Br* cursori *V1* | pugillatoriae] pugillatore *CaO1P1 (sed corr. P1[1])* pugillatores *pa* 9 illius] illis *Sh* | vel *om. Sh* | illarum] qualitatis vel *add. O1* | qua] vel quibus *add. p* 12–13 denominari – disciplinae *om. (hom.) O1P1SiV1* 12 denominari non] denominativum *Ca* | non *om. Br pap* 13 ignarus] imbutus *Br* | contingit] convenit *pa* 15 quae] vero *add. Br* 16 Pugillatoria] autem *add. pa* enim *add. p* 17 qui] quia *O1* 18 sciunt] sunt *pap* | de – illa] hanc disciplinam *Sh* 18–21 sed – illa *om. (hom.) CaO1P1BrSiV1* 21 sciunt *Sh* scivit *pap* | disciplina *editor cum pap* dispositione *Sh* 21–22 a disciplina] de arte illa *Br* 22 dicantur *Br Sh p* dicunt *Ca* dicuntur *O1P1SiV1 pa* 24 Aliquando] alii *pap* 25 qualitate] non *add. pa* 27 derivetur] determinetur *pap* 28 virtualis] virtuosus *pap* 29 antiquos *Sh* aliquos *CaO1P1BrSiV1* alios *pap* 30–31 verius est] ubi vis est a *O1* 31 est[1]] a *add. V1 pa* 32–33 quod nomen] quamvis *pap* 33 simplicem dicit *inv. Sh* | dicit] dicat *pap* 34 notat] vocat *pa* 35–36 simplici denominatione *in marg. P1[1]* 39 domini et *om. Br* | et[2]] in *CaP1 add. O1* 40 operum] operationum *Br* | et *om. pap* 41 in] a *Br* 42–43 discendum] discendit *Ca* dicendum *BrSi* 43–44 imponentes] imponentis *Ca* 44 virtuosos] virtuosus *CaO1P1* | intellectuali] integrali *et sic saepe Si* 50 intellectualis] integralis *Si* 51 moralibus] moribus *pa* | morales possunt *inv. Sh* 52 moralis contingit] morales contingunt *O1* 53 eligit] erigit *CaO1P1* 54 devenitur] devenit *pa* 55 oportet] et plenitudinem *add. CaP1* per plenitudinem *add. Sh* 55–56 ista denominativa] illam denominationem *p* | denominativa] denominatio *Br* 57 sic *om. pap* | studiosus] et *add. pap* | studialis] studualis *CaO1P1BrV1* 58 virtuosus] et *add. pap* 61 igitur] ergo *Sh*

29–34 Antiqui, sc. Aristoteles in Categoriis et in Ethica Nicomachea secundum interpretationem Latinam; auctores posteriores praeferunt terminum 'virtuosus'. – 42 Cic., De inventione l. 1 c. 25 par. 36: 'studium est autem animi assidua et vehementer ad aliquam rem applicata (…) occupatio'. Cf. Alb., De homine. Ed. Colon. t. 27, 2 p. 460 v. 17–18 cum nota; Super Ethica. Ed. Colon. t. 14, 1 p. 116 v. 19–20, p. 296 v. 50–51, p. 303 v. 21–23, p. 371 v. 37–39, t. 14, 2 p. 541 v. 47–48. – 47 Arist., Eth. Nic. l. 2 c. 6 (1107 a 6–8); De caelo et mundo l. 1 c. 11 (281 a 11–12). Alb., Ethica l. 1 tr. 1 c. 3 (Ed. Paris. t. 7 p. 7a): 'dicit Aristoteles quod virtus etiam moralis in passionibus quidem est medium, sed in bono est extremum. Et ibidem adaptat ei diffinitionem quam in secundo Caeli et Mundi dedit, scilicet quod virtus est extremum potentiae in re'. Cf. Kilw., Super Praed. (ed. Conti p. 112 v. 1–3): 'dicendum quod virtus secundum substantiam est medietas duarum malitiarum, et sic neutri extremorum contrariatur; secundum tamen quod est perfectum et bonum est extremitas, et sic contrariatur'. – 49–50 Arist., Eth. Nic. l. 6 c. 13 (1144 b 20–1145 a 6).

Cap. 11. De proprio qualitatis quod est suscipere contrarium

Postquam autem iam de quali et qualitate secundum diffinitionem et divisionem in species determinatum est, consequenter de quali et qualitate secundum suas consequentes proprietates et passiones est determinandum. Et primo de proprio, quod nec soli nec omni convenit, quod est inesse qualitati contrarietatem. Dicamus igitur quod *inest* | qualitati et quali *contrarietas, secundum quod est quale, sicut iustitia iniustitiae est contraria et albedo nigredini.* Quamvis iniustitia privationis habeat nomen, tamen haec privatio in contrario fundatur habitu, cuius nomen proprium non est positum, et sicut iustitia contraria est iniustitiae, ita *et* ipsa, *quae secundum* qualitates has *qualia dicuntur*, sunt contraria, *sicut iniustum* contrariatur *iusto et album nigro*. Patet igitur quod in prima et tertia specie qualitatis est contrarietas. *Non est autem hoc* proprium *in omnibus* qualitatibus primae et tertiae speciei, secundum quod contrarietas distantia et oppositio completa est eorum, quae sunt in eodem genere. *Rubeo enim* vel *pallido aut huiusmodi coloribus* mediis *nihil est contrarium*, cum tamen sint qualitates et in genere qualitatis.

Si autem OBICITUR quod iustitia et iniustitia non sunt contraria, quia motus alterationis est inter contraria, in prima autem specie, ut iam ANTEHABITUM EST, non est alteratio, dicemus ad hoc quod alteratio physica non est in prima specie qualitatis, alteratio autem large dicta est in prima specie, secundum quod alteratio est, quando subiecto eodem manente mutatio fit in suis passionibus vel qualitatibus. Sic enim, quando de iusto fit iniustus, alteratio facta est. Non enim sufficit ad alterationem physicam quod sit inter contraria, sed cum hoc exigitur quod contraria sint ad invicem activa et passiva secundum actionem et passionem a substantia abiciente et subiecto continue a contrario in contrarium transmutante.

Ad hoc autem quod DIXIMUS coloribus mediis nihil esse contrarium, cum tamen in V PHYSICORUM dicatur quod medium comparatum extremo est contrarium, et cum in ETHICIS dicatur quod medium utrique extremorum contrarium est, non debet aliquis mirari, quia hic accipimus quod secundum maximam distantiam contrarium est. Hoc autem est simplex nihil de contrario habens admixtum, et secundum hunc modum medium nec opponitur medio nec extremo. In Physicis autem contraria accipienda secundum | potentiam et actum, inter quae est motus, et ideo ibi contrarium est id, quod aliquid participat contrarii et est potentia ad alterum; secundum hoc enim movetur ad ipsum ut ad contrarium. Quod autem in ETHICIS dicitur quod medium utrique extremorum contrarium est, ideo dictum est, quia, quamvis virtus sit medium quantum ad actum et circumstantias, tamen secundum bonum et rationem boni est extremum, et sic ambobus extremis opponitur ut extremum, quia sic ambo extrema sunt in genere mali.

Amplius generaliter verum est quod, *si ex contrariis unum fuerit quale, et reliquum* illi contrarium *erit quale*, cum contraria sint opposita in eodem genere. *Hoc* autem *palam est* et manifestum *proponenti* sive inducenti alia contraria ab his quae dicta sunt, in *singulis* generibus contraria suscipientibus. Semper enim contraria in eodem sunt genere. Nam *si iustitia contraria est iniustitiae, et iustitia est quale* quoddam sive qualitas, sequitur quod etiam *iniustitia est quale* et qualitas quaedam. *Nulli* enim *aliorum*

10 b 12–25 (Arist. Lat. 67,4–14): Inest autem et contrarietas secundum quod quale est, ut iustitia iniustitiae contraria est et albedo nigredini et alia; similiter autem et ea quae secundum eas qualia dicuntur, ut iniustum iusto et album nigro. Non autem in omnibus hoc est; rubeo enim aut pallido aut huiusmodi coloribus nihil est contrarium qualitatibus existentibus. Amplius, si ex contrariis unum fuerit quale, et reliquum erit quale. Hoc palam est proponenti ex singulis alia praedicamenta, si est iustitia iniustitiae contrarium, quale autem est iustitia, quale igitur et iniustitia; nullum enim aliorum praedicamentorum aptabitur iniustitiae, neque quantitas neque ad aliquid neque ubi nec omnino aliud quicquam, nisi quale; sic autem et in aliis quae secundum quale sunt.

CaO1P1BrShSiV1 pap 9 *Sh* f. 52vb 45 *Ca* f. 54vb

2 contrarium] contrari *Sh* 5 secundum *sup. lin. Sh*[1] 8 inesse] esse *pap* | Dicamus] dicimus *pap* 9 contrarietas] contrarium *Si* 13 non *om. O1* | est[1] *om. V1* | sicut] sic *p* 14 et] quod *BrShSi* | quae *om. CaO1P1Sh* | secundum] etiam *V1* 16 in] ex *CaO1P1BrSiV1 pa* | et] in *add. Sh* 23 obicitur] dicitur *Sh* | sunt] sint *CaO1P1BrSi* 24 est *om. CaO1P1Sh* | est inter] sunt *V1* sunt sunt *Si* 27–28 est – est] secundum quod alteratio dicta est in prima specie *Si* 28 secundum] scilicet *V1* | est *om. CaO1P1ShSi pa* 29 fit] sit *CaO1* 31 facta est] fit *O1* | ad *om. O1* 33–34 secundum actionem *om. Si* 34 abiciente *in lac. Ca*[1] abicientem *p* 34–35 subiecto] subiectum *pap* 35 a – contrarium] contraria in contraria *Si* | contrario] contraria *CaO1P1* | transmutante] transmutantem *p* 36 diximus] de *add. Br pap add. et exp. Sh* 37–38 cum – contrarium] eis *Br om. (hom.) CaO1P1SiV1* 39 cum] tamen *Br* | dicatur] dicitur *Br* 40 mirari] instari *pa* instare *p* | hic] hoc *pa* contrarium *add. p* 43 admixtum] mixtum *O1* 45 accipienda] sunt *add. pap* 46 inter quae] ubi *pap* | ibi – id] illud est contrarium *Br* 47 est] in *Br* 48 ad[1] – ut] vel *V1* 50 quia] quod *O1BrSi pap* 51 sit medium *inv. Sh* 53 ambobus] ab omnibus *pa* 54 sic] sicut *CaO1P1Si om. Br* 56 erit] est *pap* 57 opposita *om. pap* 62–63 sive – quaedam *om. Br* 63 qualitas] est *add. Si pap* | enim *sup. lin. Sh*[1]

64 iustitia iniustitiae *Fn a* iustitiae iniustitia *ed.* 66 enim *Ch a om. ed.* 68 enim *ChVa a* igitur *ed.*

19–20 Cf. Arist., Cat. c. 6 (6 a 17–18) et supra p. 74 v. 51–54. – 23–24 Obicitur: Cf. Kilw., Super Praed. (ed. Conti p. 112 v. 4–5). – 25 Supra p. 121 v. 53–64. – 36 Supra v. 21. – 37 Arist., Phys. l. 5 c. 1 (224 b 31–35); transl. vetus: Arist. Lat. VII, 1 p. 194 v. 8–12. – 39 Arist., Eth. Nic. l. 2 c. 6 (1107 a 2–27). – 49 Vide supra v. 39.

praedicamentorum sicut generi *aptari* potest *iniustitia* ut species vel individuum nisi ei, cui et iustitia aptatur ut species vel individuum. Iniustitia enim *neque* est *quantitas neque ad aliquid neque ubi neque omnino* sive universaliter *aliud quicquam* de numero praedicamentorum *nisi quale* et qualitas, et illud idem secundum genus praedicamenti est etiam iustitia. Et *sic* est *in* omnibus *aliis* contrariis, *quae sunt secundum quale* vel qualitatem.

Ex hoc autem forte videbitur alicui quod prima contraria sint in qualitate. Et contra hoc videtur esse quod prima contraria videntur esse rarum et densum; haec enim videntur praecedere calidum et frigidum et inducere ipsa, quia rarum efficitur calidum et spissum efficitur frigidum. Sed ad hoc dicendum quod in veritate prima contraria, quae vere secundum actionem et passionem sunt contraria, sunt in qualitate et non in positione, quia contrariorum est mutuo se expellere ab eodem susceptibili. Expulsio autem haec fieri non potest nisi per actionem et passionem, et ideo ea, quae vere sunt contraria, sunt activa et passiva ad invicem, et haec prima contraria sunt calidum et frigidum, et subiecta eorum passiva sunt humidum et siccum, quorum utrumque respicit utrumque illorum ut subiectum; humidum enim est subiectum calidi et est subiectum frigidi, et siccum est subiectum calidi et est subiectum frigidi in materia elementali. Calidum etiam effectivum est rari et frigidum est effectivum spissi. Et sic prima simpliciter contrarietas est in qualitate, prima autem in dispositione materiae est in positione, quae non absolvitur a qualitate, quae est rarum et densum.

Si autem QUIS dicat quod leve et grave sint prima contraria, eo quod motus localis sursum et deorsum sunt ad formam – leve autem movetur sursum, grave autem deorsum –, hoc omnino nihil est, et est in PHYSICIS determinatum quod motus sursum non causatur a levitate nec motus | deorsum a gravitate, sed potius a generante vel removente prohibens, et ideo prius aliquo modo habet formam generantis, antequam habeat motum, qui est consequens formam generantis. Et ideo leve et grave non sunt prima contraria moventia, sed potius leve causatur in materia per rarum et grave causatur in materia per densum. Et sic adhuc remanet quod calidum et frigidum, quae sunt in tertia specie qualitatis, sunt prima contraria.

Si QUIS vero adhuc obiciat contra haec et dicat quod, si simplex calidum et simplex frigidum, quorum neutrum de suo contrario habet aliquid admixtum, sunt contraria prima, tunc sequitur quod nata sunt fieri circa subiectum unum et idem. Non autem simplex calidum et simplex frigidum nata sunt fieri circa idem. Nullum enim elementum est quod manens in substantia eiusdem elementi haec vicissim natum sit suscipere. Ergo ista non sunt contraria prima. Ignis enim habet non admixtam caliditatem et non potest habere frigiditatem, aqua autem habet non admixtam frigiditatem et non potest habere caliditatem. Ad hoc dicendum quod secundum quod caliditas et frigiditas sunt qualitates primae, sic opponuntur circa materiam primam elementorum et circa illam nata sunt fieri; secundum autem quod sunt in generatis primis, quae sunt elementa, sic sunt potentiae naturales consequentes esse elementorum, et ideo elementis manentibus non deserunt substantias elementorum, et hoc modo sunt circa idem nata fieri et mutuo se invicem expellentia ab eodem.

Ex hoc autem quod in qualitate est contrarietas prima, intelligitur quod contrarietas in omnibus aliis generibus, in quibus est, non est nisi ratione qualitatis. Primum enim est causa omnium aliorum in quolibet genere, in quo est primum. Unde etiam in quantitate ratione motus augmenti et decrementi non est contrarietas nisi secundum qualitatem, sicut in tractatu DE QUANTITATE dictum est. Et si contraria sunt in ubi vel in situ, oportet quod sint in eis, secundum quod non absolvuntur a qualitate. De his | tamen disputare pertinet ad physicum

CaO1P1BrShSiV1 pap 36 *Sh* f. 53ra 74 *Ca* f. 55ra

2–3 nisi – individuum *om. (hom.) pap* 3 Iniustitia] iustitia *Si pap* 5 aliud] aliquid *V1* | aliud quicquam] ad quodcumque *Si* aliquid *pap* 6 secundum *om. Br* 8 vel] secundum *add. pap* 10 videtur esse *inv. Sh* 11 haec] hoc *pa* 15 quae *om. SiV1 pap* 16 sunt^2 *om. CaO1P1SiV1 pap* 21–22 eorum] horum *Sh* 23 utrumque] contrarium *O1* 24–25 et^2 – frigidi *om. (hom.) Br* 25 materia] materialis *P1* 25–26 elementali] tali vel tali *Br* 26 etiam *om. pap* 27–28 contrarietas est *inv. Sh* 28 in^2 *om. pa* | in^2 dispositione] dispositio *p* 29 quae^1] et *Br* 31 sint] sicut *Ca* sicut *add. SiV1* 32 localis] est *add. sup. lin. Br* 33 sunt] sicut *Br* 37 vel *om. O1* | ideo *om. Br* 39 qui] quae *p* 40–42 prima – materia *in marg. superiore Sh*^{1} 41 leve *om. Si* | et grave] grave autem *O1* 43 quod *sup. lin. Sh*^{1} 44 prima *om. pap* 45 contra – dicat] et dicat contra hoc *pap* 46 simplex^1] simpliciter *pap* | simplex^2] simpliciter *pap* 46–47 neutrum] utrumque *CaO1P1BrSi* 47 contrario] non *add. Br* 49 simplex] simpliciter *P1V1 pap* 50 simplex] simpliciter *SiV1 pap* | sunt *om. Sh* 51 manens in] movens de *CaO1P1SiV1* monens de *Br* 52 haec] hoc *pap* | vicissim *Sh lac. Ca* contraria *O1P1BrSiV1 om. pap* 53 habet non *inv. Sh* | non^2 *om. P1* 54–56 admixtam – potest] ei admixtam frigiditatem et non potest non *Br* 55–56 aqua – habere *om. pap* 55 habet non *inv. ShSi corr. Sh*^{1} 56 dicendum] autem *Sh* dicendum *sup. lin. Sh*^{2} 60 quae] aut *(dub. Ca)P1V1 om. O1* 62 elementis] substantiis *Br* 63 et] primo *add. in marg. Sh*^{2} | sunt *post* nata *transp. Si om. CaO1P1BrV1* | nata] natam *Ca* 63–64 nata fieri] non fieri possunt *Br* 64 mutuo – invicem] se mutuo *Br* | expellentia] expellere *Sh* 67 nisi] in *add. pap* 68 enim] vero *pap om. Si* | causa] contra *dub. Sh* 70 nisi] non *pa* 74 tamen disputare] autem disputatio *pap* 74 – p. 126 v. 1 physicum – metaphysicum] metaphisicum vel ad phisicum *Sh*

10–11 Et – densum: Cf. Kilw., Super Praed. (ed. Conti p. 111 v. 13–16). – 31 Cf. Kilw., Super Praed. (ed. Conti p. 111 v. 18–19): 'erit prior ordinatio ad locum quam ad formam; et quia grave et leve ordinantur ad locum, erunt haec priora quam calidum, frigidum, etc.'. – 34–35 Arist., Phys. l. 8 c. 4 (255 b 14–256 a 3). – 45 Cf. Kilw., Super Praed. (ed. Conti p. 110 v. 20–26). – 71 Supra p. 74 v. 21–32.

vel metaphysicum et non ad logicum. Logicus enim non considerat contraria, nisi secundum quod sunt in eodem genere maxime distantia, et non considerat ea, secundum quod prima et non prima.

Cap. 12. De secundo proprio qualitatis, quod est suscipere magis et minus

Suscipit autem qualitas magis et minus, et haec est secunda proprietas ex ea, quae praecessit, causata. Quod autem quale magis et minus suscipiat, patet inductione. *Album enim magis et minus alterum altero dicitur* secundum albedinis intensionem et remissionem, *et* similiter *iustum magis et minus alterum altero* dicitur secundum iustitiae intensionem et remissionem. Hoc autem non tantum est in ipsis, quae qualia sunt sicut alba et iusta, *sed etiam ipsa*, quae sunt qualitates, a quibus talia dicuntur qualia, *suscipiunt* in seipsis, sicut quidam dicunt, *crementa* et diminutiones in seipsis. Et dicit Boethius quod haec fuit sententia Platonis. Hoc autem declarant exemplo, *cum*, sicut dicunt, *candidum*, quod est candor, *sit* candidum, *contingit*, ut dicunt, illum candorem magis *fieri* et intendi per maiorem, ut dicit Nicolaus Peripateticus, luminis admixtionem.

Quamvis autem hoc sit quoddam qualitatis proprium, *non tamen* convenit omni qualitati, *sed plura* sunt, quae suscipiunt magis et minus, et non *omnia*, quae sunt qualitates. *Iustitia* enim cum sit qualitas, *si dicatur*, secundum quod in abstracto significat, suscipere *magis et minus, potest quilibet ambigere*, utrum verum sit an falsum, quod dicitur. *Similiter* autem est etiam *in aliis* qualitatibus, quae afficiunt per inhaerentiam subiecta, in quibus sunt, quando per modum abstractionis significantur ut iustitia, albedo, sanitas et huiusmodi. *Quidam namque dubitant de talibus*, utrum magis et minus suscipiant; quidam enim *iustitiam a iustitia* et albedinem ab albedine *aiunt non multum dici* secundum *magis et minus* ita, quod una iustitia sit magis iustitia quam alia vel una albedo magis albedo quam alia, *nec* dicunt unam *sanitatem ab* alia *sanitate* dici secundum magis et minus. Et causa huius dicti est quod nomen uniuscuiusque abstractorum imponitur in termino et ideo non potest intendi et remitti. Et isti aiunt sive dicunt quod intensio et remissio secundum magis et minus accidit qualitatibus, secundum quod sunt in subiecto recipiente ipsas qualitates. Dicunt *alterum altero* magis et *minus habere sanitatem et iustitiam alterum altero* magis et *minus habere*, secundum quod unum altero dicimus saniorem et iustiorem. *Sic autem* etiam dicunt *et grammaticam* et alias qualitates, quae subiecta, in quibus sunt, afficiunt, et ideo *affectus* generaliter dicuntur secundum magis et minus inesse. *Sed tamen*, quamvis antiqui diversa circa ista sentiant, tamen hoc *indubitanter* verum est quod subiecta, *quae secundum illos affectus* qualitatum *dicuntur* qualia, illa procul dubio secundum quasdam qualitates *recipiunt magis et minus* et in prima et in tertia specie qualitatis. Hoc enim modo unus *altero dicitur grammaticior*, qui magis habet grammaticam, et sic unus altero dicitur

10 b 26 – 11 a 15 (Arist. Lat. 67, 15–68, 9): Suscipit autem qualitas magis et minus; album enim magis et minus alterum altero dicitur, et iustum alterum altero magis et minus. Sed et ipsa crementum suscipiunt (cum candidum namque sit, contigit candidius fieri); non tamen omnia, sed plura; iustitia namque a iustitia si dicatur magis et minus potest quilibet ambigere; similiter et in aliis affectibus. Quidam enim dubitant de talibus; iustitiam namque a iustitia non multum aiunt magis et minus dici, nec sanitatem a sanitate; minus autem habere alterum altero sanitatem aiunt, et iustitiam minus alterum altero habere, sic autem et grammaticam et alios affectus. Sed tamen ea quae secundum eos affectus dicuntur indubitanter recipiunt magis et minus; grammaticior enim alter altero dicitur et iustior et sanior, sic et in aliis. Triangulus vero et quadrangulus non videtur magis et minus suscipere, nec aliquid aliarum figurarum; quaecumque enim definitionem trianguli recipiunt et circuli omnia similiter trianguli vel circuli sunt, eorum vero quae non recipiunt nihil magis alterum altero dicitur; nihil enim quadratum magis quam parte altera longior forma circulus est; nullum enim recipit circuli rationem. Simpliciter autem, si utraque non recipiunt huius propositi rationem, non dicetur alterum altero magis. Non ergo omnia qualia recipiunt magis et minus. Horum itaque quae praedicta sunt nihil est proprium qualitatis.

CaO1P1BrShSiV1 pap

3 non *om. P1* 4 et] vel *CaSh* 5 qualitatis *om. Sh p corr. in marg. Sh*[1] 6 suscipere] recipere *Si* 9 inductione] per inductionem *Sh* 11–13 et[2] – remissionem *om. (hom.) V1* 13–14 ipsis *editor cum pap* ipsa *CaO1P1ShSiV1* 14 iusta] nigra *Br* | sed] haec *pa* 16 quidam dicunt] qui ducunt *Si* quae dicuntur *pap* | crementa] incrementa *Sh* 17 in seipsis *om. V1* 18 declarant] declaratur *pap* 19 quod – candidum *om. (hom.) Br* | sit] sic *CaP1Si pa* sicut *V1* 20 fieri et] vel *Si om. pap* 21 luminis] contrarii *add. pap* 22 admixtionem] admixtum *Sh* admixtionem *in marg. Sh*[2] fieri *add. Br* 26 qualitates *editor cum Br pap* qualitatis *cet. codd.* 27 abstracto] abstracta *V1* | significat] significatur *p* 29 est *om. Sh* 32 namque] autem *O1Sh* 34 albedine] et *add. V1* 34–35 non multum] tamen multi *pa* 35 secundum] sed *CaP1Si* 38 huius dicti *editor* est *cum ras. Ca om. Sh* etiam dicti *cet. codd., edd.* 39 imponitur] ponitur *O1* 40 ideo *om. pap* | Et[3] *om. BrV1 pap* | isti] illi *Sh* | aiunt] autem *O1P1V1* 40–41 aiunt sive] autem sic *Br* autem *Si pap* 43 qualitates *om. Sh* | Dicunt] enim *add. pap* et *praem. BrSiV1* | alterum] ab *add. V1* 44–45 alterum – habere *om. Br pap* | magis – minus *inv. Sh* 46 iustiorem] esse *add. Si* | autem *om. Si pap* | etiam *om. O1* 49 Sed] licet *pap* | quamvis *om. pap* 54 altero] alio *pap* 55 altero *om. pap* | dicitur] et *add. Sh*

56 qualitas *Va* et *add. ed.* 57 contigit *Va a* amplius contingit *ed.* 62 et[4] minus *VaFm* minusve *ed.* 64 nullum *Cs a* nullam *ed.*

2–3 Cf. supra p. 124 v. 19–20. – 17–18 Boeth., In Cat. Arist. l. 3 (PL 64, 257B): 'proprium namque esse materiae corporumque intentione crescere et minui relaxatione, quae quorundam Platonicorum sententia fuit'. – 21 Nicolaus Peripat., Quaestiones (ed. Wielgus p. 140 v. 1–7). Cf. Kilw., Super Praed. (ed. Conti p. 113 v. 6–7): 'Et Nicolaus vult hoc plane in suis quaestionibus, quod una albedo magis habet de essentia lucis quam alia'.

iustior et sanior, et sic est *in* multis *aliis* primae et tertiae speciei qualibus.

Sed non est hoc in quarta specie qualitatis. Triangulus enim et quadrangulus, secundum quod denominative dicta sunt a triangulatione et quadrangulatione – | sic enim dicuntur qualia et non qualitates –, et sic dicta *non videntur magis et minus suscipere triangulus et quadrangulus nec aliquid* denominatum ab *aliis figuris* ut circulus vel pentagonum vel hexagonum; haec enim non dicuntur secundum praedicationem, nisi de illis quae diffinitionem eorum recipiunt. Haec autem omnia sunt ut in termino. Unde omnia, de quibus praedicatur circulus nomine et ratione, aequaliter et non secundum magis et minus sunt et dicuntur circulus. Ea autem, *quae* sunt de numero illorum, quae circuli nomen et rationem secundum praedicationem *non recipiunt*, illa simpliciter non sunt circulus et non secundum magis et minus, sed aequaliter circulus negatur de ipsis. Hoc autem patet per exempla. Quadratum enim et quadrangulum circuli praedicationem secundum nomen et rationem non recipiunt, sed ab utrisque negatur circulus, et ideo *quadratum* non *magis* et minus est *circulus* quam quadrangulum. Est enim quadratum figura quattuor rectis lineis aequalibus et quattuor rectis angulis conclusa. Et quadrangulum est figura quattuor rectis lineis, quarum duae oppositae sunt aequales sibi invicem et aliis non oppositis inaequales, et quattuor rectis angulis contenta. Et neutra istarum *suscipit circuli rationem*, quia 'circulus est figura plana una linea contenta, in cuius medio punctus est, qui vocatur centrum, a quo omnes lineae ductae ad circumferentiam sunt aequales'. Et haec ratio | nec quadrato convenit nec quadrangulo, quod altera parte longius est. Et ideo aequaliter et non secundum magis et minus quadratum et quadrangulum non sunt circulus. *Nullum enim* talium figurarum *circuli recipit* diffinitivam *rationem. Simpliciter autem* loquendo sive universaliter, *si utraque* ista nullo modo *recipiunt huius*, quod *propositum* ⟨est⟩, hoc est circuli *rationem* secundum aliquem modum, tunc sequitur quod *alterum* istorum *non dicitur* secundum magis et minus esse vel non esse circulus, quia quod secundum magis et minus esse vel non esse dicitur, aliquo modo participat nomen et rationem eius, quod participat, secundum magis et minus.

Concluditur igitur quod *non omnia qualia recipiunt magis et minus*. Amborum *itaque, quae praedicta* sunt, propriorum *nihil est* proprie *proprium qualitatis*. Neutrum enim illorum convenit omni et soli et semper.

Est autem attendendum quod, sicut dicit BOETHIUS ab ALEXANDRO accipiens in COMMENTO LIBRI PRAEDICAMENTORUM, circa hoc fuerunt tres sectae antiquorum. PLATO enim, qui ponebat formas, dixit intensionem et remissionem fieri in qualitatibus maxime primae speciei sicut circa habitus et dispositiones – quae dona dixit esse deorum, sicut expresse legitur in libro, qui MENONIS inscribitur – per immissionem boni divini plus et plus, sicut albedo plus et plus est albedo, cui immittitur plus et plus de claritate luminis, et sic dixit intendi omnes virtutes. Alii autem quidam EPICUREI dixerunt per incrementa partium subiecti fieri intensionem, ut albedo vel iustitia fit plus et minus, quae plus et minus occupat et informat de partibus subiecti. Media autem ARISTOTELIS et PERIPATETICORUM opinio est quod intensio fiat circa qualitatem secundum inhaerentiam. Qualitas inhaeret subiecto dupliciter, ex parte scilicet subiecti et ex parte qualitatis: ex parte subiecti quidem ex hoc, quod plus et minus subiectum aptatur qualitati recipiendae;

CaO1P1BrShSiV1 pap 5 *Sh* f. 53rb 31 *Ca* f. 55rb

2 qualibus] qualitatibus *O1 pap* qualitatis *Br* 3–4 Triangulus] triangulum *O1* 4 quadrangulus] quadrangulum aliquid denominatum ab aliis figuris *O1* 5 dicta] dicti *Br* 6 enim *om. Br pap* | dicuntur] dicunt *P1BrSh* | qualia] et non qualia *add. V1* 8 nec] vel *Sh* | aliquid] aliquod *pap* 11 autem] enim *O1* | ut *om. pap* 13 ratione] qualitatis *add. O1 pap* | aequaliter *om. O1* 15 illorum] eorum *O1 pap* 15–16 secundum praedicationem *om. pap* 16 simpliciter] in quantum *pap* 18 de] in *pap* 20 praedicationem] potentiam *Br* | praedicationem secundum *om. pap* 22 et] vel *Sh* | minus] non *add. CaP1Sh* | quadrangulum] quadrangulus *pap* 23 rectis *om. O1P1Br pap* 24–25 quadrangulum] quadrangulus *pap* 26 et *om. pap* 28 rationem] praedicationem vel *praem. Si* nomen *pap* 30 ductae *BrSh* directae *CaO1P1SiV1* rectae ductae *pap* 32 quod] ab *Si* 33 non *sup. lin. Ca* 34 et] vel *Br* | non – circulus] sunt circuli *Br* 35 Nullum] nulla *pap* 37 ista] istarum *O1* | nullo modo] non *Sh* | huius] huiusmodi *CaO1P1SiV1 pap* | quod *Sh pap om. CaO1P1BrSiV1* | propositum] propositi *Br* 38 est[1] *suppl. editor cum pap* 40 vel – esse *om. (hom.) pap* | quia *om. O1* 41 esse[2] *sup. lin. O1* non *add. p* 44–45 Concluditur – minus *om. (hom.) Br* 44 igitur *om. O1P1SiV1* | recipiunt] suscipiunt *pap* 45 Amborum – propriorum] horum itaque praedictorum proprium *p* | itaque – propriorum] ita quod praedictorum propriorum *pa* | sunt *in marg. Sh*[2] | propriorum] priorum *CaO1P1SiV1* 48 dicit *om. CaO1P1Sh* 54–55 Menonis inscribitur] Immenonis ascribitur *pa* Menoni ascribitur *p* 56 sicut] et *add. Ca* | albedo[1]] et *add. CaO1P1 praem. V1* 57 luminis] habens *add. Br* 58 dixerunt] dicebant *Br* | per] quod *CaO1P1* 59 partium *om. Si* | subiecti] subiecto *CaO1P1SiV1* in subiecto *Br* 60 fit] sit *CaP1* | quae – minus *om. (hom.) O1V1* 61 subiecti] subiecta *CaO1P1* 62 opinio] opinionis *V1* 63 qualitatem] et *add. Sh* 64 scilicet *om. pap* 65 quod *sup. lin. Sh* et *CaO1P1* 66 et] vel *Sh* | subiectum *om. pap* | recipiendae] recipiendum *V1*

28–31 circulus – aequales: Cf. Euclid., Elementa l. 1 diff. 12; transl. Adelardi versio I (ed. Busard p. 31 v. 22); cf. etiam Alb., De V univ. Ed. Colon. t. 1, 1a p. 13 v. 41–44. – 48–50 Boeth., In Cat. Arist. l. 3 (PL 64, 257B–C), sed nomen Alexandri non invenitur. De tribus opinionibus antiquorum de eo quod est magis et minus cf. Alb., De sex princ. Ed. Colon. t. 1, 2 p. 70 v. 3 – p. 73 v. 32. – 51–55 Plato: Cf. Alb., Ethica l. 1 tr. 7 c. 5 (Ed. Paris. t. 7 p. 114a): 'Et haec est opinio Socratis et Platonis in libro Mennonis, ubi probatur quod virtutes dona deorum sunt'; Anal. pr. l. 2 tr. 7 c. 6 (Ed. Paris. t. 1 p. 798a); De sex princ. Ed. Colon. t. 1, 2 p. 71 v. 34–37: 'iuxta (…) Platonis et Anaxagorae opinionem (…) dicebant in qualitatibus incorporeis ut scientia et virtute quae dona deorum esse dicebant'. Eadem opinio Socrati et Stoicis attributa est, cf. Alb., Ethica l. 1 tr. 7 c. 7 (Ed. Paris. t. 7 p. 116b: 'secundum Stoicos'), l. 2 tr. 1 c. 11 (p. 168a: 'dictum Stoicorum'), l. 4 tr. 2 c. 2 (p. 297a: 'Stoici quorum princeps fuit Socrates'), l. 5 tr. 1 c. 2 (p. 334a: 'Socratici (…) secundum Stoicos'), l. 10 tr. 3 c. 1 (p. 634a: 'Socrates'). – 58 Epicurei: Cf. Alb., De sex princ. Ed. Colon. t. 1, 2 p. 14 v. 51: 'Epicurei omnem causam ad materiam reducerunt'. – 61–62 Aristoteles et Peripatetici: Cf. Boeth., In Cat. Arist. l. 3 (PL 64, 257B–C).

ex parte autem qualitatis dupliciter: si enim habet contrarium, tunc plus et minus intenditur secundum maiorem vel minorem contrarii admixtionem; si autem non habet contrarium, tunc intenditur secundum maiorem vel minorem accessum ad naturae terminum, cui nomen et a qua nomen imponitur, et hoc est dicere ad veram nominis impositionem.

Prima autem PLATONIS sententia nec hic probari habet nec improbari, sed in PRIMA PHILOSOPHIA. Hoc autem solum dici potest quod, si additione divini boni in qualitate fieret intensio, difficile valde esset dicere, qualiter addendum ei, cui additur, coniungeretur; et cum id, quod augetur, augeatur per additum aliquid, difficile esset invenire, qualiter differret augens ab aucto, vel utrum virtus augens esset in augente vel in eo quod augetur, et alia multa difficilia sunt circa istud, quamvis multi THEOLOGIZANTES hanc opinionem sequi videantur. Quod autem dicunt EPICUREI, probabilius dictum fuit, quamvis in hoc non perfectum sit, quod dicunt secundum partes quantitatis subiecti magis et minus in qualitate esse, cum videamus parvum aliquando albius esse quam magnum, sicut margaritum fulgens albius est multa cerussa. Media ergo PERIPATETICORUM opinio vera est et tenenda. Ad hanc enim pauciora sequuntur inconvenientia.

Cap. 13. De proprie proprio qualitatis

Proprie autem proprium qualitatis est, quod et omni convenit et soli et semper, secundum qualitatem qualia similia vel dissimilia dici. 'Unum enim in qualitate est simile, sicut unum in substantia est idem et unum in quantitate est aequale'. Aut igitur in diversis est eadem qualitas aut diversa. Si eadem, tunc dicuntur illa | sic affecta similia; si autem diversa, tunc sic affecta dicuntur dissimilia; ut enim dicit BOETHIUS, similitudo est rerum differentium substantia et subiecto eadem qualitas. *Similia* igitur *et dissimilia secundum solas dicuntur qualitates; simile* enim et dissimile *alterum alteri non est secundum aliud* aliquod praedicamentum *nisi secundum id, quod est quale* secundum praedicamentum qualitatis. Proprie igitur *proprium qualitatis est secundum eam simile vel dissimile dici* alterum alteri.

Cum autem DICITUR quod similitudo est eadem qualitas in differentibus substantia et esse, non potest accipi eadem numero qualitas, quia eadem numero qualitas non potest ⟨esse⟩ in differentibus numero, cum qualitas sicut et alia accidentia numerentur numero subiecti; nec sufficit quod sit eadem genere, quia sic omnia essent similia. Nihil enim est quod aliquam non suscipiat qualitatem. Relinquitur quod similia sint, quorum est una qualitas specie. Unde quantulamcumque convenientiam ostendentes erimus diversorum in una qualitate specie, dummodo simpliciter et non secundum quid insit utrique, ostendemus, quoniam illa sunt similia. Si autem qualitas illa uni inesset secundum quid et alteri simpliciter, tunc per unam qualitatem, | quae sic inesset utrique, non probaretur quod illa dicerentur similia nisi secundum quid, quia aliter Aethiops, qui est albus secundum dentes, et nix, quae est alba simpliciter, essent similia, quod falsum est. Et ideo etiam grammaticus perfectus non est similis discipulo grammatico in grammatica, sed dissimilis, et in aliis est similiter.

11 a 15–19 (Arist. Lat. 68,9–12): [S]imilia vero et dissimilia secundum solas dicuntur qualitates; simile autem et dissimile alterum alteri non est secundum aliud nisi secundum id quod quale est. Quare proprium est qualitatis secundum eam simile et dissimile dici.

CaO1P1BrShSiV1 pap 32 *Sh* f. 53va 55 *Ca* f. 55va

3 vel] et *Sh pap* 4 tunc] plus *add. pap* 5 vel] et *O1* | minorem] brevem *pa* admixtionem *add. Si* | naturae] neutrum *O1* 5–6 naturae – nomen] naturam termini cuius nomen est *Br* 6 est *sup. lin. Sh* 7 veram] naturam *V1* 8 Prima] positio *pap* 8–9 sententia – habet] non habet hic probari *pap* 9 Hoc] hic *pap* 10 solum *om. pap* | si *sup. lin. Sh* | divini boni] doni (poni *pa*) divini *p* 12 cum] tamen *pap* 13 augetur *editor cum pap* auget *codd.* | aliquid] aliquod adhuc *pap om. Br* 14 esset] valde *add. Br* | differret] differt *pap* | aucto *Sh pap* augente *CaO1P1V1* augendo *Br* agente *Si* 14–15 vel – augente *om. Si* 15 quod *lac. Sh* 16 istud] illud *ShSiV1 pap* 17 multi *Sh om. cet. codd., edd.* 18 fuit] videtur *Si* 20 quantitatis] quantitativas *pap* 20–21 qualitate] quantitate *pa* 21 aliquando *om. pap* 22 margaritum] margarita *O1P1BrSiV1 pap* | albius] albior *O1P1BrSiV1 pap* 26 qualitatis] quod est secundum eam dici simile vel dissimile *add. p* 27 est *om. O1* 28 et[2] semper *om. pap* 29 vel] aut *pap* 32 sic *om. O1* 33 affecta[1]] affectum *CaO1P1Si* | tunc – affecta] esse (esse tunc *Si*) sic affectum *CaO1P1Si* 33–34 sic – dicuntur] dicuntur illa sic affecta *pap* 34 enim] etiam *pap* 36 et] vel *Sh* | dicuntur *in marg. Sh*[1] 37 alterum] esse *add. V1* 38 est quale *inv. Sh* 40–41 dici – alteri] alterum altero dici *pap* 41 alteri *om. V1* 43 accipi *om. Br* 44–45 quia – esse *lac. Br* 45 esse *suppl. editor cum pap Sh*[2] accipi *O1* 47 omnia essent *inv. Sh* 48 enim est *inv. Sh* 49 Relinquitur] igitur *add. Sh* | sint] sunt *P1 pap* | una *sup. lin. Sh* 50 quantulamcumque] quantamcumque *Br* quandocumque *pap* 51 qualitate] qualitatis *pap om. Br* 53 utrique] qualitas aliqua *add. Br* 54 illa] illi *p om. Br* 55–56 utrique] uterque *pa* 56 probaretur] probarentur *SiV1* | dicerentur] essent *Br pap* | dicerentur similia *inv. Sh* | nisi *in marg. Sh*[1] 58 dentes] dentem *Si* 60 est *sup. lin. Sh*

62 et[2] dissimile *CsVa om. ed.* 63 est[3] *CsVa* erit *ed.*

8–9 In *Metaphysica* Alberti nihil invenitur de hac quaestione, sed vide supra p. 127 v. 51. – 17 De opinione theologizantium de intensione virtutis cf. Alb., Super Ethica. Ed. Colon. t. 14, 1 p. 108 v. 14 sq.; De div. nom. Ed. Colon. t. 37, 1 p. 174 v. 13 sq.; Summa I. Ed. Colon. t. 34, 1 p. 193 v. 10 sq. – 18 Vide supra p. 127 v. 58. – 22 De exemplo margaritae cf. Ps.-Gilb. Porr., De sex princ. c. 8 n. 85 (Arist. Lat. I, 6–7 p. 55 v. 7–9). Alb., De sex princ. Ed. Colon. t. 1, 2 p. 72 v. 28–50. – 23 Vide supra p. 127 v. 62. – 29–31 Unum – aequale: Cf. Arist., Metaph. l. 5 c. 15 (1021 a 11–12). – 34 Boeth., In Isag. Porph. Ed. II l. 3 c. 9 (CSEL 48 p. 228 v. 20). – 42 Supra v. 34.

Sed obiciunt QUIDAM de hoc, quod BOETHIUS dicit quod species est essentialis similitudo individuorum et genus est essentialis similitudo specierum; ergo secundum genus et speciem aliquid dicitur simile et dissimile alteri, cum tamen genus et species non sint qualitates eorum, quorum sunt genera et species. Ad quod dicendum quod similitudo primo et per se est in qualitate et secundum qualitatem, per posterius autem in his, quae, quamvis essentialiter non sint qualitates, habent tamen modum praedicationis in quale, sicut sunt formae substantiales. Et si dicas quod nec genus nec species praedicatur in quale sed in quid, dicendum quod praedicari in quid non habent, in quantum sunt formae, sed potius in quantum sunt formabilia vel formata per differentiam constitutivam, quae est forma. Quod autem similitudines sunt specierum vel individuorum, habent, in quantum sunt formae et qualitates essentiales specierum vel individuorum. Hoc igitur est proprie proprium qualitatis.

Cap. 14. De exclusione erroris qui posset esse circa praedicta

Circa autem ea, quae dicta sunt, *non decet* aliquem *conturbari*, tamquam nos nobis contrarii dicamus ea genera esse permixta, quae PRIUS distincta esse determinavimus, quando DIXIMUS quod diversorum generum et non subalternatim positorum diversas esse species et differentias. Haec enim adhuc certa sunt et firma veritate confirmata et stabilita. Nemo ergo de hoc conturbetur, quod *de qualitate propositionem facientes* et tractantes *multa de relativis interposuimus*. *Habitus enim et dispositiones*, quae sunt in prima specie qualitatis, sunt de numero *eorum, quae sunt ad aliquid*; habitus enim est alicuius habitus et dispositio alicuius dispositio, nec absoluto intellectu ista possunt intelligi, et secundum ipsum nomen dispositio est alicuius dispositio et habitus alicuius habitus. *In omnibus enim talibus paene* ipsa *genera ad aliquid dicuntur; nihil autem eorum* in talibus, *quae singularia sunt*, est ad aliquid; etiam aliquando species secundum nomina specierum non dicuntur ad aliquid, sed in generibus et secundum nomina generum sunt ad aliquid. *Nam cum disciplina sit genus* intellectualium habituum, disciplina hoc *ipsum, quod est, alterius dicitur* et ad aliquid. *Dicitur enim* disciplina *alicuius disciplina*, quia disciplina dicitur alicuius disciplinati disciplina. Sed *eorum, quae* sub hoc genere, quod est disciplina, *singularia sunt* vel specialia, *nihil* hoc *ipsum, quod est, alterius dicitur, ut* aliqua *grammatica non dicitur alterius* secundum hoc quod est grammatica. Non enim dicitur quaedam grammatica alicuius quaedam grammatica *nec musica* dicitur *alicuius* quaedam *musica*, sed quaedam *grammatica dicitur alicuius disciplina, non alicuius grammatica, et musica dicitur alicuius disciplina, non alicuius musica.*

Propter quod quaecumque istorum singularium accipiuntur, *per se sunt* et *non sunt ad aliquid*. Huius autem causa est, quia singulariter accepta ut quaedam grammatica et quaedam musica in seipsis claudunt ea, quorum sunt et

11 a 20–38 (Arist. Lat. 68,13–29): At vero non decet conturbari ne quis nos dicat de qualitate propositionem facientes multa de relativis interposuisse; habitus enim et dispositiones eorum quae ad aliquid sunt esse dicebamus. Paene enim in omnibus talibus genera ad aliquid dicuntur, nihil autem eorum quae singularia sunt; nam cum disciplina genus sit, ipsum quod est alterius dicitur (alicuius enim disciplina dicitur), eorum vero quae singularia sunt nihil ipsum quod est alterius dicitur, ut grammatica non dicitur alterius grammatica nec musica alicuius musica, sed forte secundum genus et haec ad aliquid dicuntur; ut grammatica dicitur alicuius disciplina, non alicuius grammatica, et musica alicuius disciplina, non alicuius musica, quapropter quae per se singula quidem sunt, non sunt ad aliquid. Dicimur enim quales secundum singula; haec enim et habemus (scientes enim dicimur quod habemus singulas scientias); quare haec erunt etiam qualitates, quae singulatim sunt, secundum quas et quales dicimur; haec autem non erunt eorum quae sunt ad aliquid. Amplius si contingat hoc ipsum quale et relativum esse, nihil est inconveniens in utrisque hoc generibus annumerare.

CaO1P1BrShSiV1 pap

3 essentialis] essentia vel *O1* esse vel *Si* 4 dicitur] dicetur *pap* | et[2]] vel *P1V1* 11 dicas] dicatur *Si pap* 11–12 praedicatur] praedicantur *CaO1P1Sh* 13 potius *om. O1SiV1 pap* 14 formabilia] formalia *pap* 18 Hoc] et *praem. Sh* 18–19 qualitatis *Sh om. cet. codd., edd.* 20–21 exclusione – qui] dubitatione eorum quae *Si* 21 posset] possit *O1* 23 conturbari] turbari *pap* | contrarii] contrarium *pap* 23–24 genera] contraria *add. Sh* | genera esse] esse genere *Br* 24 quae] qui *p* 25 quod *om. P1BrSiV1 pap* | et *om. pap* 27 certa] certata *O1P1* creata *Si* | veritate] ratione *Br* 29 propositionem] propositum *pap* | tractantes] determinantes *Br* 30 dispositiones] dispositio *CaO1P1* 30–31 quae – quae *lac. Br* 32 est *om. pap* 32–35 et – habitus[2] *om. (hom.) pap* 32–33 dispositio] est *add. O1* 37 sunt *in marg. Sh*[2] *om. CaO1P1* | est – aliquid] ad aliquid sunt *pap* | etiam] et *praem. Sh* 37–38 etiam aliquando] aliter *pap* 41 intellectualium] integralium *et sic saepe Si* | habituum] habitus *pa* 42 alterius – aliquid] est ad aliquid et alterius dicitur *O1* | et] quia et *Si* non *add. Br* | enim] etiam *pap* 43 quia] quod *CaO1P1ShSi* | alicuius *Sh p om. CaO1P1BrSiV1 pa* 44 sub] sunt *Si* sunt *praem. Sh* sunt in *pap* | hoc] eodem *Br* | est *in marg. Sh*[2] 45 sunt *om. Si* | sunt vel] sive *pap* 47 hoc *om. pap* 47–48 quaedam *om. p* 48–49 alicuius – musica] nec *Si* 48 alicuius – grammatica *om. (hom.) pa* | nec] quaedam *add. Br* 49 dicitur – musica *om. (hom.) pap* 52 istorum] istarum *pap* 52–54 singularium – quia *om. CaO1P1BrSiV1* 52–53 accipiuntur *om. pap* 53 sunt[1]] qualitates *add. pap*

57 dispositiones *CsVa* dispositio *ed.* 58 eorum *Br a* horum *ed.* 61 se *VaVc om. ed.*

1 Quidam et Boethius: Cf. Kilw., Super Praed. (ed. Conti p. 113 v. 8–21). Boeth., In Isag. Porph. Ed. II l. 3 c. 9 (CSEL 48 p. 228 v. 21 – p. 229 v. 9). – 25 Supra p. 15 v. 34.

ad quae dicuntur, et ideo nugatorie extrinsecus apponerentur. Haec tamen in specie et in singulari qualitates sunt, quia *secundum* ea *quales dicimur*. *Haec enim habemus* et secundum quod habemus ea ut adepta, quales dicimur secundum ea; *scientes enim dicimur*, eo *quod habemus singulas scientias*; scientes autem dici est quales dici secundum scientias. Propter quod *haec etiam erunt qualitates*, quamvis secundum genus dicantur ad aliquid. Et hoc est secundum singulas scientias, *secundum quas dicimur etiam quales* sive scientes. Hoc autem, secundum quod quales dicimur, secundum quod huiusmodi est, *non* est de numero *eorum, quae sunt ad aliquid*.

Amplius adhuc alia causa est, quare non oportet ex talibus conturbari, quia nihil est inconveniens, *si contingat* idem | et *quale et relativum esse* secundum diversa, quae sunt ⟨in ipso⟩. Secundum enim diversa quae sunt in ipso, nihil prohibet idem ipsum *in* diversis *generibus enumerare*. Et sic grammatica, ut scientia recte scribendi est vel litterarum, quales nos facit et in qualitatis est genere; ut autem est disciplina, est in eo, quod est ad aliquid. Et similiter album per hoc, quod subiectum dicit, in substantia est; per hoc autem, quod quale dicit subiectum, est in qualitate. Haec igitur de quali et qualitate dicta sufficiant.

CaO1P1BrShSiV1 pap 15 *Sh* f. 53vb

1–2 apponerentur *corr sup. lin. ex* poneretur *Sh* apponeretur *pap* 2 tamen] autem *Sh* | qualitates] qualitatis *CaO1P1* 3 ea] eam *Br* | Haec enim] cum haec *pap* 4 quod] dicimur *add. pa* 4–5 ea – habemus *om. (hom.) Br* 4 adepta] accepta *O1* adepte *pa* | dicimur *om. pa* 5 secundum ea *om. O1* | dicimur] dicimus *CaP1Si* 6 dici[1] – dici] quales dicimur *Br* 9 dicimur] dicuntur *O1* | dicimur etiam] etiam dicuntur *pap* 10 sive] et *pap* 12 eorum *sup. lin. Sh* 13 Amplius] autem *add. Sh* | quare] quod *pap* si secundum relativa quales dicimur *add. Br* 15 et[1]] ipsum *praem. Sh* 16 in[1] ipso *suppl. editor cum Br pap* | ipso] illo *pap* 17 ipso] ipsum *CaO1P1SiV1* | in *om. p* 17–18 enumerare] enumerari *O1Si* numerare *Sh* 18–19 scientia – litterarum] est scientia recte scribendi recteque componendi *pap* 18 recte *Sh om. CaO1P1BrSiV1 pap* 24 sufficiant *Sh* sint *CaO1P1V1* sunt *BrSi pap*

18–19 De grammatica ut scienta recte scribendi cf. Alb., Top. l. 6 tr. 2 c. 3 (Ed. Paris. t. 2 p. 445a); Phys. Ed. Colon. t. 4, 1 p. 136 v. 35–36.

TRACTATUS DE ALIIS SEX PRAEDICAMENTIS IN COMMUNI

Cap. 1. De agere et pati

Habitis quattuor vocibus quattuor prima genera rerum significantibus, in quibus substantia praedicat id, quod simpliciter est ens et per seipsum; quantitas praedicat ens in alio, per quod ipsa subicitur et substat multis aliis accidentibus et etiam | motui, quia illis non subicitur substantia simplex sed substantia quanta, omnibus illis, quae dicunt formas, quae in maiori maiores et in minori minores, sicut sunt omnes qualitates activae et passivae; per hanc subicitur motui et mutationi, quia illis subicitur ut materia quantitate determinata; propter quod etiam quantum separatam rationem habet a physico et est secundum rationem ante ipsum, sicut mathematicum ante physicum; ad aliquid autem praedicat id, quod est comparatum ad aliquid, qui modus immixtus est omnibus residuis sex praedicamentis, et ideo ut principium ad alia praemitti debuit. Habita etiam qualitate et quali, quae etiam generalem modum in quale praedicandi habuit, qui quodammodo est in omnibus aliis, propter quod etiam praemitti debuit, ut scilicet substantia praecederet ut omnium subiectum, quantitas ut subiectum ad physica, ad aliquid autem ut modus aliorum comparativus, quale autem et qualitas ut modum praedicandi dans residuis omnibus, restat nunc dicere de his, quae non habent res absolutas praedicare nec modum praedicandi habent ab aliis absolutum. Habent enim modum relationis et qualitatis et addunt aliquid super utrumque, per quod efficiuntur specialia praedicamenta. Propter quod sequentia sex genera causantur ab his quattuor, quae praehabita sunt, et non causantur ab ipsis, sicut inferiora causantur a superioribus, quia, si hoc ita esset, continerentur in eis sicut in suis generibus, sed causantur ex comparationibus supradictorum generum ad aliud, cum tamen secundum casum eundem vel diversum non dicantur ad convertentiam, sicut actio a forma vel qualitate substantiali vel accidentali comparata ad id, quod actioni subicitur, passio a materia vel subiecto, quod agenti subicitur, et in qualitate accidentali actio a potentia naturali, passio autem a naturali impotentia; quando vero non a tempore, sed a temporis adiacentia; ubi autem non a loco, sed a loci circumscriptione; positio autem a partibus secundum ordinem comparatis inter se et in toto et in loco; habitus autem a comparatione extrinsecorum ad totum subiectum. De quibus omnibus non magnum hic oportet facere tractatum, eo quod hic specialiter intendimus de quattuor, quae aliorum sex ⟨sunt⟩ causa; postea autem in ALIO LIBRO de aliis sex erit tractandum.

11 b 1–8 (Arist. Lat. 68,30–69,5): Recipit autem facere et pati contrarietates et magis et minus; calefacere enim ad frigidum facere contrarium est, et calefieri ad frigidum fieri, et delectari ad contristari; idcirco recipit contrarietatem. Sed et magis et minus; calefacere enim magis et minus est, et calefieri magis et minus, et contristari magis et minus. Recipit ergo magis et minus facere et pati. De his itaque tanta dicantur.

CaO1P1BrShSiV1 pap 9 *Ca* f. 55vb

1 tractatus] VI *add. p* 1–3 tractatus – communi *spatium Br* 4 de – pati *spatium Br* 5 Habitis] dictis *Br* | quattuor[1]] primis *add. Br* | prima *om. pap* 5–6 rerum] eorum *CaO1P1Si* 7 simpliciter *Sh pap* simplex *cet. codd.* | quantitas] autem *add. O1Br* 8 subicitur] obicitur *Br* 9 illis] illi *Sh pap* in *praem. P1* 10 simplex] simpliciter *pap* | quanta] in *add. pa* et *add. p* 11 illis] aliis *O1* | quae[1] *om. pa* | maiori] minori *Si* quantitate *add. pap* | maiores] maioris *CaO1P1V1* sunt maioris *Si* 12 minores] minoris *CaO1P1V1* sunt *add. Si p* | sicut sunt] sint sicut *Br* 13 passivae] et *add. Si* | et *om. Si* | quia] quae *pa* 14 ut] nisi *CaSh om. pap* 16–17 mathematicum] metaphysicum *p* 17 ante] aut *Br pa* 18 modus] motus *Br* 19 residuis *om. pap* | praedicamentis] principiis *Br* 20 etiam] autem *Sh* 21 quali] qualibus *pap* | quae] omnia *add. Br om. pa* 21–22 in – praedicandi] praedicandi in quale *Br pap* 22 habuit] habent *Br p* habet *pa* habent *praem. Si* | qui] quae *pa* | est *iter. Sh* | est in] inest *pap* | aliis] modis *add. et exp. Si* 23 propter quod *Sh* propterea *CaO1P1BrSiV1 pap* | scilicet] hic *pap* 24 omnium] omni *Br pap* 25 physica] physicum *Br pap* 26 comparativus] comparatus *Br pap* | quale *om. Si* 27 nunc] enim *pap* 29 aliis] illis *pap* 30 modum] modus *Ca* | relationis *ex* resolutionis *corr. in marg. Sh*[2] 32 quod *om. Sh* | sequentia] ipsa *pap* | sequentia sex *inv. Sh* 33 his] aliis *O1P1SiV1 pap* 33–34 ab – causantur *om. (hom.) Si* 36 comparationibus] oppositionibus *pa* 37 aliud] aliquid *Br* | casum] illum *add. O1* 37–38 casum – diversum] causam eandem vel diversam *pap* 38 ad] aliud *add. V1* | sicut] sed *O1* 38–39 a – vel] vel forma a *Si* 39 vel[1]] a *add. Sh* | id] aliquid *Br* 40–41 passio – subicitur *om. (hom.) O1* 41 a] id est *pa* 42 autem *om. Sh pap* | impotentia *om. CaO1P1SiV1* 43 sed] secundum *Ca* 44 autem] vero *V1* 45 comparatis] comparati *CaO1P1Sh* | in *om. pap* 46 autem] vero *V1* | a *om. p* | comparatione] compositione *pa* 49 sunt *suppl. editor cum Br pap in marg. Sh*[2] 50 erit] est *pap*

52 contrarietatem *CsVa* contrarietates *ed.* 54 De *CsVa a* pro *ed.*

50 Scil. in tractatu De sex princ.

Inter haec autem primum est praedicamentum actionis sive de facere, et quia actio est in patiens per effectum procedens virtus agentis, ideo cum agere oportet etiam de pati determinare.

Sciendum quod ARISTOTELES in VI ETHICORUM distinctionem ponit inter agere et facere dicens quod actio est proprie in humanis, quae voluntatis sunt, operibus, sicut est consiliari, eligere, velle et huiusmodi, de quibus est prudentia virtus; facere autem, quia virtus efficientis per effectum procedit in patiens super materiam extrinsecam, sicut est secare et dolare, urere vel aliquid talium, de quibus cum recta ratione est ars mechanica. Sed quia nos hic non consideramus nisi praedicationis modum, hic generaliter dicimus facere vel agere, prout communiter se habet ad utrumque, agere scilicet et facere, et dicimus omnem illam vocem praedicare agere vel facere, quae significat activam virtutem in effectum procedere ab agente in id, quod agenti secundum illam virtutem subicitur, sicut est intelligere, velle et secare et urere secundum totum illum modum, quo significari potest secundum totum suum condeclinium secundum omnem modum verbalem suum vel etiam participialem, quia etiam participium significat cum actione et tempore sicut 'amans sum' et huiusmodi vel 'secans sum' vel quodcumque tale similem illis habet suae significationis praedicationem. Iste enim modus significandi rem praedicabilem non potest reduci ad aliud aliquod praedicamentum.

Per oppositum autem passio est actionis, quae est ab agente, receptio ad simplicem actus agentis receptionem, sive ex hoc immutetur patiens, sive non. In actione physica passum immutatur, in aliis non physicis non immutatur. Sed logice | loquendo de pati communiter sumitur, prout est vox rem praedicamenti significans, quae est susceptio actus agentis simpliciter, prout est suscipiens ipsum tantum. Hic enim modus ad nullum aliud potest reduci praedicamentum, et propterea enumerata sunt haec duo inter praedicamenta, quia sic dicunt et praedicant prima quaedam rerum principia. Principium est id, in quod suae coordinationis secundum communitatem est reductio et quod ad nullum ut genus reduci | poterit.

Sic ergo accepto eo quod est agere, distinctio est in agentibus, eo quod virtus agentis in effectum procedens ab ipso aliquando per se ipsam agit, sicut agit intelligentia et anima, aliquando autem procedit ab ipsa per qualitatem agentem, sicut est agere a calefaciente vel infrigidante, aliquando etiam processus ab ipso agente per organum et instrumentum, ut secare significat agere. Et ad omnia communiter sumitur facere vel agere, quando est praedicamentum, et ideo etiam hoc praedicamentum et similiter id, quod est pati, convenienter significatur per verbum et non ita convenienter per nomen. Melius enim dicitur agere vel facere quam actio vel factio et melius dicitur pati quam passio, quia nominaliter significatum significatur ut in quiete et sine tempore, quod non convenit cum agere et pati.

His igitur sic determinatis non videtur aliud hic dici debere de agere et pati, nisi quod *facere et pati recipit contrarietates*, eo quod a contrariis virtutibus causantur, et quia recipiunt contrarietatem, necessarium est quod etiam recipiant *magis et minus* sive intensionem et remissionem. Quia actiones et passiones contrariarum virtutum

CaO1P1BrShSiV1 pap 32 *Sh* f. 54ra 41 *Ca* f. 56ra

1 autem *om. V1 pap* 2 sive de] quod est *pap* 3 agere] hoc genere *pap* 5 Sciendum] autem *add. Sh* | sexto] septimo *pa* 6 facere *editor cum Br p* pati *CaO1P1ShSiV1 pa corr. in marg. Sh*^{2} | dicens] et dicit *pap* 6–7 est proprie *inv. Sh* 7 proprie] est *add. Ca* | quae] a *add. Sh* 7–8 quae – est] voluntatibus sicut sunt *pap* 7 voluntatis *post corr. Sh*^{2} 8 est^{1}] sunt *praem. et exp. P1* | consiliari *inser. in lac. Ca*^{1} et *add. O1P1SiV1 pap* 10 super] sicut *pap* | materiam] de quibus cum recta ratione *add. V1* 11 et] vel *pap om. V1Br* | et dolare *inv. Si* | urere *inser. in lac. Ca*^{1} *om. pap* 12 recta] certa *pap* 13 nos *om. V1* | hic] haec *pa* 14 dicimus] intendimus de *pap* | facere – agere *inv. Sh* 15 habet] habent *p* 16 vel] et *O1 om. CaP1Si* 17 quae] quod *CaO1P1Si pa* | effectum] effectu *CaSh* 18–19 virtutem] illam *add. CaSh* 19 velle et *om. pap* | et^{1} *om. O1Br* 20 secundum] suum condeclinium secundum *add. O1* | significari] significare *pap* 21 secundum^{1} – condeclinium *post* urere *(v. 20) transp. O1* | suum *ex* illum *corr. in marg. Ca*^{1} | condeclinium] declinium *pa* declivium et *p inser. in lac. Ca*^{1} 21–22 condeclinium – suum *om. (hom.) P1 corr. in marg. P1*^{1} 22 suum] factum *Sh om. Br* 23 actione] actionem *Ca* | tempore] esse *Br* 24 amans – huiusmodi] arans *p* | amans – et] animae sive *pa* 24–25 secans – quodcumque] secatus sive vel quodlibet *Br* 24 sum^{2}' vel] sive *pap* 24–25 quodcumque tale] quamcumque talem *pa* 25 illis] aliis *Si* | habet] habens *Br p* 25–26 significationis praedicationem] praedicationis significationem *pap* 26 significandi] secundum *add. Br* 27 aliquod] quod *Ca* | praedicamentum] actionis *add. Si* 28 passio – actionis] passionem *pap* | est^{1}] vel *add. CaO1P1SiV1* | actionis *om. Si* 29 agente] actore *pap* | actus *Sh p* actum *O1P1BrSiV1 pa dub. Ca* 29–30 receptionem] dico *add. Br* 30 sive^{2} *om. CaO1P1* | sive^{2} non] ut *pap* 31–32 in – immutatur *om. (hom.) V1* 31 aliis – physicis] aliud ut in physicis sive *pap* 31–32 non^{2} immutatur *om. Si* 32 Sed – communiter *om. Si* 33 praedicamenti *editor cum Br (post corr.?) pap* praedicati *cet. codd.* 35 tantum] nam *Sh* | enim modus] modus autem *Br* 36 propterea] ideo *Br* propter hoc *Sh* 37 praedicamenta] praedicamentum *Ca* 37–38 dicunt – praedicant] dicuntur et praedicantur *pap* 38 quaedam *lac. Br* quidem *CaP1V1 pap om. O1* 39 Principium] enim *add. Sh p* | quod] quo *pap* 39–40 secundum] suam *add. Br* 40 ut] ad *add. Br add. in marg. Sh*^{2} 41 poterit] potest *Si pap* 42 eo] eius *p* 43 agentis *iter. Sh* | effectum] effectu *CaO1P1Sh pa* 44 ipsam] ipsum *Sh pap* 45 autem *sup. lin. Sh*^{2} non *add. CaO1P1Sh pa* | procedit] procedunt *pa* processus est *p* 47 aliquando etiam] et quandoque est *pap* | etiam] est *add. Br* | processus] fit *add. in marg. Sh*^{2} | ipso] hoc *pap* 49 communiter *om. Br* | communiter sumitur *inv. Sh* 50–51 et – praedicamentum *om. O1 pap* 50 etiam hoc] res huiusmodi *V1* res huius *Si* 50–51 praedicamentum *BrSh* praedicamenti *CaP1SiV1* 51 id] illud *O1* 53 agere vel] per agere vel per *Br* 54 factio] passio *Br* 55 significatum significatur *CaSh* significatur *O1V1* signanter significatur *P1* significantur *Br* significatur significant *Si* significant *pap* | ut *om. Br* 56 quod] et *Sh* 57 igitur] enim *pap om. O1P1SiV1* | aliud] aliquid *V1* 58 facere] agere *Br* | recipit] recipiunt *O1Br* suscipiunt *pap* 59 a *om. pap*

5 Arist., Eth. Nic. l. 6 c. 4 (1140 a 1sqq.). Cf. Alb., De sex princ. Ed. Colon. t. 1, 2 p. 18 v. 58 – p. 19 v. 20.

sunt contrariae, sicut *calefacere contrarium est ad* frigefacere, eo quod calidum contrarium est frigido, et humefacere ad siccare contrarium est, eo quod humidum contrarium est sicco, et sic se habet albificare ad nigrificare, et actiones omnium contrariorum sic se habent ad invicem, et sic est in actionibus animae, quia sic delectare contrarium est ad contristare, et ideo agere *et pati recipiunt contrarietatem*, quia sicut *calefacere contrarium est ad frigefacere*, ita *calefieri* contrarium est *ad frigefieri*, et sic *delectari* contrarium est *ad contristari* sicut delectare ad contristare. Quia vero recipere contrarium causa est eius, quod est recipere magis et minus, sicut SAEPE dictum est, ideo ista recipiunt etiam magis et minus; quamvis verbum comparationem non recipiat secundum gradus comparationis, tamen ipsum agere et ipsum pati sunt res magis et minus recipientes, et haec intensio causatur ex intensione virtutis agentis in agendo et intensione virtutis passivae in patiendo, et sic *calefacere est magis et minus*, et in passione *contristari et calefieri est* secundum *magis et minus. Recipit ergo magis et minus facere et pati.*

De his autem duobus simul determinari oportuit, quia unum est causa alterius et alterum est effectus istius, cum tamen id, quod praedicat unum istorum, non contineatur sub altero sicut sub genere. *De his igitur* duobus, quantum ad praesentem spectat intentionem, *tanta* hic dicta sint.

Cap. 2. De aliis praedicamentis quattuor in communi

De situm autem esse, hoc est positum esse secundum ordinem partium ad invicem et in toto et in loco totius et partium, *in his, quae ad aliquid sunt*, quaedam *dicta sunt*, quod scilicet relationes quaedam *denominative a positionibus dicuntur* sicut asperum et lene, et rarum et densum et huiusmodi, quaecumque situm partium in toto et in loco significant.

De reliquis autem praedicamentis, quae sunt *quando et ubi et habere, eo quod manifesta sunt, nihil aliud* in hoc loco dici oportet, *quam quae in principio* in ANTEPRAEDICAMENTIS *dicta sunt*, quod scilicet unumquodque istorum unum per se significat praedicamentum. Quando quidem non tempus ⟨significat⟩, sed esse in tempore secundum aliquam temporis differentiam, ut heri quidem esse aut hodie aut cras futurum esse, longe a praesenti aut prope, et in praeterito similiter, ut olim fuisse aut iam aut dudum et aliquid huiusmodi. Hoc enim praedicamentum nullum significat aliorum. Et similiter est de ubi, ut supra esse aut infra aut in foro aut in theatro, et quae huiusmodi habent praedicationem. Sic enim ubi fuisse non est locus sed in loco qualiter esse situm, et quando non est tempus sed in tempore esse qualiter, et ideo speciale oportet esse praedicamentum. Habere autem

11 b 8–14 (Arist. Lat. 69,5–10): [D]ictum est autem et de situm esse in his quae ad aliquid sunt, quia denominative a positionibus dicuntur. De reliquis autem, quando et ubi et habere, eo quod manifesta sunt, nihil de eis aliud dicitur quam quae in principio dicta sunt, quia habere quidem significat calciatum esse, armatum esse, ubi autem in loco, sed et alia quae de his dicta sunt.

CaO1P1BrShSiV1 pap

1–2 contrarium – est] contrariatur frigefacere, sicut calidum *O1* 1 ad] ei quod est *Br* 1–2 ad – eo *editor cum SiV1 pap* quod *Ca om. P1Sh variae conjecturae in BrO1* 2 eo *sup. lin. Sh*^{2} | quod – est *in marg. P1* 2–3 humefacere] humidum facere *Si* humectare *pap* 3 siccare] exsiccare *pap* 4 contrarium – sicco] sit *Sh* contrarium sicco *in marg. Sh*^{2} | sicco] sic *Ca* | habet *editor cum O1* habent *cet. codd, edd.* 4–5 albificare – nigrificare] albefacere ad nigrefacere *O1* 4 ad] et *BrV1 pap* 4–5 nigrificare] nigrumfacere *Si* 7 delectare] delectari *BrSi* | contristare] contristari *BrSi* 9 est ad] ad calefieri *V1* 10 contrarium est *om. Sh* | est *om. CaP1* 11 vero *om. pap* | recipere] corpore *CaP1Br* corrumpere *SiV1* | contrarium *om. O1* 12 eius] eiusdem *pa* 13 est *om. Sh* | ideo] etiam *add. Sh* | recipiunt] accipiunt *Sh* | etiam *post* ideo *transp. Sh om. O1 pap* 14 verbum – recipiat] intensionem non recipiant *pap* 15 comparationis] operationis *pap* | tamen] cum *P1* 16 recipientes] suscipientes *V1* 17 agentis *om. pap* 21 autem] ergo *Sh* | determinari] determinare *Si pap* 23 istius] alterius *Sh* | istius, cum] ipsius *pap* | id] illud *pap* | praedicat *ex* dicat *corr. sup lin. Sh*^{1} unde *add. Sh* 24 contineatur] continetur *CaO1P1Br pap* | altero] alio *pap* 26 tanta hic] tantum haec *pap* | hic] haec *BrSh* | sint] sunt *BrSh pap* 27–28 Cap. – communi *spatium Br* 27 praedicamentis quattuor *inv. ShSi* 29 situm] situ *CaO1P1BrSiV1* situs *pa* | esse^{1} *om. Br* | est *sup. lin. Sh* 31–32 in – scilicet] dictum est in his quae ad aliquid sunt et quaedam sunt quae sunt *p* | dicta – scilicet] sunt quae sunt *pa* 33 et^{2} *om. pap* 34 situm] sint *P1Br* situs *Sh pap* | situm partium] partium positionem *V1* 38–39 antepraedicamentis] ante habitis *Br pap* 39 quod] quia *pap* | istorum] illorum *pap* 41 significat *suppl. editor cum pap* | in tempore] temporis *pap* 42–43 esse – hodie] fuisse *pap* 43 esse] aut *add. pap om. O1* 44 in] a *pap* | ut *om. pap* 45 et] aut *O1Sh* | aliquid] aliquos *pa* 45–46 praedicamentum] praedicatum *Ca* 46 de *om. V1* 47 supra – aut] hic esse aut esse *pap* | aut^{1}] ad *Sh* | et] aut *Sh* 48 praedicationem] praedicatione *Ca* | ubi] ubique *O1* | ubi fuisse] significant ubi enim *pap* 49 est *in* cum *corr. Ca*^{1} | locus] loco *CaSh* | qualiter] aliqualiter *p* | situm] sicut *O1V1* sint *P1* suum *pa* 50 non *om. CaO1P1Sh* | est] cum *P1* | qualiter *om. pap*

52 situm esse *CsVa* situ *ed.* 53 De *CsCh* Pro *ed.* 54 de his *CsCh a* pro eis *ed.*

12 Supra p. 40 v. 40sq., p. 76 v. 36sq., p. 77 v. 26sq., p. 89 v. 1sq. 35sq. – 31 Supra p. 119 v. 57 – p. 120 v. 5. – 38–39 Supra p. 16 v. 44 – p. 17 v. 17. – 51 – p. 134 v. 3 Habere – determinabitur: Cf. infra p. 172 v. 41 – p. 174 v. 22.

comparationem habentis significat ad habitum circumdantem, quamvis habere dicatur multipliciter, sicut in SEQUENTIBUS istius libri determinabitur. Praedicamentum enim eius, quod est habere, non dicit nisi relationem sive comparationem habentis ad habitum exteriorem, qui se mutat ad figuram et circumdationem habentis, et hoc est habere, sicut dicimus quod bene vel male habetur vestimentum | ad necessitatem vel decorem habentis. Sic enim etiam haec generalis vox est ens praedicans, quod in nullo aliorum praedicatur, et ideo hic secundum intentionem huius libri nihil aliud de his dicendum esse videtur quam quae in PRINCIPIO in enumeratione praedicamentorum dicta sunt, quod scilicet *habere significat* et praedicat *calciatum esse* vel *armatum esse; ubi autem* praedicat *in loco* esse; quando etiam heri vel hodie vel | cras esse, et *alia* quaedam, *quae de his dicta sunt* in istius libri parte prima, ubi praedicamenta enumerata sunt. *De propositis itaque generibus ea, quae dicta sunt, sufficiant.* Adhuc enim in LIBRO SEX PRINCIPIORUM singillatim tractabimus de his, de quibus hic non est tractatum.

CaO1P1BrShSiV1 pap 8 *Sh* f. 54rb 15 *Ca* f. 56rb

5 sive – habentis *om. pap* | exteriorem] interiorem *CaO1P1BrSiV1* 6 et[1]] vel *Sh* | habentis] habitus *pa* 7 quod] quando *V1* vel *pap* | habetur] haberetur *Sh* habere *pap om. Si* 8 decorem] decus *pap* 9 etiam] est *V1 om. Br* | etiam haec] est *Si om. pap* | est] et *O1P1BrSiV1* 11 esse *om. Sh* 12 quam quae] quod *O1* nisi quod *V1* | quae *om. CaP1Sh* | in[2]] et *O1* 13 quod scilicet] scilicet quod hoc *pap* 15 quando] unde *CaP1V1* | etiam] autem *Sh* 19 enim] etiam *pap*

12–13 Supra p. 16 v. 44 – p. 17 v. 17. – 19 Alb., De sex princ. Ed. Colon. t. 1,2 p. 17–69 (tr. 2–7).

TRACTATUS DE POSTPRAEDICAMENTIS

Cap. 1. Quae sint et quot tractanda in hoc tractatu

Omnibus iam determinatis quae de praedicamentis dicenda esse videbantur, in quantum praedicamentum est sub uno communissimo praedicabilium coordinatio; non omnia quocumque modo coordinata reducuntur ad genus unum, ideo post praedicamenta oportuit sequi tractatum de his, quae quidem coordinabilia sunt, sed ad unum genus praedicamenti reduci non possunt. Et haec sunt opposita, quae in pluribus generibus inveniuntur, et ea quae sunt prius et posterius, et ea quae sunt simul, et motus et habere. Haec enim omnia talia sunt, quae ipsis suis nominibus coordinabilitatem dicunt, et tamen ad unum aliquod genus praedicamenti reduci non possunt.

De his ergo quinque necesse est tractatum facere specialem, secundum quod ad logicum pertinent. Quamvis enim opposita sint in rebus et in entibus, quae considerat metaphysicus, tamen oppositio, quae ponitur inter ea, intentionis est, et intentio rationem dicens cuiusdam coordinationis, et illam habet considerare logicus. Et similiter est de his, quae sunt prius et posterius, et eodem modo est de his, quae sunt simul in omnibus. Ea quidem, quae sunt opposita vel prius et posterius vel simul, sunt in natura rerum, forma autem et intentio oppositionis et prioritatis et simultatis ponitur a ratione. Motus autem secundum omnes sui differentias est in natura, reductio autem ad universale et ad genus oportet quod sit in ratione. Et ideo cum motus sit praedicabile quiddam de multis, oportuit quod secundum hoc a logico secundum formam coordinationis praedicabilium [a logico] tractaretur. Est autem adhuc coordinatio eius quod inest cum eo cui inest, sive habiti cum habente, quae, licet ex parte habentis sit secundum genus unum, tamen ex parte habiti est secundum modos multos ad unum et idem genus non reducibiles, et ideo oportuit etiam tractare de habere secundum rationem coordinationis eius quod habetur ad id quod habet. Et sic completur omnis coordinabilium et praedicabilium coordinatio, quam sequitur actus rationis, qui est praedicabilium et eorum, de quibus praedicantur, compositio.

Accipiuntur autem horum quinque coordinationes, penes ⟨ea⟩ quae sunt in pluribus generibus aliquo modo unam rationem coordinationis habentibus. Haec enim aut penes diversitatem omnium generum accepta, aut penes ea quae sunt in generibus contenta, aut penes ordinabilitatem aliorum generum ad substantiam. Si accipiuntur penes omnium generum diversitatem, cum, sicut dicit Boethius, oppositio sit prima causa diversitatis,

CaO1P1BrShSiV1 pap

1 Tractatus] VII *add. p* 1–4 Tractatus – tractatu *om. pa* 3–4 Quae – tractatu *om. Br* 3 quot] quod *Sh* quod sunt *Si* sint *add. O1* | tractanda] sint *add. Sh* 5 Omnibus] igitur *add. pap* 6 videbantur] videbatur *Ca* 7 communissimo *Sh* communi (*lac.*) *CaO1P1BrV1* communi nomine *pap om. Si* | praedicabilium] praedicabili ut *Sh* 8 non] facto *O1* enim *add. pap* | non – coordinata *in marg. P1*[1] | quocumque] quaecumque *Si* 8–9 reducuntur – unum] ad genus unum reducuntur *Br* 9 ideo] ideoque *pap* 10 coordinabilia] coordinanda *pap* 11 unum genus *inv. Br* 12 generibus *om. V1* 13 posterius *iter. Si corr. Si*[1] | sunt[2] *om. Si* 14 et[1] *om. pa* | habere] habitus *pap* 15 quae] in *O1P1V1* quod in *Br* cum *pap om. Si* | suis *om. pap* | coordinabilitatem] ad *add. et exp. Si* | dicunt] habentia *pap* 16 aliquod *om. Br* | genus *om. Si* 18 ergo] igitur *BrSi pap* | est *om. Sh sed ante* necesse *suppl. Sh*[1] | tractatum facere *inv. Br* 19 pertinent] pertinet *P1* 20 sint] sunt *V1* | in[1] *sup. lin. Sh* | in[2] *om. CaP1* 21 metaphysicus] mathematicus *V1* metaphysica *pap* 22 et] cum *add. pap* | dicens] dicat *pap* 23 coordinationis] ordinationis *Si pap* | considerare logicus *inv. pap* 24 sunt] secundum *add. Br* 24–25 prius – sunt *om. (hom.) pap* 24 posterius] et per quae fit divisio coordinatorum tunc erit tractatus de simul quia et individua in quibus stat coordinatio *add. Sh (cf. infra p. 136 v. 6)* 25 est – his *om. Sh* 25–26 quidem quae] quaedam *Si* 26 vel[1]] per *p* | et] vel *pap* | vel[2]] et *O1P1BrSi pap* 26–28 vel[2] – oppositionis *om. V1* 27 forma *editor cum Br p* formae *CaO1P1ShSi pa* | autem] aut *pa* | et *om. Si* 28 simultatis] simul *pap* 29 autem] aut *pa* | differentias] defectus *O1P1SiV1 pa* effectus *Br* 30 reductio] reducto *Sh* | et] etiam *Br* 31 sit[1]] sint *Br* | cum] cuius *P1* | cum motus *inv. pap* 31–32 quiddam] quidam *Br* quoddam *Si* quidem *pap* 32 oportuit] oportet *pap* | quod] de multis *add. et exp. P1* | logico] et *add. pap* 33–34 a logico *del. editor cum BrV1 pap* 34 tractaretur] tractetur *p* | autem *om. Si* | eius *iter. Si* 35 quod] quae *P1* | sive – cum] sicut habitum in *p* | habiti cum] habitum *pa* 36 quae] quod *pap* | sit] fit *P1* | genus *om. Br* | genus unum *inv. Sh* 37 modos multos *inv. Sh* 38 et[1]] ad *add. Br* 39–40 coordinationis eius *inv. Br* 41 completur] compleretur *V1* 42 rationis *om. Br* 43 et eorum] rerum *pap* | de quibus] quae *O1* | praedicantur] praedicatur *P1Si p* componitur *pa* 44 horum] eorum *O1 pap* 45 ea *suppl editor cum BrSiV1* 46 unam] una coordinationem *scr. sed* coordinationem *exp. Sh* | unam – coordinationis] coordinationis unam rationem *pap* | rationem coordinationis] coordinationem *Br* | coordinationis] coordinationibus *V1* 47 diversitatem – generum] omnium generum diversitatem sunt *pap* | generum] sunt *add. in marg. Sh*[2] | accepta] sunt *add. Br* 48 quae sunt *iter. Si* 49 ordinabilitatem] coordinabilitatem *O1P1Br* | ordinabilitatem – generum] coordinabilium coordinationem *pa* aliorum coordinationem *p* | Si] sed *CaO1P1* 50 accipiuntur] accipiantur *Sh*

51 Boeth., De trin. c. 5 (ed. Moreschini p. 178 v. 306 – p. 179 v. 329). Cf. Alb., Summa I. Ed. Colon. t. 34, 1 p. 238 v. 80–83: 'illud Boethii in libro De Trinitate, quod sola oppositio relationis distinguit trinitatem'; De sex princ. Ed. Colon. t. 1, 2 p. 73 v. 34–35: 'alietas, ut dicit Boethius, causatur ab oppositione' et p. 86 v. 5, p. 90 v. 54–55; Metaph. Ed. Colon. t. 16, 1 p. 145 v. 13–14: 'oppositio est prima causa diversitatis eorum quae exeunt ab uno primo'.

tunc erit oppositio, quia, cum omnia diversa per divisionem, quae est per opposita, exeant ab uno aliquo, erit oppositio causa diversitatis. Si autem sumitur ratio coordinationis penes id, quod est in quolibet genere, aut sumitur penes naturam eorum quae sunt coordinata in genere, aut penes ea ad quae stat coordinatio et per quae fit divisio coordinatorum. Et si primo sumitur, tunc, cum coordinata in genere non sint nisi genus et species, inducitur tractatus de eo, quod est prius et posterius, quia genus se habet in coordinatione sicut prius et ⟨species sicut⟩ posterius, et prius et posterius est ratio coordinationis eorum in genere uno. Si autem sumitur penes ea, in quibus stat coordinatio tota et per quae fit divisio coordinatorum, tunc erit tractatus de simul, quia et individua, in quibus stat coordinatio, simul natura sunt, et differentiae, per quas fit divisio coordinatorum, ex quo sunt oppositae simul exeuntes ex eodem genere, sunt simul natura. Hac igitur necessitate tractandum est de eo, quod est simul. Quia autem in omni natura cuiuslibet generis est potentia et actus, et inter haec aliquo modo motus, et ideo etiam motus aliquo modo est in omnibus generibus, ideo necesse fuit etiam de ista ratione coordinationis praedicabilium determinare, et ideo oportuit tractare de motu secundum motus communitatem, quam in motibus ponit ratio coordinans praedicabilia ad unum | commune, quod in generibus pluribus invenitur. Si autem est secundum ordinationem aliorum generum ad primum, quae est etiam coordinatio, quam ratio ponit, sic [a] logico necesse fuit tractare de habere. Et in his sufficientia est coordinationis praedicabilium.

Et per ipsam divisionem patet etiam ordo capitulorum istorum, | quia prius est id quod sumitur secundum ipsorum generum diversitatem, quam quod sumitur penes ea quae sunt in genere, et sic oppositio est ante omnia alia. Adhuc prius est quod est in genere secundum substantiam suae coordinationis, quam id, quod est in genere secundum reductionem ad ens generis, et sic prius et simul est ante reliqua. Adhuc quod est in genere secundum reductionem ad commune, quod est hoc genus vel illud, est ante reductionem ad unum, quod est habens ut subiectum, et sic capitulum de motu est ante capitulum de habere. Patet igitur et sufficientia postpraedicamentorum et ordo eorum ad invicem, quia etiam prius est ante simul, quia in coordinatis prius sunt ipsa coordinata secundum rationem quam ea in quibus stat coordinatio. De his hac de causa, quae dicta est, tractandum est.

Cap. 2. De oppositione in communi et generibus oppositorum

Inter ista ergo primo tractandum est de oppositione, quae, quia forma et intentio est rationis posita supra ea, quae in natura opposita sunt, ideo, in quantum stat super ea, quae sunt et entia aliquo modo, forma est entis.

11 b 15–23 (Arist. Lat. 69,11–17): De propositis itaque generibus quae dicta sunt sufficiunt. Quotiens solet opponi dicendum est. Dicitur autem alterum alteri opponi quadrupliciter, aut ut ad aliquid, aut ut contraria, aut ut habitus et privatio, aut ut affirmatio et negatio. Opponitur autem unumquodque istorum, ut sit figuratim dicere, ut relativa ut duplum dimidio, ut contraria ut malum bono, ut secundum privationem et habitum ut caecitas visui, ut affirmatio et negatio ut sedet – non sedet.

CaO1P1BrShSiV1 pap 26 *Sh* f. 54va 32 *Ca* f. 56va

1 erit] est *pap* | quia] cum *V1* 1–3 quia – oppositio *om. (hom.) Sh corr. in marg. Sh*[1] 1 cum *Sh*[1] enim *cet. codd. om. pap* 2 exeant] exeunt *Si pap* | erit] et est *pap* 4 id] illud *pap* | aut *iter. Si* 5 coordinata] ordinata *pap* 6 aut] species *add. Si* | ad quae] in quibus *pap* 7 quae *sup. lin. Sh*[1] *om. Si* | primo] prius *Si* modo *add. Br* 8 coordinata *Sh* ordinata *cet. codd., edd.* | sint] sunt *Br* sit *pa* | et] vel *Sh* 10 sicut *om. Si* 11 species sicut *suppl. editor cum pap* ut *(sup. lin.)* species *Br* 12 genere uno *inv. Br* | uno *sup. lin. Sh*[1] et per quae fit divisio *add. Sh* 13 per *om. Si* | fit] sit *Si om. V1* 14 quia] quae *pa* simul *add. et exp. V1* 15 et *Sh* etiam et *CaO1P1SiV1 pap* etiam *Br* | in quibus] quae *CaO1P1* per quae *Br* | quibus] quae *SiV1* | coordinatio] tota et per quae fit divisio coordinatorum tunc erit tractatus de simul, quia et individua in quae stat coordinatio *add. V1* 15–16 simul – sunt *Br* sunt simul natura *Si pap* 16 sunt *om. CaO1P1ShV1* | differentiae] diffinitione *CaO1P1SiV1 pa* | quas] quam *CaO1P1SiV1 pa* | divisio coordinatorum *inv. Si* 17 sunt oppositae] oppositae *Si* oppositi *V1* 18 Hac] hic *p* | igitur] ergo de *pap* 19 de *om. p* | est *om. Si* 20 haec *om. V1* 21 modo[1]] est *add. Br* | etiam] et *P1 sup. lin. Sh*[1] | aliquo modo *om. pap* 22 generibus] generalius *pa* | fuit etiam *inv. O1* | etiam *ante* necesse *transp. Si* | ista] illa *V1 pap* 22–23 ratione coordinationis *inv. Si* 25 ponit] ponitur *pa* 26 ad] in *Sh* | unum commune] invicem *O1* 27 ordinationem] coordinationem *O1BrSi* | aliorum] illorum *pap* 28 coordinatio] ordinatio *V1* 29 ponit] ponitur *pa* | a *del. editor cum Si p* | necesse – tractare] fuit tractare necesse *V1* | tractare] detractare *Sh* | tractare – habere] de habere tractare *Si* 30 sufficientia est *inv. Sh* 31 etiam *om. pap* 32 istorum] illorum *O1* | quia] quae *O1* | est] ad *add. O1* 33 quod] quae *O1* 34 est] in omnibus *add. et exp. Sh* 37 est *om. Br* 38 est[1]] sunt *Br pap* | est[2] *om. CaP1V1ShSi* 40 illud] id *p* 41 ut] ad *P1* 41–42 de – capitulum *om. (hom.) SiV1* 42 ante *om. pa* | de] debet *V1* | Patet] potest *Br* | et *om. Br pap* 43 invicem] sic sive *add. Br* 44 etiam – est] est etiam prius *Br* | prius[1] – coordinatis *om. (hom.) O1 corr. in marg. O1*[1] | coordinatis] coordinatione *Si pap ex* coordinationes *corr. P1*[1] 46 De] et *praem. pap* | his] ergo *add. Sh* | est] sunt *Br om. O1 pap* 48–49 Cap. – oppositorum *om. pa* | De – oppositorum *om. Br* 49 oppositorum] oppositionum *Si* 50 ista] illa *V1 pap* | ergo] igitur *Br* 51 quia *om. pap* | forma] est *add. O1P1BrSiV1 pap* | intentio] intensio *P1* | est *om. Br p* | est rationis *inv. Si pa* | posita *post* ea *transp. Sh* | supra] super *Br* sibi *pa* 52 in[1] *om. O1* | in[1] natura *om. pap* | natura *ex* materia *corr. Si*[1] | opposita *om. Sh* | sunt] et *add. Si om. O1P1V1* 52–53 super] supra *O1P1BrSiV1* semper *pa* 53 et *om. p* | et entia *inv. Br* | entia] etiam *pa* | modo] sunt *add. CaO1P1BrV1* | forma est *inv. Si*

54 Quotiens – est *CsVaKö a om. ed.* 56 Opponitur *CsCh a* opponuntur *ed.*

In quantum autem actualis oppositio est comparatio rationis, quae unum oppositorum comparat alteri, tunc est forma et intentio, quae attingit etiam non ens, in quantum ens opponitur non enti tam in contradictoriis quam in privative oppositis et etiam in contrariis, secundum quod contraria ad privationem et habitum reducuntur. Hoc enim non est inconveniens, quod intentio vel forma, quae potentialiter est in rebus et actualiter in ratione, sit et entis et non entis, quia ratio comparans unum alteri comparationem facere non potest, nisi respiciat et stet aliquo modo super utrumque. Et sic quidem oppositio simpliciter est forma entis, secundum quid autem est etiam non entis.

Ex his etiam patet quod oppositio aliquo modo est forma unius et aliquo modo multorum. Est enim unius, secundum quod unum consideratur oppositum alteri, sed non est forma, quae absolute sit in uno, sed est in uno respectu alterius. Est etiam oppositio multorum, quia dicimus quod ista vel illa sunt opposita, et hoc est quod per rationem utriusque oppositio comparata est ad alterum et stat sic in oppositis. Hoc enim modo forma, quae non est absoluta, potest esse multorum.

Ex his etiam patet quod oppositio, in quantum oppositio, secundum genus est ad aliquid, quamvis haec species oppositionis non sit ad aliquid nisi mediante genere, hoc est reduplicatione ad genus sic, ut dicatur quod contrarietas, in quantum est oppositio, est ad aliquid, secundum quod in ANTEHABITIS dictum est, quod grammatica, secundum quod est disciplina, est ad aliquid, et non secundum quod est grammatica vel haec scientia.

Et si QUIS obiciat quod relatio est forma eorum, quorum utrumque est ens actu, oppositio autem potest esse eorum, quorum alterum est non ens, et quod ideo oppositio non sit relatio, adhuc autem quod relatio est secundum genus unum tantum, oppositio autem est in pluribus generibus, et quod ideo oppositio non est relatio, dicendum quod hae argumentationes non valent, quia oppositio, sicut ANTE DICTUM, est intentio, quam ponit ratio super res, et ideo relatio, quae ponitur ibi a ratione, intentio est, et talis relatio est relatio entis ad id, quod ut oppositum, et non ut res, est in ratione. Et tale ens sufficit relationi, quae est posita super intentiones.

Ad ALIUD autem dicendum quod, quamvis relatio sit genus unum, non tamen propter hoc sequitur quod relata sint in genere uno tantummodo. Oppositio autem est distantia relatorum ad invicem, et hoc modo est in diversis praedicamentis. Sic ergo patet, quid sit oppositio. Est enim omnis oppositio, ut dicit BOETHIUS, hoc habens quod opposita non possunt esse simul in uno et eodem. Unde oppositio est repugnantia vel essentialis distantia aliquorum se non permittentium simul esse in eodem.

Nunc igitur quaerendum secundum oppositionis divisionem, *quotiens* sive quot modis *solet* unum *opponi* alteri. *Dicitur autem alterum alteri* sive unum alteri *opponi quadrupliciter*, hoc est, uno quattuor modorum: *aut* enim opponuntur *ut ad aliquid, aut ut contraria, aut ut habitus et privatio, aut ut affirmatio et negatio*. Oppositio enim, ex quo est forma rationis secundum intentiones, quae in ratione sunt, quae respicit tam non ens quam ens, aut est inter ea quae actu sunt, aut inter ea quorum unum est et alterum non est. Si est inter ea, quae actu sunt et suis formis repugnantiam habent oppositionis, tunc aut sunt se expellentia ab eodem susceptibili | secundum actum

CaO1P1BrShSiV1 pap 64 *Sh* f. 54vb

1 comparatio] compartitio *O1* comperatio *pa* actionis *add. et exp. Ca* 2 quae] quod *CaO1P1* qua *pap* | comparat] comperat *pa* comparatur *p* 3 etiam] et *pap* | non *sup. lin. O1*[1] 4 ens – non] non ens opponitur *Si* 6 quod] quidem *P1* 7 enim] autem *Si om. pa* 9 sit] sunt *CaO1P1Sh* | comparans] comperans *pa* 10 comparationem] comperationem *pa* 11 super] sunt *V1* sive *pa* 11–12 quidem] quaedam *Si* 12 simpliciter] simplex *O1* 13 autem] aut *Sh* | est etiam *inv. O1P1V1 pap* 14–15 est forma *inv. pap* 15 modo] est forma *add. SiV1* 17 est[1] *om. Si* | absolute *iter. Si* | uno] una *Si* | sed[2]] hoc *pap* 18 etiam] autem *O1* 19 ista] i[c] *Si* illa *pap* | illa] ista *Sh* | et *om. Sh* | hoc] haec *V1* 20 quod] quia *O1* | rationem] rationes *Si* | oppositio *Sh* oppositorum *cet. codd., edd.* | comparata] parata *CaO1P1* comperata *pa* 21 alterum *lac. P1* | oppositis] oppositionis *CaP1* 23–24 in – oppositio *om. (hom.) V1* | oppositio *om. O1* 24 haec] hic *O1 om. pap* 24–25 species] quamvis *add. V1* 25 oppositionis] vel *add. CaP1Sh* | sit] sint *pap* 28 secundum] autem *add. Sh* | secundum quod] sicut *Br* | dictum] determinatum *Si* 29 et *om. Si* 31 eorum *post* relatio *transp. Sh* 33 eorum *om. Br* | quod *om. Br* 34 sit] est *Br* | relatio[1] *om. Si* | quod] quia *pap* 35 unum tantum *inv. V1* | oppositio *om. Si* 38 ante *in marg. Sh*[1] | dictum] est *add. Br pap* | est intentio *inv. Br* 39 super] supra *Br* | res] eos *CaP1* ens *V1* 40 est[2] *iter. pa* | ad id *om. pap* | id] illud *O1* 41 quod] est *add. O1* | ut[1] *om. V1* ad *add. Si* | oppositum] est *add. CaP1Si pap* 42–44 relationi – hoc] ad relationem sed tamen non *Br* | quae – unum *om. O1* | est – unum *om. CaP1* 42 super] sicut *pa* 44 genus unum *inv. pap* | hoc] haec *V1* 44–45 relata] relativa *Br pap* 45 genere] in *add. O1* | tantummodo] tamen modo *CaO1P1* omni modo *ShSi pap* | autem *om. P1* 46 est[1]] substantia *add. et exp. V1* | distantia] instantia *Sh* 47 ergo] igitur *BrSi* | sit] est *Si* 48 omnis oppositio *om. pap* 49 habens] dicens *Br* | et] in *add. Si* 51–52 simul – eodem] esse in eodem simul *pap* 51 esse] est *Ca* 53 igitur] ergo *pap* | quaerendum] est *add. BrV1 pap* 54 quot] quod *CaSh* 56–57 opponuntur] opponitur *pap* 57 ad *om. Si* 58 enim] autem *O1* | ex *om. pa* | ex quo] quae *O1 p* 59 intentiones] intentionem *Si* 60 respicit] recipit *P1* | non – ens] ens quam non ens *pap* | est *sup. lin. Br*[1] *om. CaO1P1Sh* 61–62 aut – sunt *iter. Si* 61 quorum] quo *CaP1* | unum] actu *add. O1* 62 alterum] aliud *Si* | Si] autem *add. pa* enim *add. p* | Si est] sicut *CaO1P1* | est[2] *om. BrV1* | ea *om. V1* 63 repugnantiam habent *inv. O1* | aut] autem *O1P1* | sunt *SiV1 post* susceptibili *transp. Br om. CaO1P1Sh* 63–64 sunt se *inv. pap* 64 expellentia] se *add. O1* 64–p. 138 v. 1 actum – potentiam *inv. pap*

1–13 Utrum oppositio sit forma entis cf. Kilw., Super Praed. (ed. Conti p. 126 v. 7–15). – 14–22 Utrum oppositio sit forma unius cf. Kilw., Super Praed. (ed. Conti p. 126 v. 16–23). – 28 Supra p. 129 v. 22 – p. 130 v. 12. – 31–34 Cf. Kilw., Super Praed. (ed. Conti p. 126 v. 24–25). – 37–42 dicendum – intentiones: Cf. Kilw., Super Praed. (ed. Conti p. 126 v. 26–30). – 38 Supra p. 136 v. 51. – 43 Cf. supra v. 34. – 48–52 Boeth., In Cat. Arist. l. 4 (PL 64, 264D–265A). Cf. Kilw., Super Praed. (ed. Conti p. 127 v. 18–19).

et potentiam, aut expellunt se secundum actum et non secundum potentiam. Si primo modo, tunc est oppositio secundum ad aliquid, sicut patet in 'pater' et 'filius'. Idem enim respectu eiusdem est pater et nec est filius nec potest esse filius. Si autem se expellunt ab eodem secundum actum et non secundum potentiam, tunc est oppositio contrarietatis. Et ideo istae duae, quia sunt super ens, aliis duabus oppositionibus | praeordinandae sunt. Et oppositio relationis expellit suum oppositum secundum actum et potentiam, contrarietas autem secundum actum tantum, ideo oppositio relationis ponitur ante oppositionem contrarietatis. Si autem est inter ens et non ens, tunc aut inter ens simpliciter et non ens quo sive secundum quid, aut inter ens simpliciter et simpliciter non ens. Et primo quidem modo est oppositio inter habitum et privationem, quae licet privet habitum, relinquit tamen subiectum. Et si est secundo modo, tunc est oppositio inter affirmationem et negationem, in quibus affirmatio dicit ens, negatio autem simpliciter non ens. Et habent ordinem secundum quod plus vel minus habent de ente, et hoc modo privatio et habitus sunt ante affirmationem et negationem.

Vel si placet, dici potest quod oppositio aut est inter complexa aut incomplexa. Si inter complexa, est oppositio contradictionis. Et quia in hac parte logices complexa non intenduntur nisi secundum potentiam – tractatur enim de ordinabilibus ad complexionem – propter hoc oppositio contradictionis ponitur ultimo ut minus intenta. Si autem est inter incomplexa, aut ⟨est⟩ inter ea, quae secundum formam opponuntur ratione repugnantiae formarum vel ratione perfecti secundum formam et imperfecti. Si secundo modo, tunc est oppositio privationis et habitus. Si primo modo, aut ⟨est⟩ oppositio secundum formas, quae sunt formae totius et totum consequentes, aut secundum formas materiam respicientes, in qua fiunt secundum potentiam materiae ad utramque per motum et mutationem. Et primo quidem modo est oppositio ad aliquid, secundo autem modo est oppositio, quae est contrarietas. Potest etiam pluribus aliis modis sumi divisio oppositionis. Et hoc quia valde facile est cuilibet consideranti naturas oppositorum, ideo pertransimus.

Ut autem singillatim ista per exempla declarentur, *unumquodque istorum* opponitur. *Opponitur* enim *ut relativa* id, quod est *dimidium et duplum, ut contraria* autem *sicut malum et bonum*. Quamvis enim malum, ut Aristoteles dicit in xiii metaphysicae, sit privatio boni, tamen secundum quod bonum est in habitibus et actibus, sunt contraria, quia malus habitus ex malis relinquitur actibus et est qualitas quaedam in anima, sicut malus actus est operatio quaedam ab anima elicita, et sic contrarie opponitur malum ad bonum, prout est bonum in oppositis habitibus et actibus ad malum. Et hoc est accipere id quod est malum et id quod est bonum. Si enim accipiatur utrumque istorum formaliter, scilicet unde malum et unde bonum, tunc tam in anima quam in habitu et quam in actu malum ad bonum privative opponitur et in corpore et in natura tota, sicut probant simul Aristoteles et Dionysius, quia etiam in corpore malum privatio est et in tota natura non est nisi privatio, sed hoc non est praesentis intentionis. Sufficit enim quod bonum et malum, secundum id quod sunt, contraria sunt.

CaO1P1BrShSiV1 pap 8 *Ca* f. 56vb

1 expellunt] expellentia *pap* | et[2] *om. pap* 2 secundum *om. Sh* 3 sicut] ut *Si* | patet in *om. Br* | pater – filius] patre et filio *O1 pap* 4 est[1] *om. pap* | et *om. Sh pap* | nec] non *Br* | filius *om. pap* 5 esse] et *add. p* | se expellunt *inv. V1Sh* | expellunt] expellant *pap* 7 ideo *om. pap* | istae] illae *V1* | quia] quae *O1* 8 aliis *iter. Si* 9 Et] quia *add. pap* | suum *om. pap* 10–11 et – actum *om. (hom.) Br* 11 tantum] solum *O1* 12 ens] simpliciter *add. pap* 13 aut] est *add. Br pap* 13–15 quo – ens *om. (hom.) P1 corr. in marg. P1[1]* 13–14 quo sive *om. pap* 14 secundum *om. Sh* 14–15 simpliciter – ens] non ens simpliciter *BrSi pap* 16 habitum[1] – privationem *inv. O1* | privet] primum *V1* 16–17 relinquit] reliquit *V1* 17 Et *om. Si* 19 negatio autem] et negatio dicit *Si* 19–20 simpliciter – ens] non ens simpliciter *Br* 20 ordinem] ordinationem *O1* 22 ante *sup. lin. P1[1]* 23 est *om. CaSh* 24 aut] inter *add. pap* | complexa[2]] tunc *add. BrSi pap* 25 contradictionis] conditionis *p* | logices] logicae *O1Br* 25–26 logices complexa] complexa secundum logicos *pap* | complexa *om. Si* 28 hoc] haec *add. Br* | ultimo] ultima *O1* 28–29 ultimo – intenta] ut minus ultimo intenta *Br* 28 ut] et *P1V1 corr. sup. lin. P1[1]* 29 incomplexa] complexa *O1SiV1 corr. V1[1]* | est[2] *suppl. editor cum pap* 33 est *suppl. editor cum pap* | oppositio] opposita *Sh* 34 formas] formam *V1 pa* | formae totius] formam *pap* | totius *om. P1Si* | totius et *om. O1V1* 35–36 respicientes] inspicientes *O1* 36 fiunt] fiant *CaO1P1BrSiV1 pa* 37 utramque] utrumque *pap* | motum] et *add. Br* 38–39 ad – oppositio *om. (hom.) P1 corr. in marg. P1[1]* 38 autem modo *inv. Br* 39 etiam] igitur *Si* 40 sumi] sive *P1* | hoc *in marg. (transp.) Br[1]* | hoc] est *add. et exp. Sh* | hoc quia *inv. V1* 41 cuilibet *om. Si* 42 pertransimus] pertransibimus *Br* 43 ista] unumquodque istorum *Br* | ista] illa *pap* | declarentur] declaretur *Br* qualiter *add. O1* 44 unumquodque] unum *cum ras. Sh* | unumquodque – opponitur *om. Br* | istorum] illorum *V1* | opponitur – enim] oppositorum opponitur *pap* | relativa] relative *O1P1BrSiV1 pap* 45 autem] aut *P1* | sicut] ut *Br pap* 46 malum[1] – bonum *inv. Si* 46–47 Aristoteles dicit *inv. BrSh* 47 in] duo *add. et exp. P1* | xiii] quarto *BrSi* tertio *p praem. et exp. Sh* 48 actibus] oppositis *add. Si* 49 contraria] oppositis *add. V1* 50 malus] in aliis *O1* 52 malum – bonum[1] *inv. Sh* 52–53 oppositis habitibus *inv. Br* 53 malum] est *add. pa* | Et[2]] est *CaO1P1 om. Br* 54 id[1]] illud *Br* 55 istorum] illorum *V1 om. Br* | scilicet] et *add. et exp. P1* 55–56 unde – unde] verum … verum *Si* unum … unum *pa* 56 unde – in *iter. P1 corr. P1[1]* | tunc] forma *add. pap* | quam] quantum *Sh* 57 habitu] habitum *Si* | quam] quantum *Sh* quod *pa om. p* | in] etiam *O1* | ad] et *Sh* 57–58 opponitur] ponitur *Si* 58 et[1]] etiam *add. Sh* | tota *editor cum p* cum *CaP1BrShSiV1 om. O1* tamen *pa* | probant] probatum *V1* 58–59 probant simul *inv. Br* 59 simul] similiter *p om. Si* et *add. BrV1 pap* | quia] quod *Br* 60 privatio[1] est *inv. Br* 61 praesentis intentionis] praesens intensionis *P1*

12–17 Si – subiectum: Cf. Kilw., Super Praed. (ed. Conti p. 127 v. 6–8): 'Si autem fuerit inter ens et non ens, aut erit simpliciter non ens, et sic erit contradictio; aut non ens quadammodo, et tunc erit oppositio secundum privationem et habitum'. – 46–47 Immo: Arist., Metaph. l. 10 c. 4 (1055 b 20), ubi malitia virtuti opponitur ut privatio habitui. Cf. infra p. 159 v. 17–18 ('ut docet Aristoteles in decimo Metaphysicorum'). Alb., Summa I. Ed. Colon. t. 34, 1 p. 199 v. 48 sqq. ('in X Metaphysicae'). Albertus hunc locum cum Metaph. l. 14 c. 4 (1091 b 22 sqq.), quem allegat infra, confundere videtur. – 59 Arist., ibid. | Ps.-Dion., De div. nom. c. 4 § 29, § 32 (ed. Suchla p. 175 v. 5–9, p. 177 v. 10–11; Dionysiaca I, 297–298, 306–307).

Secundum privationem autem *et habitum* opponuntur *ut caecitas* opponitur *visui*; caecitas enim est privatio visus in eo, quod natum est habere visum. *Ut affirmatio* autem *et negatio* opponuntur *ut* '*sedet*' '*non sedet*', quando quaecumque affirmat affirmatio, negat negatio, et e converso quaecumque negat negatio, affirmat affirmatio. Haec igitur figuraliter ⟨sive⟩ superficialiter dicta sunt modi oppositionum.

Si autem quaeritur, quae sit divisio oppositionis in quadrupliciter opposita, dicendum quod communiter dicitur quod sit divisio sicut generis in species. Sed secundum veritatem est communis quod per prius et posterius dividitur in suos modos, quia oppositio non praedicatur aequaliter de oppositis sed per prius et posterius, quia oppositio secundum esse et non esse sive secundum affirmationem et negationem est plus omnibus habens de oppositione. Et oppositio secundum habitum et privationem, quae est oppositio secundum esse et non esse secundum quid, post hoc plus habet de oppositione. Oppositio autem secundum esse et esse minus habet, et in tali oppositione plus habent ea, quae sunt actu contraria potentia entia in eodem quam illa, quae sunt relativa, quae nec actu nec potentia possunt esse in uno eodem, quia quamvis actu et potentia simul esse non possint, tamen formalem contrarietatem non tantam habent, quantam contraria quae se mutuo expellunt, quia relativa non se mutuo expellunt, eo quod non se mutuo in eodem contingunt, | et ideo formas non habent activas invicem et passivas. Et ex his iterum patet quaedam sufficientia oppositionum et ordo oppositorum, secundum quod plus vel minus habent de oppositione. Quae enim minus habent prius et quae plus habent posterius ordinantur.

Cap. 3. De relative oppositis

Dicamus igitur primo de relative oppositis quod *quaecumque ut relativa opponuntur*, | *ea ipsa, quae sunt, oppositorum* sunt et *dicuntur* secundum eundem casum vel *quomodolibet aliter* ad aliud; secundum eundem casum vel diversum, *ut duplum* et *dimidium*, hoc *ipsum quod est*, utrumque ipsorum *alterius dicitur; alicuius enim duplum dicitur* duplum; dicitur enim dimidii duplum. Et haec sunt vere ad aliquid secundum hoc ipsum, quod sunt. Sed etiam secundum dici disciplina quodammodo secundum alium casum disciplinati dicitur disciplina et *disciplina disciplinato est opposita* secundum relationem, quia *disciplina dicitur* hoc *ipsum, quod est, disciplinati, et disciplinatum* hoc *ipsum, quod est*, secundum quod disciplinatum est stans sub forma disciplinae, *ad* suum *oppositum* sive correlativum est, quamvis non secundum eundem casum, quia non dicitur disciplinatum disciplinae disciplinatum, sed disciplina disciplinatum; *disciplinatum enim dicimus aliquem* non disciplinae sed *disciplina disciplinatum*, per ablativum casum convertentiam facientes.

11 b 24–38 (Arist. Lat. 69,18–70,6): Quaecumque igitur ut relativa opponuntur, ea ipsa quae sunt oppositorum dicuntur, aut quomodolibet aliter ad ea; ut duplum dimidii, ipsum quod est, alterius dicitur (alicuius enim duplum dicitur); sed et disciplina disciplinato tamquam relativa opposita est, et dicitur disciplina, ipsum quod est, disciplinati; sed et disciplinatum, ipsum quod est, ad oppositum dicitur, id est ad disciplinam (disciplinatum enim aliquem dicimus disciplinatum disciplina). Quaecumque ergo opposita sunt tamquam ad aliquid, ipsa quae sunt aliorum dicuntur aut quomodocumque ad invicem; illa vero quae ut contraria, ipsa quidem quae sunt nullo modo ad se invicem dicuntur; neque enim bonum mali dicitur bonum, sed contrarium; nec album nigri album, sed contrarium. Differunt ergo hae contrarietates ad se invicem.

CaO1P1BrShSiV1 pap 28 *Sh* f. 55ra 36 *Ca* f. 57ra

1 privationem] privatio *Ca* | autem *om. O1* | autem – habitum] et habitum autem *pa* 2 opponitur] opponuntur *p* | enim] autem *Br* | enim – privatio] privatio est *Si* 3 quod] aptum *add. Br* | natum est *inv. O1* | Ut] et *Br* | et] autem *Si* 4 sedet[1]] vel *add. Si* | quando] quia *Br om. pap* 4–5 quando quaecumque] quandocumque *Si* 5 negat negatio *inv. pap* 5–6 converso] contra *pap* 6 Haec] hi *pap* 7 sive *suppl. editor cum Br* | superficialiter *in marg. Sh*[1] *om. O1* | dicta] dicti *pap* 9 quaeritur] quaeratur *pap* 10 quadrupliciter] quattuor *pap* 11 sicut *om. Br* | in] et *V1* 12 est – quod *om. pap* | quod] quae *O1P1SiV1* 13 dividitur] dicitur *CaP1SiV1* dicatur *Sh* 13–14 quia – posterius *om. (hom.) p* 14 de] suis *add. Si* 15 secundum[1]] de *pap* 16 affirmationem] est *add. Ca* | omnibus] his *add. Br* 16–17 omnibus – oppositione] habens de oppositione omnibus aliis *pap* 18 quae] quod *O1* quem *P1* | est *om. O1* | esse[1]] simpliciter *add. Br* | et *om. pa* 19 secundum *om. pa* | hoc] hic *V1* 20 et[1]] non *add. O1P1 pap exp. P1*[1] 21 habent] sunt *V1* 22 entia] esse *p add. pa om. Br* | quam] quod *add. pa* 23 quae] quia *pa* | uno *om. pap* 24 quamvis] nec *add. O1* | et] actu *add. Si* 25 possint] possunt *O1P1Br* | non *om. O1* 26 quantam] sicut *Br* | se] et *add. CaO1P1* 27 quia – expellunt *om. (hom.) SiV1* | non[1] – mutuo] se mutuo non *pap* 27–28 non[2] – eodem] se in eodem non *pap* 28 in eodem *om. O1* 29 activas invicem *inv. Si pap* | Et[2] *om. pap* 30–31 oppositorum] ipsarum *pap* 31 de *iter. Sh* 31–32 de – habent *om. (hom.) P1 corr. in marg. P1*[1] 32 quae[2] *om. Si* 32–33 habent *om. BrSi* 34 Cap. – oppositis *om. Br pa* | oppositis] in praedicamentis *add. Si* 35 igitur] ergo *Br pap* 36 relativa] relative *pap* 37 et *om. Si* | quomodolibet] quidlibet *Si* quolibet *p* 38 secundum] per *Si* 39 et] vel *O1P1* 40 alicuius – dicitur *om. (hom.) pap* 40–41 duplum[2] – enim] scilicet *Br* 41 duplum *om. Br* | haec] hae *pa* 42 Sed *om. V1* 43 quodammodo] aliquomodo *Si* 44 disciplinati dicitur *inv. pap* | disciplina[1]] et disciplinatus disciplina disciplinatus *add. pap* | disciplinato *ex* disciplinatio *corr. P1*[1] | est *om. pa* 45 dicitur] est *O1* 47 secundum – est] disciplinatum *Si* | quod] disciplinam *Br om. ShV1* 48 sive – est] correlative *Br* | correlativum] corporeum *Si* 50–53 disciplina – facientes] sed in ablativo vel in accusativo per adiunctionem praepositionis ut disciplinatum per disciplinam disciplinatum vel ad ipsam *Br* 52 disciplinae] disciplinatum *add. pap* 53 facientes] facientem *pa*

60 Differunt – invicem *om. CsChVa* | contrarietates] oppositiones *a Alb.*

7 figuraliter sive superficialiter: Cf. supra p. 17 v. 3.

Concludimus igitur generaliter quod *quaecumque* relative *opposita sunt*, ipsum, quod *sunt, aliorum dicuntur* secundum genitivum *aut quomodocumque ad invicem* dicantur secundum alium casum aliquem. Haec autem differunt ab omnibus aliis modis oppositionum et praecipue a contrariis. Contraria enim non aliorum dicuntur, sed *dicuntur contraria* esse sibi vel *ad se invicem. Non enim dicitur bonum mali bonum, sed* dicitur bonum malo *contrarium; nec album dicitur nigri album, sed* dicitur album nigro *contrarium*. Ex quo patet quod *hae* duae *ad invicem differunt* oppositiones.

Si autem QUIS obiciat dicens quod opposita se mutuo interimunt et expellunt, relativa posita se ponunt et interempta se interimunt, et sic relativa non sunt opposita: solvendum, sicut in ANTEHABITIS dictum est, quod relativa in hoc habent virtutem et naturam oppositorum, quod se expellunt actu et potestate ab eodem susceptibili sive subiecto, et quod posita se ponunt, non habent ab eo, quod sunt opposita, sed ab eo, quod ad se invicem dependent secundum intellectum, quia sic utrumque est finis et terminus alterius et sic unum non potest poni sine reliquo, quia quod ponitur esse, finito intellectu ponitur esse; finitum autem intellectum non habet unum sine alio. Hac etiam necessitate fit quod destructa se perimunt. Destructo enim uno alterum non est in esse finitum; nihil autem est actu nisi quod finitum est in esse; igitur quod non est finitum in esse, non est; quod enim finitum est in intellectu, finitum est etiam in esse, quia per idem intelliguntur res, per quod etiam sunt in esse, sicut dicitur in PRINCIPIO PHYSICORUM.

OBICITUR tamen contra ea, quae dicta sunt, quod contraria ut contraria ad invicem referuntur, quia contrarietas est forma relationis, et ideo quaecumque sunt contraria, in quantum sunt contraria, sunt etiam relativa. Sed ad hoc dicendum est sicut PRIUS, quod contraria ut opposita ad invicem referuntur et sunt relativa secundum genus et non secundum speciem aut secundum individuum. Et quando dicitur quod contraria, secundum quod contraria, sunt ad aliquid, est locutio duplex ex eo, quod id, quod dicitur 'secundum quod', potest facere reduplicationem contrarietatis, ut est oppositio, aut ut haec oppositio in specie designata. Et primo quidem modo vera est haec 'contraria ut contraria sunt relativa', sed tunc non sequitur conclusio quod oppositio relationis sit oppositio contrarietatis. Si autem facit reduplicationem huius contrarietatis, tunc haec est falsa 'contraria, secundum quod contraria, sunt relative opposita'. Et solvitur per interemptionem primae propositionis, et ideo patet quod non probat. Quamvis enim ex falso sequatur aliquando conclusio, tamen nihil probant.

Hoc igitur est primum genus oppositionis inter quattuor, quae dicta sunt. Et cum omnia opposita nata sint fieri circa idem, haec quae dicuntur relative opposita, semper sunt in diversis et non sunt nata fieri circa idem, nisi in hoc, quod ad invicem referuntur et sunt ad invicem hoc ipsum, quod sunt. Quod autem mutuo se ab eodem expellunt actu et potentia essendi in eodem, iam in ANTEHABITIS expositum est, qualiter conveniat relativis.

CaO1P1BrShSiV1 pap

1 Concludimus] concludamus *ShSi p* | igitur] ergo *Br* 1–2 relative] relativa *Sh* | relative opposita *inv. Si* 2 opposita sunt] opponuntur hoc *Br* | sunt[1]] hoc *add. pap* 3 genitivum] casum *add. Br* | ad – dicantur] aliorum (aliter *pap om. Si*) dicantur ad invicem *SiV1 pap* | dicantur *om. Br* 4 alium – aliquem] aliquem alium casum *pap* | aliquem *om. Br* | Haec] hic *V1* 5 oppositionum] oppositionis *Si pap* 6 non – dicuntur] aliorum non *Br* 7 se *om. V1* | Non enim] quia *Br* | dicitur *om. O1Sh* 8 dicitur[1] bonum *om. Br* | nec] neque *pap* 9 dicitur album *om. Br* | album[2]] albo *Si* 10 quod] duae *add. et exp. Sh* | ad] ab *Br* | oppositiones *post* duae *transp. Br* 11 autem quis *inv. Br* | dicens *om. BrSi* | se mutuo *inv. Br* 12 interimunt] perimunt *(transp. Br) O1P1BrSiV1 pap* | relativa] autem *add. O1Br* 12–13 interempta – interimunt] perempta se perimunt *O1BrSi* 13 relativa *om. Br* 14 solvendum] est *add. O1* | in antehabitis] prius *Br* | dictum est *inv. Si* 15 habent] sunt *V1* 16 se expellunt *inv. Br* | potestate] et *add. O1* 17 subiecto] respectu eiusdem *add. Br* | ponunt] ponant *pap* 18 ab[1]] ex *Br* | opposita *iter. Si* | sed] habent *add. SiV1 pap* | ab[2] eo *om. O1P1* | quod[2] *iter. V1* | ad] a *Sh p* si *pa om. V1* | se *om. Br* 19 quia] et *Si* 20 non] nec *Ca* 21 quia quod *inv. Br* | quod] quidem *V1* 21–23 finito – alio] finitum per intellectum alterius, non ponitur esse finitum ante intellectum illius nec habet esse sine illo *p* 21–22 finito intellectu] finitum per intellectum *pa* 22 finitum autem] sed finitum *Br* 22–23 finitum – alio *in marg. P1[1]* 22 autem] ante *pa* 23 habet *om. O1* | alio] reliquo *V1* | Hac] hoc *CaO1P1SiV1 pa* | Hac etiam] ideo etiam hac *Br* | etiam] autem *O1* | quod] quae *P1* quia *Si* relativa *add. Br* 24 Destructo enim] unde destructo *Br* | alterum] est *add. et exp. Sh* 25 est[2]] in *add. O1* 26 igitur] ergo *Br* 27 enim] autem *Br om. pap* | in[1] *om. Si pap* | finitum[2] – etiam] etiam finitum est *Br* | etiam] et *pap* 28 etiam *om. Br pap* 29 sicut – in *om. Br* | in[2] *om. p* | principio] primo *Br* p° *Sh p* secundo *pa* 30 ea – sunt] iam dicta *Br* 31–32 contrarietas] contrarietates *Si* 32 ideo] idem *CaO1P1 om. Si* 33 sunt[1] *om. Br* 34 est *om. BrSh pap* | quod] quia *pap* 36 secundum[1]] genus *add. V1* | aut secundum] vel *Br* 37–38 secundum – contraria *om. (hom.) P1Br corr. in marg. P1[1]Br[1]* ut contraria *iter. Sh* | secundum quod] ut *pap* 38 quod] non *Si* | sunt *om. O1P1* | est locutio *inv. O1P1BrSiV1 pap* 39 ex *om. Br* | id] illud *Si pap* 41 aut ut] aut est *(iter. sed corr.) Si* | ut *om. BrSh* | specie] se *pap* | Et *om. Si* 41–42 Et – quidem] primo *Br* | quidem] quidam *Si* 42 vera – haec] haec est vera *Br* 43 tunc *om. Br* | conclusio *om. Br* 44 relationis] non *add. O1* | sit] fit *P1* 45–46 haec – falsa] est falsa haec *pa* 46 quod *sup. lin. P1[1]* 47 primae *om. pap* 49 ex – aliquando] aliquando ex falso sequatur *O1* | sequatur] sequitur *Br* | sequatur aliquando *inv. Sh* 49–50 tamen – probant *in marg. P1[1]* 50 probant] probat *O1BrV1* probatur *pap* 51 oppositionis *om. Br* 52 cum] enim *pa* | sint] sunt *O1P1BrSi* 53–54 haec – idem *om. (hom.) O1* 54 idem] haec quae dicuntur relative opposita *add. Br* 56 ipsum *iter. P1* | quod *sup. lin. Sh[1]* | ab eodem *om. pap* 56–57 ab – expellunt] expellunt ab eodem *BrSi* 57 expellunt] expellant *p* 57–58 in[2] antehabitis *om. O1* 58 est] et *add. pap*

11–17 Cf. Kilw., Super Praed. (ed. Conti p. 127 v. 10–17). – 14 Supra p. 89 v. 35sq. et p. 99 v. 33sq. – 29 Arist., Phys. l. 1 c. 1 in initio (184 a 10–14). – 30–47 Obicitur – opposita: Cf. Kilw., Super Praed. (ed. Conti p. 127 v. 25–33). – 34 Cf. supra p. 137 v. 23–30. – 57–58 Supra v. 14.

Cap. 4. De contrariis sive oppositione contrarietatis

De contrarie vero oppositis tractantes nos non oportet diffinire contrarietatis oppositionem, quia iam in TRACTATU DE QUANTITATE ab opinione antiquorum constat quod contraria sunt, quae posita sub eodem proximo genere maxime distant a se invicem. Quia etiam quamvis medium comparatum extremo sit contrarium, tamen in quantum distat, distare non habet, nisi in quantum participat aliud contrarium quod maxime distat, et sic medium ab | extremo | non distat nisi ratione maxime distantis, et similiter medium a medio non distat nisi ratione maxime distantis, et sic omnia quae distant sub eodem genere proximo, aut sunt extrema maxime distantia, aut si non sunt extrema, distant tamen per ea quae maxime distant, hoc est participatione extremorum. Nata autem sunt fieri circa idem susceptibile sive subiectum, quod est potentia utrumque contrariorum, quia quorum est unum genus proximum, horum est una potentia, quia genus est potentia, in quo potestate est utrumque et a quo per divisionem per oppositas differentias factam exit et educitur utrumque. Sic igitur constat de substantiali diffinitione contrariorum.

Divisio autem contrariorum est quod *contrariorum* quaedam sunt circa suum subiectum sive susceptibile immediata, quaedam autem mediata, hoc est quod quaedam sunt, quorum alterum semper necesse est inesse suo susceptibili, quaedam autem sunt talia quod *alterum non est necesse inesse*, sed potest inesse medium, quod neutrum est extremorum. Horum igitur quorum necesse *est inesse alterum* illorum, nullum *est medium, quorum* autem *alterum non est* necesse *inesse, horum medium est aliquid.*

Ut autem figuraliter per exempla haec quae dicta sunt declarentur, contrariorum immediatorum in physicis quidem exemplum est *languor et sanitas* circa *animal* complexionatum *in corpore*; haec enim circa corpus animalis *nata sunt fieri et necessarium est alterum* horum *inesse corpori animalis, vel languorem* scilicet *vel sanitatem.*

Nec latet nos quod physicus inter aegrum et sanum ponit medium, quod est neutrum, verbi gratia quando animal actu sanum est sed dispositum ad aegritudinem, vel e converso, quando est actu aegrum sed dispositum ad sanitatem, vel quando est in toto sanum et secundum partem aegrum vel e converso vel aliquo alio tali modo

11 b 38–12 a 25 (Arist. Lat. 70,6–29): Quaecumque vero contrariorum talia sunt ut in quibus nata sunt fieri et de quibus praedicantur, necessarium est alterum ipsorum inesse, nihil eorum medium est (quorum vero non est necessarium alterum inesse, horum omnium est aliquid medium omnino); ut languor et sanitas in corpore animalis naturam habet fieri, et necessarium est alterum esse in animalis corpore, vel languorem vel sanitatem; sed et par et impar de numero praedicatur, et necessarium est alterum in numero esse, aut abundans aut perfectum; et nihil est in medio horum, neque inter languorem et sanitatem, neque inter abundantem et perfectum. Quorum vero non est necessarium alterum inesse, eorum est aliquid medium; ut nigrum et album in corpore naturam habet fieri, et non est necessarium alterum horum esse in corpore (non enim omne corpus aut album aut nigrum est), sed et pravum et studiosum praedicatur quidem et de homine et de aliis multis, sed non est necessarium alterum horum inesse illis de quibus praedicatur; non enim omnia vel prava vel studiosa sunt. Et est horum medium, albi quidem et nigri fuscum et pallidum et quicumque alii sunt colores, pravi vero et studiosi quod neque pravum neque studiosum est. In aliquibus itaque nomina posita sunt his quae media sunt, ut albi et nigri fuscum et pallidum; in aliquibus autem nomina quidem in medio assignare idoneum non est, sed per utrorumque summorum negationem quod medium est determinatur, ut quod neque bonum neque malum est, neque iustum neque iniustum.

CaO1P1BrShSiV1 pap 11 *Ca* f. 57rb | *Sh* f. 55rb

1–2 Cap. – contrarietatis *om. Br pa* 2 sive] et *O1* de *add. Si p* 3 contrarie] contrario *V1* | vero] vere *pa* 4 contrarietatis] contrarietatem *Si* 5 quantitate] contrarietate *pa* 6 posita] sunt *add. Br* 6–7 proximo genere *inv. Si* 7 genere] vere *add. pap* | distant – invicem] a se invicem distant *BrSh* 8 sit] fit *P1* 9–10 nisi – participat *om. O1* 10 quantum] quam *Si* | maxime] a se *add. O1* 11 ab] eodem *add. Br* 12 distantis] distantiae *pap* 12–13 et – distantis *om. (hom.) pap* 13 et – omnia *om. Si* 15 aut – extrema *om. Si* | si – sunt] sunt sicut *CaO1P1Br* | extrema] maxime distantia *add. Si* 16 distant] et *add. Br* | hoc] haec *V1* 17 autem sunt *inv. Ca* | sunt *om. Si* 18 utrumque] utramque *Si* utrorumque *pa* extremum *add. et exp. Ca* 19–24 quia – contrariorum *iter. V1* 20 est[1]] enim *CaO1P1* | est[1] una *inv. V1* | quia – potentia *om. Br* | genus] ergo *Sh* | est[2]] una *add. Si* 21 quo[1]] qua *CaO1P1BrSi* 22 factam] factas *Si* 23 igitur] enim *O1* ergo *pap* | substantiali] substantia *CaP1* subiecta *O1 om. Br* 25 Divisio] dico *Si pap* | contrariorum[1] est *om. Si pap* 25–26 contrariorum[2] quaedam *inv. Sh* 26 suum subiectum *inv. Si* | sive] suum *add. O1* 27 mediata] mediate *Sh* 28–29 semper – inesse] necesse est inesse semper *O1* 28 semper necesse *inv. p* 29 sunt *om. O1* 29–30 alterum – necesse] non est necesse alterum *Br* 31 igitur] ergo *Sh* autem *pap* 32 illorum] eorum *pap* | nullum est] nulli inest *CaO1P1Br* 33 est[1]] inest *Sh* | aliquid] aliquod *Br* 34 per exempla *post* declarentur *transp. Sh* | haec *om. pap* 35 immediatorum] et mediatorum *CaO1P1* et immediatorum *Br* 36 quidem] quidam *Si* | languor] enim *add. Br* 36–37 animal complexionatum] animalis complexionem sunt *Br* 37 haec] animal *add. et exp. Si* | haec enim] hoc est *Sh* 38 necessarium] necesse *Si* | horum *om. p* 39 scilicet *om. Sh pap* 40 latet] lateat *Br* | nos] vos *pap* | physicus] Galienus *p* Galienus vel philosophus *pa* | aegrum – sanum *inv. O1ShV1 pap* 42 actu – est] est actu sanum *pap* | dispositum] disponitur *Sh* 43 quando *om. V1* | sed dispositum] et disponitur *Sh* 44 sanum *om. pap* 44–45 secundum partem] in parte *Si* 45 aliquo alio *inv. CaP1BrSi* | alio *in marg. O1*[1]

48 naturam habet] nata est *a* nata sunt *Alb.* 48–49 esse – corpore] inesse animalis corpori *a Alb.* 52 esse – corpore] inesse corpori *a Alb.* | corpus *CsCa a om. ed.* 53 inesse *CsCh a* esse *ed.*

5 Arist., Cat. c. 6 (6 a 17–18); cf. supra p. 74 v. 46–58. – 6–7 contraria – invicem: Arist., Cat. c. 6 (6 a 17–18). – 40 – p. 142 v. 9 Cf. Kilw., Super Praed. (ed. Conti p. 128 v. 4–10): '(…) Physicus enim non ponit contraria immediata, quia eius consideratio non abstrahitur a motu et a materia, unde ponit medium inter sanum et aegrum quod dicitur «neutra dispositio» (…)'.

se habens. Omnia enim contraria quae fundantur super aequale et inaequale necessario sunt immediata, sicut et aequale et inaequale esse sunt immediata, quia ad affirmationem et negationem reducuntur, et sunt contradictoria in genere, quamvis simpliciter non sint contradictoria. Sanum autem et aegrum fundata sunt super aequale et inaequale, quia sanum est quod est in aequalitate complexionis, aegrum autem quod ab aequalitate discessit.

Et hoc modo neutrum non dicit medium, sed est aegrum non multum distans a sano vel sanum non multum distans ab aegro, et hoc considerat physicus secundum illam partem physicae quae medicina est. Intentiones autem sani et aegri, prout contrarietas est inter eas, considerat logicus, quae quia simpliciter sunt fundatae super aequale et inaequale, logicus dicit esse immediatas.

Est autem obiectio contra ea quae dicta sunt, quia in physicis semper est motus de contrario in contrarium; motus autem omnis medium habet, quia omne quod movetur de extremo in extremum sive de contrario in contrarium prius est in medio quam in extremo, et sic nulla sunt in physicis contraria, quae medium non habeant, ut videtur.

Et hoc quidem verum est per hunc modum quo procedit obiectio, scilicet secundum hoc quod contraria comparantur ad subiectum, quod potentia est sub utroque contrariorum successive, et sic contraria, prout sunt termini motus, considerat physicus.

Nihilominus tamen intentiones contrariorum causam aliquando accipiunt oppositionis ab aequali et inaequali, aliquando autem a formis essentialiter repugnantibus. Et quando accipiunt causam oppositionis ab aequali et inaequali, non potest inter illas intentiones esse medium propter affirmationem et negationem. Quando autem repugnantia et distantia essentialis est in causa, aut illae essentiae sive formae sunt miscibiles sibi ad invicem aut non sunt miscibiles secundum naturam.

Et siquidem sunt miscibiles, illa contraria habent medium. Si autem non sunt miscibiles, sicut aequale et inaequale non sunt miscibilia, tunc illa contraria secundum intentiones suas formales non habent medium. Sicut autem sanum et aegrum sunt immediata circa corpus animalis, sic *par et impar* circa numerum immediate opponuntur et *de numero praedicantur* immediate, ita quod omnis numerus est par vel impar propter eandem causam, quia numerus par est, qui in duo aequalia dividitur, impar autem, qui in duo aequalia non dividitur, sed in duo inaequalia. Et sic fundantur par et impar super aequale et inaequale; horum enim *alterum est necessarium esse in numero* sicut *abundans* et *perfectum*. Dico autem hic abundans non prout passio quaedam numeri, secundum quam dicitur numerus omnis aut esse perfectus aut diminutus. Non sic enim hic accipimus abundans et perfectum, sed secundum quod perfectum | est aequale, abundans autem distans ab aequalitate. Sic enim par numerus perfectus est, quia perfecte stat super aequale, impar autem imperfectus, quia unitate abundat super aequale; impar enim numerus, ut dicit Pythagoras, est, qui in duo aequalia non dividitur impediente ea quae inter|cidit unitate. *Nihil* igitur *est in medio* istorum, *inter sanitatem* scilicet *et languorem neque inter* numerum sic *abundantem et perfectum* sive imparem et parem.

Contrariorum vero, *quorum non est alterum inesse necessarium* susceptibili, illorum *est aliquid medium* propter miscibilitatem extremorum, sicut *album et nigrum*, cum sint contraria, *in corpore* terminato *habent fieri* sicut in susceptibili

CaO1P1BrShSiV1 pap 54 *Ca* f. 57va 60 *Sh* f. 55va

1 enim] autem *Si* talia *add. O1* 2 et[1]] vel *O1* | sicut] sic *P1* 2–3 sicut – immediata *om. (hom.) O1* 5 sint] sunt *O1Br* 6 sunt *om. O1* 8–9 complexionis – discessit *om. V1* | discessit] decessit *O1 pap* recessit *Br* 10 dicit] dant *CaO1P1* dat *Br* est *pap* 11 a] ab *Sh* 12 physicus] philosophus etc. *pa* philosophus *p* 13 physicae *om. Br* 13–14 autem *om. pap* 14 contrarietas est] contrarietates *Br* | est] et *Si* | eas] eam *pa* 15 quae *om. pap* | quia simpliciter *lac. Ca corr. Ca[1]* | sunt fundatae *inv. BrSi* 17 contra] circa *Br* esse *add. et exp. Si* 17–18 quia – motus] in physicis quia motus semper est *pap* 18–19 de – motus *om. (hom.) Si* 19 habet *om. CaO1P1* 20 in[1] – in *Sh* sive (de *add. Si*) contrario in extremum (sive *add. Br*) *cet. codd., edd.* 21 quam] quod *CaP1* 22 sunt *om. O1* 22–23 habeant] habent *O1* 23 videtur] nota *add. et exp. O1* 25 scilicet – hoc] secundum hoc scilicet *Br* 27 contrariorum] contrarie *Sh* 27–28 et – physicus *om. Si* | sunt termini] eorum est *pap* 28 physicus *om. CaO1P1Br* 29 tamen *om. Sh* | causam] causas *Br om. P1 corr. sup. lin. P1[1]* 30 oppositionis] positionis *Si* | aequali] etiam *add. Br* | et] vel *Si* 31 aliquando] alii *P1* 32 causam] causas *Br* | et[2] *om. P1 corr. P1[1]* 33 inaequali *ex* aequali *corr. O1[1]* 34 Quando] si *O1* 36 sive] sunt *Si* | sibi *Si[1]* | ad *om. O1Sh* 37 sunt *om. Sh* | naturam] numerum *pap* 38 siquidem] si quidam *Si* 39 sicut *dub. Sh* 40 non] si *CaO1P1* sed *pap* | non – miscibilia *om. BrV1* | miscibilia] immiscibilia *pap* 41 suas *om. Sh* | habent] haberent *pa* 43–44 circa – immediate] immediate circa numerum *Si* 46 qui] quando *pa* 47 aequalia] inaequalia *Si* 48 fundantur] fundatur *Br pap* 49 super] sunt *V1* 49–50 est necessarium *inv. O1Si pap* | necessarium] esse *add. CaP1[1]* 50 esse] est *V1* | esse in *inv. Br* | sicut] si *V1* 51 hic *om. O1* | prout] est *add. Br p* 52–53 esse perfectus *inv. V1* 53 aut] esse *add. pap* | diminutus] non sit *add. Si* | sic enim *inv. Sh* | hic accipimus *inv. pap* 55 aequale] quale *V1* | distans – aequalitate] ab aequalitate distans *O1* 56 perfectus] perfectas *O1* 57 quia] stat super inaequale et *add. O1* 57–58 abundat] abundans *pap* 58 super aequale *om. O1* | enim] autem *pap* 60 intercidit] intercedit *p* | unitate] unitatem *pa* | igitur] ergo *pap* 61 istorum] eorum *Si* | neque] nec *pap* 62 sic *om. Br* | sive] et *pap* | imparem] inter patrem *Sh* 63 vero] de *pa* autem *p* 63–64 alterum – necessarium] necessarium alterum inesse *pap* | inesse necessarium] necesse inesse *Br* 64 est aliquid *inv. Si* | aliquid] aliquod *Br* 65 sint *ex* sui *corr. in marg. Sh[2]* 66 habent fieri *inv. Br*

17–23 Haec obiectio apud Kilwardby invenitur; cf. Kilw., Super Praed. (ed. Conti p. 128 v. 1–3): '(…) Dubitatur de hac divisione contrariorum (…) quia si omnis motus est a contrario in contrarium (…), erunt omnia contraria mediata'. – 58–59 Hic Albertus e Boethio pendere videtur, qui tamen hanc definitionem ut 'definitionem vulgarem' refert et Pythagoricis aliam definitionem attribuit; cf. Boeth., De arithm. l. 1 c. 3–4 (CCL 94A p. 15 v. 1 – p. 16 v. 7).

et tamen *non est necessarium alterum inesse corpori*; *non enim omne corpus* terminatum *aut album aut nigrum est*, sed est aliquando medio colore coloratum.

Similiter autem *pravum et studiosum praedicantur* ut contraria *de homine et de aliis multis*; unumquodque enim studiosum est, quod est perfectum sua connaturali virtute ad proprium et connaturalem actum, sicut homo ad actum hominis et leo ad actum leonis et miles ad actum militis et philosophus ad actum philosophi, et sic est in omnibus aliis.

Haec tamen contraria, pravum et studiosum, sunt mediata, quia *non est necessarium* hominem aut *pravum* aut *studiosum esse*, et similiter est de aliis, quae prava dicuntur vel studiosa. Possunt enim esse media, ita quod nec prava nec studiosa sunt, sicut si ad virtutem sui actus sint indisposita nec etiam contrarium habitum habentia, sicut dicit Averroes quod rusticus, qui civilitate ad virtutem hominis non est dispositus, nec bonus nec malus est nec pravus nec studiosus.

Hesiodistae autem philosophiam theologizantium sequentes dicunt inter bonum et malum sive inter pravum et studiosum non esse medium; non enim dicunt aliquem bonum bonitate naturae simplicis, sed bonum dicunt virtute perfectum ad actum, virum autem, qui ab illo deficit, cum debeat esse perfectus, dicunt esse malum omissionis malitia, ad minus quia ad studium virtutis non fecit quod debuit, puerum autem dicunt bonum ad pueri actum innocentia perfectum. Et sic etiam dicunt Theologi nostri temporis. Philosophice autem loquendo medium est inter pravum et studiosum, sicut dictum est. *Est* ergo *horum* contrariorum *medium, albi quidem et nigri* medium est *fuscum et pallidum et quicumque* sunt *alii* medii *colores*, sicut viride et glaucum vel hyacinthinum vel croceum. *Pravi vero et studiosi* medium est *quod* nec *pravum* est nec *studiosum*, sicut diximus.

Sed *in aliquibus* contrariis *nomina* mediorum, *quae* in re *media sunt [nomina], posita sunt*, quorum scilicet formae miscibiles sunt ad formam medii determinatam, sicut media inter *album et nigrum* nominantur [media] *fuscum et pallidum* et alia huiusmodi. *In aliquibus autem* contrariis, quorum scilicet formae non sunt miscibiles ad medii determinationem, *non est idoneum assignare nomina mediorum*, cum tamen sint media secundum rei veritatem, *sed medium* in talibus habet *determinari per* abnegationem *utrorumque summorum* sive extremorum – summa enim sunt maxime in summo ab invicem distantia, et haec sunt extrema –, sicut quod est alterum ab utroque extremorum, sicut si diceremus intermedium boni et mali esse *quod neque bonum neque malum est*, sicut rusticus neque bonus dicitur civiliter neque malus, vel sicut diceremus inter iustum et iniustum esse secundum generalem iustitiam, quae idem est omni virtuti, quod *neque iustum neque iniustum* est, eo quod ad civilem iustitiam non est dispositum. Quamvis enim talia contraria sint miscibilia, eo quod in omni motu extrema aliquo modo miscibilia sunt, quia aliter inter ea non esset motus, tamen ad

CaO1P1BrShSiV1 pap

1 tamen] cum *pa om. p* | necessarium – inesse] alterum inesse necessarium *Sh* | enim] omne *CaO1P1SiV1* autem *pa* est *add. O1P1 exp. P1*[1] 2 omne] autem *CaO1P1SiV1* | sed est *iter. O1* | est[2] *om. pap* 2–3 est[2] aliquando *inv. Br* 3 coloratum] figuratum *pap* 5 aliis multis] multis et de aliis *Si* | enim] ei *Sh* 6 quod est *om. Si* | connaturali] generali *Br* 7 ad[1] *ex* et *corr. sup. lin. Sh*[2] 8 ad[1] *iter. pa* 9 et[1] *om. Br* | philosophus] physicus *Sh* | philosophi] physici *Sh* 9–10 est – aliis] in multis aliis est *Si* 12 aut[1]] vel *Si* 12–13 pravum – studiosum *inv. pap* 14 vel] aut *V1* | vel studiosa *om. Si* | ita *om. O1* | quod] ut *Sh* | nec] neque *pap* 15 nec] vel *Sh* neque *pap* | si] sunt corpora *pap om. P1 corr. sup. lin. P1*[1] 16 sint – nec] disposita neque *pap* | indisposita] disposita *add. in marg. Sh*[2] 17 quod] quia *pap* | civilitate ad] ad civilitatem et curialitatem et *pap* 18–19 bonus – est] est bonus nec malus *p* 19 est *sup. lin. P1*[1] | pravus – studiosus] studiosus nec pravus est *V1* 20 Hesiodistae *in lac. Ca*[1] | philosophiam] physicam *Sh om. O1* 21 dicunt *in marg. Br*[1] | malum] non *add. et exp. Sh* | sive inter *om. Si* 21–22 pravum *iter. Si corr. Si*[1] 23 aliquem] aliquod *pap* | bonum[1] *iter. pap* | naturae] nec *Si* 24 ad] eius *add. Br* | actum] actu *Sh* | virum *editor lac. Ca* eum *Ca*[1]*O1P1SiV1* qui *Br* omnem *Sh pap in* omnis *corr. Sh*[1] | autem qui *inv. pap* | qui *lac. Br* 25 debeat *ex* debeant *corr. Sh*[1] 26 ad[2] *om. Br pap* 27 puerum] pravum *pap* 28 pueri] pravi *pap* | innocentia] secundum *add. pa* | etiam *om. pap* 28–29 etiam dicunt *inv. Sh* 29 Philosophice] physice *O1 pap* phy[ce] *Br* ph'ice *Si* | autem *sup. lin. Br*[1] 30 medium – inter *iter. Si* 31 medium] sicut dictum est *add. P1* 32 quidem] quidam *Si* | quicumque *Sh Arist. Lat. lac. Ca om. O1P1BrSiV1 pap* 33 sunt] etiam *add. Br* | alii *ex* albi *corr. P1*[1] | medii *om. Si* | glaucum] quae *add. et exp. Sh* | vel] et *O1P1BrSiV1 pap* 34 vel] et *O1P1BrSiV1 pap* 35 pravum est *inv. Br* | est – studiosum] nec studiosum est *O1 pap* | nec[2]] neque *Sh* 36 quae *om. pap* | in[2] re *editor* inter *codd., edd.* 37 media] contraria *Br* | nomina *del. editor cum BrSiV1 pap* | posita] et *add. pap* | scilicet *om. pap* 38 miscibiles sunt *inv. pap* | determinatam] terminatam *pap* 39 media[1] *om. pap* | media[2] *del. editor cum Br* | fuscum] sicut *praem. Si* 40 alia *om. Br* | aliquibus *ex* quibus *corr. in marg. P1*[1] | aliquibus – contrariis] contrariis autem aliquibus *Br* contrariis autem *pap* | autem] vero *Sh* 41 quorum] quo *O1* 42–43 nomina mediorum *inv. pap* 43 secundum *om. Si* | sed] hoc *pap* 44 habet *ex* habent *corr. P1*[1] | determinari] terminari *O1* assignari *Br* 44–45 utrorumque] ut eorumque *CaO1P1SiV1* utriusque *pap* 45 summorum – extremorum *inv. Br* | sive] vel *O1* 46 maxime *post* invicem *transp. Br* | ab] ad *ShSi* | ab – distantia] distantia ab invicem *pap* 46–48 et – extremorum *om. pap* 48 diceremus] dicerem *pap* 49 neque[1]] nec *pap* | neque[2]] nec *pap* | neque[3]] nec *Si pap* 50 civiliter – malus *inv. Br* | neque] nec *Si pap* | sicut] si *Si* 51 esse *sup. lin. Br*[1] 52 est *om. CaO1P1SiV1* | quod] quia *O1P1BrSiV1 pap* | neque[1]] nec *pap* | neque[2]] nec *pap* 53 iniustum] iniustus *Br* | eo] id *pap* 53–54 dispositum] dispositus *Br* 54 talia] omnia *SiV1* | sint] sunt *Br* | miscibilia] immiscibilia *Si* 55 eo] est *pa* | omni *om. Si* 56 esset] essent *p* | tamen] cum *pa*

17 Averr., Metaph. l. 5 comm. 27 (Venetiis 1562 f. 135B). – 20–29 Hesiodistae – temporis: Similis sententia a Roberto Kilwardby in Notulis super Praedicamenta allegatur et Augustino, Anselmo necnon quibusdam 'theologis' ascribitur; cf. Kilw., Super Praed. (ed. Conti p. 128 v. 14–17): 'Sed intellige quod «malum» dicitur dupliciter: uno modo nihil aliud est nisi defectus boni, ut vult Augustinus in XI° De civitate dei et Anselmus in libro De malo, et sic reducuntur bonum et malum ad habitum et privationem et determinantur per aequalitatem et inaequalitatem et consistit bonum in indivisibili, et horum sic nihil est medium, et sic dicunt theologi et ponunt'. – 20 De secta 'Hesiodistarum'cf. Alb., Super Dion. De div. nom. Ed. Colon. t. 37, 1 p. 424 v. 80 – p. 425 v. 7; Metaph. Ed. Colon. t. 16, 1 p. 34 v. 35 – p. 35 v. 4, p. 126 v. 39 – p. 127 v. 37; Summa I. Ed. Colon. t. 34, 1 p. 182 v. 29–32. – 31 Arist., Cat. c. 10 (12 a 9–17); cf. supra p. 142 v. 63 – p. 143 v. 19. – 35 Cf. supra notam ad v. 31.

formam medii determinabilia non sunt, quia non est status in mediis ipsorum ad speciem determinati medii secundum medii formam.

In omnibus autem sensibilibus contrariis media sunt vel plura vel pauciora secundum doctrinam, quae traditur in libro De sensu et sensato, quia contraria in illis sunt simplices formae extremorum. In aliis autem, quae fundantur super quasdam habitudines aequalitatis vel inaequalitatis, non potest esse medium, quamvis dicant ethici virtutem esse 'medium duarum malitiarum', quae tamen non miscetur ex duabus malitiis, quia virtus secundum boni | rationem non est medium sed extremum. In actu autem et modo habitus medium est non mixtum ex duabus malitiis, sed medium duarum malitiarum in circumstantiis actus, quas medio modo participat, duarum malitiarum, quarum una est secundum abundantiam et altera secundum defectum. Haec igitur et talis est oppositio contrarietatis.

Cap. 5. De privative oppositis

Privatio vero et habitus, secundum quod oppositionis species est, *dicuntur circa idem aliquid* esse quod proprie est ipsius habitus secundum naturam susceptivum, *sicut visio et caecitas circa* idem sunt habitus per naturam susceptivum, quod est *oculus*; oculus enim per naturam | susceptibilis est visus. Propter quod dicit Philosophus quod 'si oculus esset animal, visus esset anima' eius; unde sicut mors et vita opponuntur circa id quod per naturam vitae susceptibile est, ita visus et caecitas opponuntur circa oculum et auditus et surditas circa aurem et calvum esse et comatum circa frontem, quia per humiditatem medullae cerebri frons nata est esse comata. *Universaliter autem* loquendo de omnibus taliter oppositis sciendum quod, *in* quocumque secundum naturae principia et naturae ordinem *nascitur habitus* vel habet nasci, *circa hoc* secundum eadem principia et eundem ordinem habet *fieri utrumque* istorum oppositorum, habitus scilicet et privatio, habitus scilicet constantibus principiis et constante *ordine* secundum naturae determinationem, privatio autem secundum corruptionem utrorumque, scilicet principiorum et ordinis determinati a natura.

Quod autem naturae ordo requiratur in talibus ex hoc patet, quia *tunc* tantum *dicimus privari unumquodque* suo *habitu* in illo tempore, *quando id quod natum est habere* aliquem habitum, tunc non *habet* eum. Et si ante tempus determinatum ad habere habitum non habet eum, dicimus quod non est privatum. *Edentulum enim dicimus non* eum *qui non habet dentes* in quocumque tempore, sed eum qui non habet dentes in tempore, in quo natus est habere dentes secundum naturam. Neque *caecum* dicimus,

12 a 26 – b 5 (Arist. Lat. 71, 1–17): Privatio vero et habitus dicitur quidem circa idem aliquid, ut visio et caecitas circa oculum; universaliter autem dicere est in quo nascitur habitus fieri, circa hocidem utrumque eorum ordine. Privari autem tunc dicimus unumquodque habitus susceptibilium, quando id quod natum est habere nullo modo habet; edentulum enim dicimus non qui non habet dentes, nec caecum qui non habet visum, sed qui, quando contingit habere, non habet (quaedam enim generationes sunt quae neque dentes neque visum habent, sed non dicuntur edentuli neque caeci). Privari vero et habere habitum non est habitus et privatio; habitus enim est visus, privatio vero caecitas, habere autem visum non est visus nec caecum esse caecitas (privatio enim quaedam est caecitas, caecum vero esse privari, non privatio est). Nam si idem esset caecitas et caecum esse, utraque de eodem praedicarentur; nunc vero minime, sed caecus dicitur homo, caecitas vero homo nullo modo dicitur. Opposita autem etiam haec videntur esse, id est privari et habitum habere, tamquam privatio et habitus; modus enim oppositionis idem est; nam sicut caecitas visui opposita est, sic caecum esse ad visum habere oppositum est.

CaO1P1BrShSiV1 pap 12 *Ca* f. 57vb 24 *Sh* f. 55vb

2 status] in medio *add. O1* 3 medii formam *inv. Br* 4 autem *om. Si* | sensibilibus] sensibus *Sh* 6 in^2 *om. Sh* 7 simplices] multiplices *O1* | simplices formae *inv. Si* | extremorum] illorum *praem. et exp. Si* | aliis] his *Br* 10 medium *editor cum Si pap* mediam *cet. codd.* 11 non *iter. P1* | duabus] contrariis *add. et exp. Si* | malitiis *in marg. P1*^{1} | quia virtus *om. Si* | virtus] utriusque *Sh* 12 secundum *sup. lin. Sh*^{1} 13 modo] medio *pap* | habitus] habitas *pa* | medium est *inv. Br* | non] nisi *pap* 14 sed] secundum *pap* 15–16 in – malitiarum *om. (hom.) V1* 17 et *om. O1P1BrSiV1 pap* | altera] est *add. O1 pap* 18 et – est] est talis *Br* 19 Cap. – oppositis *om. Br pa* | 5 *om. O1* 20 Privatio *ex* privationis *corr. Si*^{1} | oppositionis] si *add. Br* 21 est^1] esse *pap om. Br* | dicuntur] habent fieri *add. p* | aliquid] ad *Si* aliquod *pap* | esse *om. p* | quod] quia *CaO1P1Si corr. Ca*^{1} 22 susceptivum] susceptibilium *pa ante* proprie *transp. p* 24 quod] sicut *O1* 24–25 susceptibilis] quod est oculus *add. V1* 25 dicit Philosophus *inv. pap* 26 eius *om. Si* 27 id] idem *Si pap* | quod] est *add. P1* 28 caecitas] et vita visus et caecitas *add. V1* 29 auditus] auditur *P1* 29–30 calvum esse] similiter esse calvum *Br* 30 et *om. Sh* | comatum] esse *add. O1P1BrSiV1 pap* 31 medullae] naturae *pap* | esse] esset *P1* 32 loquendo – taliter] taliter loquendo de omnibus *O1* | omnibus] talibus *Br* | taliter] talibus *Si* 35 ordinem] modum *Br* 36 istorum *om. Br* 37–38 constante] naturae *add. Br* 39 utrorumque] utrorum *Sh* 40 ordinis determinati *editor cum Br pap* ordine determinata *Si* ordine determinato *cet. codd.* 41 autem naturae] vero *pap* | ordo] ordine *Si* 41–42 ex – patet] patet ex hoc *pap* 42 hoc] haec *V1* | tantum] enim *O1* tamen *Si om. pap* | privari unumquodque *inv. O1* 43 quando] quo *pap* 45 eum] tunc *pap* 45–46 dicimus] et si ante tempus determinatum *add. et exp. Si* | dicimus – est] talem non dicimus *Br* 47 eum^2 *om. Si* 48 dentes *om. Br* | in^2 *om. O1* 49 dicimus] eum *add. SiV1*

51 idem *CsCh* dicitur *ed.* 52 id quod *CsCh* in quo *ed.* 53 generationes – quae *Ch* ex generatione *ed.* 54 edentuli *CsCh* edentati *ed.* 57 esse *CsCh om. ed.*

6–7 Arist., De sensu et sens. c. 3, 4 (439 b 25–440 a 15, 440 b 13–23, 442 a 12–29). – 10 Arist., Eth. Nic. l. 2 c. 6 (1107 a 2–8). Cf. Alb., Super Ethica. Ed. Colon. t. 14, 1 p. 123 v. 45–68. – 25 Arist., De anima l. 2 c. 1 (412 b 18–19); transl. vetus: Alb., De anima. Ed. Colon. t. 7, 1 p. 67 v. 73, p. 69 v. 18–28. – 30–31 per – comata: Cf. Arist. De part. anim. l. 2 c. 14 (658 b 3–7); De gen. anim. l. 5 c. 3 (782 b 9–18).

qui in quocumque tempore *non habet visum, sed* eum *qui non habet* in tempore, in quo secundum naturam *contigit* eum *habere* visum vel dentes. Cum enim 'natura', ut dicit ARISTOTELES, nec abundet superfluis 'nec deficiat in necessariis' et omnia 'mensurentur periodo', ut dicit ARISTOTELES in SECUNDO DE GENERATIONE ET CORRUPTIONE, si in tempore in quo natus est habere non habet, pro certo privatus est principio naturae ad operandum. Si autem ante periodum deficiat, non est privatus naturali principio, sed materia, in qua operabatur naturae principium, ad tam breve tempus compleri non potuit. Propter quod pueros primae plantationis dentes proicientes edentulos non dicimus, quia manet in eis principium dentium generativum. *Quaedam enim sunt generationes* sive quaedam generata sunt *quae* mox natae *neque dentes neque visum habent*, sicut est canis natus et lupus et cattus et homo natus; quamvis habeat visum, non adhuc habet adunatum, sed dentes mox natus non habet. Et tales nati *non* propter hoc *dicuntur edentuli neque caeci* propter hoc, quia non significat corruptionem principii vel membri, in quo est privatio et habitus, sed significat brevitatem periodi in qua compleri non poterat organum ad habitus perfectionem.

Sic igitur opponuntur privatio et habitus quod privatio dicit principiorum habitus corruptionem in eo in quo tunc natus est esse habitus. Et hoc tripliciter, ut dicit ARISTOTELES in QUINTO PRIMAE PHILOSOPHIAE, scilicet circa idem numero, ut caecum circa videns, hoc est visum habens, vel circa idem genere, sicut talpa dicitur mus caecus, non quia nata sit videre, sed quia genus eius, quod est animal, natum est habere visum, tertio circa genus remotum, sicut planta dicitur non habere visum, quia vivum natum est habere visum, cum videre sit de operationibus vitae, quas natum est suscipere vivum secundum quod vivum est.

His igitur modis privatio opponitur habitui, quando scilicet habitus privatur privatione principiorum ipsius habitus. Propter quod etiam videns non opponitur privative ad non videns, quia est non videns et visu non utens, et hoc non est privatum visu, et est non videns principia visus non habens nec ex genere nec ex specie, sicut lapis est non videns. Et sic videns et non videns opposita sunt secundum affirmationem et negationem et non secundum privationem et habitum. Ad hoc ergo quod privatio et habitus sint opposita, oportet quod sint circa idem habitus per naturam susceptibile, cuius susceptibilitatis corruptiva sit privatio. Et haec est causa quod habitus secundum ordinem naturae praecedit privationem et privatio comparatur ad habitum sicut secundum, quia primum est habitus. Non oportet autem habitum praecedere actu, sed in ordine | principiorum naturae. Si enim actu semper oporteret praecedere habitum, tunc nullus esset caecus vel surdus a nativitate, quod falsum est.

Privari autem *et habere habitum non est* omnino idem quod est *privatio et habitus*, quamvis inter ea sit idem modus oppositionis. *Habitus est visus*, visus autem essentialiter non est habere visum. Similiter *privatio* est *caecitas*, quia caecitas suscipit praedicationem privationis sicut species suscipit praedicationem generis. *Habere* igitur *visum non est visus*. *Caecum vero esse* et *privari* visu *non est* caecitas vel *privatio; si* enim *idem esset caecitas et caecum esse*

CaO1P1BrShSiV1 pap 51 *Ca* f. 58ra

1 visum] secundum eum *add. Si* 2 contigit] convenit *pap* 4 nec[1]] neque *V1* | abundet] abundat *O1Br* in *add. Br pap* | deficiat] deficit *O1 pa* 5 mensurentur] mensurantur *O1P1Si pap* | dicit] idem *add. p* 6 in – corruptione *om. p* 7–8 pro – privatus] privatus pro certo *pap* 8 est *om. Si* 9 autem *om. pap* | ante *Sh pap om. CaO1P1BrSiV1* | periodum] periodus *BrSiV1* | deficiat] deficit *pap* 10 operabatur] comperembatur *(sic) pa* comparabatur *p* 11 compleri] complere *Si pap* 12 pueros] pueris *pa* 15 sunt *om. pap* | natae] nata *post corr. Br* | natae neque] nata nec *pap* 16 neque] nec *pap* | et[1] *om. pap* 17 natus *om. pap* | habeat] habet *Br* | non] tamen *add. O1* | non adhuc *inv. Sh* | adhuc habet *inv. p* | habet] habeat *Si om. pa* 18 natus] et *O1* 19 edentuli – caeci] caeci vel edentuli *Si* | neque] sive *Br* nec *pap* 20 quia *Sh* quod *cet. codd., edd.* | significat] significent *O1* signant *dub. Br* signat *Si* | vel *ex* et *corr. sup. lin. P1[1]* 22 qua] quo *Si* | compleri] compelli *O1* complere *Si* | compleri – poterat] non poterat compleri *pap* 23 perfectionem] perfectum *Sh* 24 igitur] ergo *pap* | quod] quia *Br* 25 principiorum] principi *(ras.) Br* privationem *add. et exp. Si* | habitus corruptionem *inv. Si* 26 hoc] est *add. pap* | ut] secundum quod *pap* 27 in *om. O1* 27–28 scilicet] si *CaO1P1* vel *SiV1* 28 caecum] caecus *V1* | videns] vides *Si* | est] circa *add. O1BrSh exp. Sh[1]* 29 genere] vel *add. et exp. Si* 30 mus] unus *P1* | quia[1]] quod *pap* unus *add. et exp. P1* | nata] natus *Si* | sed *om. O1* | quia[2]] quod *pap* 31 eius] suum *O1* | animal] anima *Sh* aptum *add. et exp. Si* 31–33 tertio – visum *iter. V1* 32 sicut *iter. Si corr. Si[1]* sic *pa* | dicitur *ex* dicuntur *corr. Ca[1]* | dicitur non *inv. O1Si* | non *om. pap* 33 vivum] visuum *V1* | natum – visum] visum natum est habere *Br* 34 suscipere] recipere *Si* 35 est *om. O1P1BrSiV1 pap* 36–37 quando scilicet *inv. Si* 38 quod] quae *V1* | videns *editor cum Si* caecum *cet. codd., edd.* 39 ad *in marg. Si[1]* | quia] aliquid *add. pap* | et visu *editor cum pap* visu et *CaP1Sh* visu *O1* visu *ras. Br* visum habens et *SiV1* 40 visu] visui *pa* | et[2]] si *Br* 41 non] nec *pap* | nec[1] *om. p* 42 est] dicitur *O1* | videns[2] – non] non videns et *Si* | et[2] – videns *om. (hom.) V1* 44 ergo] igitur *BrSi* 45 sint[1]] sunt *O1P1Si corr. P1[1]* | opposita] oppositam *V1* 46 per] secundum *Si* | susceptibile] susceptibilem *O1Si* 46–47 susceptibilitatis corruptiva] susceptionis praecorruptiva *pap* 49 privatio] prius *add. V1* 50 quia *Sh pap* quod *CaO1P1* ad *BrSi om. V1* ad *sup. lin. V1[1]* | primum] quod *add. BrV1* 51 in *om. Br* 52 actu] actum *Si* | semper oporteret *inv. Br* 56 est *om. pap* | quamvis *om. Si* | ea] easdem *Si* 57 est visus *om. Br* 58 est[1] *om. Si* 59 quia caecitas *om. (hom.) P1 corr. in marg. P1[1]* | suscipit] recipit *Si* 62 idem] est *add. et exp. Si* | caecitas[2] – esse] caecum esse et caecitas *Br*

4 Arist., De anima l. 3 c. 9 (432 b 21–22); transl vetus: Alb., De anima. Ed. Colon. t. 7, 1 p. 229 v. 83, p. 230 v. 66–75. – 5–6 Arist., De gen. et corr. l. 2 c. 10 (336 b 12–13); transl. vetus: Arist. Lat. XI, 1 p. 75 v. 11–12. Cf. Alb., De gen. et corr. Ed. Colon. t. 5, 2 p. 205 v. 39–42. – 27 Arist., Metaph. l. 5 c. 22 (1022 b 22–27). Cf. Alb., Metaph. Ed. Colon. t. 16, 1 p. 278 v. 70 – p. 279 v. 9. – 39–42 Cf. Arist., Top. l. 1 c. 15 (106 b 15–17); transl. Boethii: Arist. Lat. V, 1–3 p. 23 v. 12–13: '(…) non videre multipliciter dicitur, unum quidem non habere visum, alterum autem non uti visu'; Alb., Top. l. 1 tr. 4 c. 4 (Ed. Paris. t. 2 p. 282a–b): '(…) non videre dicitur dupliciter: unum quidem non videre in uno sensu dictum, non habere visum, sicut caecus dicitur non videre: alterum autem non videre dicitur non uti visu, in quo sensu aliquis clausis oculis dicitur non videre'.

essentialiter, tunc *utraque de eodem praedicarentur*, et de quocumque praedicaretur unum, de eodem praedicaretur et reliquum. Hoc autem *minime* vel nequaquam contingit. *Caecus* enim esse vel privari *dicitur homo, caecitas vero nullo modo dicitur homo*. Et per hoc patet quod privatio, quando privat habitum in se et in principiis habitus, relinquit | subiectum, circa quod est privatio, et illud nihil est privationis. *Haec* tamen, scilicet caecum esse et visum *habere, opposita* sunt *tamquam privatio et habitus; modus enim oppositionis* in utrisque *idem est; caecitas* enim opponitur *visui* sicut *caecum esse* opponitur *ad visum habere*. Sed in hoc est differentia, quod caecitas et visus nominant ipsa opposita secundum privationem et habitum, caecum autem esse et visum habere nominant subiectum secundum quod stat sub privatione et habitu quasi denominatum ab ipsis. Et ideo cum subiectum ex se non habeat oppositionem ad seipsum neque subiectum possit opponi subiecto, relinquitur quod non est ibi oppositio nisi privationis et habitus, quae circa subiectum posita esse significantur. Et ideo necessarium est quod idem modus oppositionis sit in caecitate et visu et in caecum esse et visum habere sive inter privari et videre sive habitum habere.

Attende autem quod haec oppositio non est contrariorum oppositio. Quamvis enim privatio aliquando salvetur in contrario, sicut cum dicitur quod ex non albo fit album, ex non albo dico quod potest esse album, et hoc est nigrum, tamen nigrum et album, prout sunt formae contrariae, actu sunt et repugnantes sibi invicem, et sic opponuntur ut contraria. Sed in quantum est idem in illis quod participat utraque illarum formarum, ut perfectum et imperfectum et ut formabile ad speciem, sicut est lux vel logice loquendo genus, quod est in utraque specierum ut potentia et ut formabile ad speciem, sic opponuntur ut privatio et habitus, et sic de uno potest fieri reliquum sicut actus de potentia. Sic enim utrumque fit ex altero sicut non hoc, potens tamen esse illud, et utrumque inchoationem et principium sui esse ⟨habet⟩ in reliquo. Et haec privatio ⟨est⟩, quae est unum de principiis motus et praecedit habitum secundum naturam. Et quia materia numquam est sine forma, ideo privatio talis est fundata secundum modum, quem DIXIMUS, in forma contraria vel disparata. Et ideo dicit PHILOSOPHUS quod quorumcumque est genus unum, illorum est materia una.

Patet igitur quod privatio et habitus specialem habent modum oppositionis distinctum a modo oppositionis contrariorum.

Cap. 6. De oppositione secundum contradictionem

Quartum autem genus oppositionis est secundum contradictionem, quod quia in complexis est, non adeo proprie convenit huic tractatui. In hac enim parte logices non intendimus nisi de praedicabilium ordinatione, secundum quod praedicabilia rerum praedicatarum sunt significativa et ad res habent reduci. Et quia res oppositae sunt sub contradictoriis, ideo tractando de

12 b 6–15 (Arist. Lat. 71,17–25): Non est autem neque quod sub affirmatione et negatione estaffirmatio et negatio; affirmatio namque oratio est affirmativa et negatio oratio negativa, horum vero quae sub affirmatione et negatione sunt, nullum est oratio. Concedantur autem etiam haec esse opposita alterutris tamquam affirmatio et negatio; nam in his modus oppositionis idem est; sicut enim affirmatio adversum negationem opposita est, ut quod sedet ei quod non sedet, sic et res quae sub utroque posita est, id est sedere ad non sedere.

CaO1P1BrShSiV1 pap 7 *Sh* f. 56ra

1 utraque] utrumque *Si pap* eorum *add. pap* | eodem] altero *pap* | praedicarentur] praedicaretur *Si pap* 2 quocumque] quo *Si* 3 et *om. pap* 3–4 contingit] convenit *Br pap* 4 Caecus *Sh* caecum *cet. codd., edd.* | enim] vero *Sh* | privari] visu *add. pap* 4–5 caecitas – homo *om. (hom.) O1* 6 quando] non *pa om. p* | in[2]] suis *add. Br om. Sh* 7 privatio] potentia *pap* | et] vel *Si* 8 Haec] hoc *O1Si* | scilicet *om. Si* 9 sunt *iter. O1* 10 utrisque] utroque *pap* | idem] videtur *add. Br* | est] esse *CaO1P1Br* 13 opposita] et *add. P1* 13–15 caecum – habitu *om. O1* 14 nominant] ipsa opposita *add. et exp. P1* 15 stat] est *Si* | habitu] habitum *Si* 17 neque] nec *O1 pap* 17–18 possit] potest *Si* 18 non – ibi] ibi non est *Br* 19 quae *om. Sh* | subiectum] subiecta *Br* 20 significantur] significatur *pap* 21 in[1] caecitate] inter caecitatem *pap* | visu] visum *pap* | in[2]] inter *pap* 22 privari] visu *add. pap* 23 sive] vel *post corr. Br* et *V1* | habitum habere *inv. Br* 24 Attende] attendendum *V1 pap* 25 enim *om. O1* | aliquando *om. pap* 27 ex – albo *om. pap* 28 tamen] tunc *Br* 29 formae contrariae *inv. Br* | et] etiam *pap* 30 opponuntur ut] opponunt *Si* 31 quod – utraque] quae participant utramque *pap* | illarum formarum *inv. O1* 32 ut[2] *om. Sh* 34 ut[1] *ras. Br* 35 et[2]] quia *Sh* 37 fit] sit *Sh pa* | ex *ex* de *corr. Ca[1]* | potens *iter. P1* potest *add. O1 pap* 38 esse illud] id esse *Si* | illud] istud *Br* id *pap* | inchoationem] inchoatione *O1P1BrSi pa* 39 sui] sive *pa* | habet *suppl. editor cum p* est *Br* | haec] hoc *O1* | est *suppl. editor cum SiV1* 40 est – motus] de principiis motus est unum *O1* | et *om. Br pap* 41 quia] quod *pa* 42 est *sup. lin. P1[1]* 43 diximus] dicimus *p* | vel disparata *om. Br* | disparata] disperata *pa* 44 dicit *om. Si* | quod *om. Si* 45 una *om. Si* 46–47 habent modum *inv. Si* 47 oppositionis[1] *om. Br* 49–50 Cap. – contradictionem *om. Br pa* 51 secundum] contra *Si* 52 in – est] est in complexis *Sh* | in complexis] complexum *pap* | est] etiam *O1P1* et *V1* | non adeo] ideo non *Br* 53 proprie] propositio *pa* proposito *p* | proprie convenit *inv. Br* 53–54 logices] logicae *O1Br* loquentes logice *pap* 54–55 ordinatione] coordinatione *Br* 55 praedicatarum *ex* significatarum *corr. in marg. O1[1]* praedicatorum *V1* praedicamentorum *pap* 56 sunt significativa *inv. p* significantia sunt *pa* | Et[2]] eo *Br* | quia] quod *BrSi* 57 sub] species *Br om. ShSi* | contradictoriis] contrariis *O1* | tractando] tractantibus *Si*

59 nullum *Lm a* nulla *ed.*

43 Supra v. 30–41. – 44 Arist., Metaph. l. 5 c. 6 (1016 a 25–28). Cf. Alb., Metaph. Ed. Colon. t. 16,1 p. 225 v. 72–88.

oppositis oportuit tractare de contradictoriis secundum quod contradictoriis res substant oppositae. Et ideo sciendum quod id *quod* secundum rem *sub affirmatione est et* id quod secundum rem est sub *negatione non est* idem quod *affirmatio et negatio*. Cuius probatio est quia *affirmatio est oratio affirmativa, negatio* autem, quae est contradictoria, est *oratio negativa. Horum vero quae* sunt *sub affirmatione et negatione [sunt]* ut res affirmatae et negatae, *nullum est oratio* sed potius res, quae subiacet orationi sicut significatum substat signo.

Scias enim quod affirmatio dicitur tripliciter et similiter negatio. Dicitur enim affirmatio affirmationis qualitas et forma in parte per assertionem compositionis, et hoc modo affirmatio qualitas est ⟨affirmativae⟩ propositionis. Et per oppositum negatio dicitur qualitas vel forma divisionis compositorum, et est qualitas negativae propositionis. Aliquando dicitur affirmatio enuntiativa oratio dicens unum de altero, et sic affirmatio species est propositionis. Aliquando dicitur affirmatio pars contradictionis, quando scilicet idem negatur in negativa quod affirmatur in affirmativa, et sic affirmatio et negatio sunt opposita circa idem. Quamvis enim non opponatur affirmatio negationi ut pars, est tamen oppositio [est] in hoc quod id quod significatur inesse in una, | significatur non inesse in altera; non inesse autem et inesse sunt opposita per affirmationem et negationem.

Si quis autem obiciat quod inter affirmationem et negationem est ordo, quia affirmatio est ante negationem – non enim negat negatio, nisi quod affirmat affirmatio, et videtur quod opposita secundum affirmationem et negationem sint circa idem ordine, et sic sunt opposita ut privatio et habitus, sicut patet per ANTE DICTA –, dicendum quod quando dicitur quod opposita ut privatio ⟨et habitus⟩ sunt circa idem ordine, intelligitur quod ordo ille sit in rebus et a natura determinatus. Ordo autem, qui est inter affirmationem et negationem, non est talis, sed est ordo rationis, quia scilicet negatio non negat nisi, quod affirmat affirmatio, in quocumque tempore, et hoc non est in oppositione privationis et habitus. Haec igitur genera oppositionis distincta sunt ab invicem et in argumento est paralogismus aequivocationis, eo quod aliter et aliter hinc et inde sumit ordinem.

Quamvis autem, sicut DICTUM EST, quod substat affirmationi non sit affirmatio et quod substat negationi non sit negatio, tamen *concedendum* est quod ea quae substant affirmationi et negationi *sunt opposita tamquam affirmatio et negatio*, et *est in* eis *idem modus oppositionis* qui est etiam in contradictoriis. *Sicut enim affirmatio adversus negationem est opposita, ut quod sedet* oppositum est *ei quod non sedet, sic et res, quae sub utroque positae sunt*, affirmatione scilicet et negatione, eundem habent modum oppositionis, ut *sedere* opponitur *ad non sedere* respectu eiusdem et circa idem.

Si autem ALIQUIS quaerat dicens quod ex quo | affirmatio et negatio in sermone sunt complexo, in quibus est vera contradictionis oppositio, in rebus autem est modus illius oppositionis, videtur quod haec oppositio primo sit in sermone et non in re nisi per consequens et non per veritatem, sed per aliquem modum ipsius

CaO1P1BrShSiV1 pap 24 *Ca* f. 58rb 55 *Sh* f. 56rb

1 secundum] sub *CaP1Br* 1–2 secundum quod] sub *Si* 2 quod] sub *add. V1 pap* 3 id – et *iter. Si* | quod[2] *in marg. Sh*[1] | secundum] esse *pa* | rem *Sh pap* esse *cet. codd.* 4 est[1] – negatione] sub negatione est *ShSi* 5 et] vel *Br* | quia] quod *CaSh* 6 autem *om. pap* 6–7 contradictoria] contraria *Sh* 7 vero] autem *pap* | sub *om. pap* 8 et[1] *om. Ca* | negatae] quorum *add. Br* | nullum] enim *add. pap* 9 subiacet] substat *Sh* 9–10 significatum *dub. CaO1P1Br* signatum *ShSiV1* 11 Scias] sciendum *pap* | dicitur tripliciter *inv. p* dupliciter dicitur *pa* 12 affirmationis] propositionis *Br* 13 per] secundum *O1* | assertionem] affirmationem *BrSh* 14 affirmativae *suppl. editor* 15 oppositum] oppositionem *Sh* | negatio] medio *Si* 17 dicitur] negatio *add. et exp. P1* 18 de *iter. pa* | species est *inv. O1* 19–20 contradictionis *editor; cf. app. font.* negationis *codd., edd.* 22–23 enim – affirmatio] affirmatio non opponatur *pap* 22 opponatur] negatio *add. Si* 23 oppositio *ex* est oppositionis *corr. P1*[1] | est[2] *del. editor* 24 significatur[1]] significat *pa* | inesse] esse *pap* | in una *om. pa* 24–25 significatur[2] non *editor cum BrSi*[1] *p* significatur *CaP1V1* non significatur *O1Sh* significatur inesse non *Si* significat non *pa* 25 inesse[1]] esse *Br pap* 27 autem] enim *O1* 28 quia] quod *pap* 29 negat *iter. Sh corr. Sh*[1] 30 opposita secundum *in marg. Sh*[1] 31 sint] sunt *CaP1SiV1 pap* | idem ordine] eundem ordinem *Br* 32 per *om. Si* 33 opposita] ut habitus *add. Br* 33–34 ut privatio *om. O1* 34 et habitus *suppl. editor cum Br* (*post* opposita *transp.*) 35 et *om. pap* | determinatus] determinatis *pap* 37 talis] realis *Br* | scilicet *om. Br* 38 nisi] id *add. Br* 39 et[1]] sed *Br* | non est *inv. P1* 40 igitur] ergo *Sh* | distincta] distantia *P1Sh corr. P1*[1] 41 ab] ad *pap* | paralogismus] prologus *pa* 41–42 aequivocationis] aequivocus *CaO1P1SiV1 pap* 42 eo] et *pap* | eo quod] quia *Br* | hinc – sumit] sumit hinc et inde *Sh* 42–43 sumit ordinem] sumitur ordo *pap* 44 est *om. V1* 46 sit] sic *V1* | est *om. pap* 47 tamquam] ut *Br* 48 in[1] *iter. Si* | est[2] etiam *om. Si* 49 Sicut] sic *V1* | adversus] versus *O1* 50 oppositum est *inv. pap* opponitur *Sh* | sic] sicut *P1 om. Sh corr. sup. lin. Sh*[1] | et *om. Br* 51 utroque] utraque *BrV1 pap* | positae sunt] sunt positae ab *Br* | sunt *ante* sub *transp. Si* sint *V1* 52–53 sedere] sedeo *CaO1P1* 53 ad non *om. Si* 55 aliquis] quis *pap* | dicens] dicendo *pap* | quod *om. Si* 56 complexo] complexa *pap* | quibus] quo *Br* 57 est[1] vera *inv. Si* est natura *pa* ex natura *p* | oppositio] oppositionis *pap* | est[2] *om. O1P1SiV1* 57–58 est[2] modus *inv. Br* 58 modus – oppositionis] illius oppositionis modus *Si* | oppositionis] contradictionis *Sh* | oppositio] opinio *Si* 59 primo] prima *pap* | et *om. O1* 60 per[1]] secundum *Si* | ipsius *in marg. Sh*[1]

11–19 Scias – propositionis: Cf. Kilw., Super Praed. (ed. Conti p. 130 v. 17–20): '(…) Intellige hic quod affirmatio dicitur uno modo qualitas propositionis affirmativae (…); alio autem modo est affirmatio quaedam species enuntiationis (…)'. – 19–22 Cf. Alb., Anal. post. l. 1 tr. 2 c. 4 (Ed. Paris. t. 2 p. 29a): 'Pars autem una contradictionis quae enuntiat aliquid unum praedicatum de aliquo subjecto uno (…) vocatur affirmativa propositio, sive enuntiatio vel affirmatio (…). Altera autem pars quae negat vel removeri significat aliquid vel aliquod praedicatum unum de uno subjecto, est (…) negativa propositio sive enuntiatio'. – 32–33 Arist., Cat. c. 10 (12 a 27–29). Cf. supra p. 144 v. 31–40. – 44 Arist., Cat. c. 10 (12 b 6–9); cf. supra v. 2–10. – 55 Cf. Kilw., Super Praed. (ed. Conti p. 130 v. 7–16): 'Et ex hoc ponunt quidam quod haec oppositio principaliter est in sermone, et per prius quam in rebus (…)'.

tantum, et hoc aliqui aliquando concesserunt. Sed contra hoc est quod dicit auctoritas PLATONIS, quod 'non sermoni res, sed rei sermo subiectus est', quia sermo non est nisi propter res significandas, et sicut in ANTEHABITIS dictum est, in eo quod 'res est vel non est, oratio vera vel falsa' est, et sic videtur primum esse in re oppositio et consequenter in sermone. Et hoc est concedendum. Et propter hoc dicendum quod contradictio non est in sermone nisi secundum quod refertur ad rem, et est in re sicut in causa, in sermone autem sicut in signo rei.

Adhuc autem attendendum est quod in re est sicut in causa et non sicut in compositione et divisione; res enim est in re vel separata a re sine compositione media, quae diversa sit a rebus compositis, sed notam compositionis vel notam divisionis ponit anima, ut dicit ARISTOTELES in QUINTO PRIMAE PHILOSOPHIAE. Et ideo tria sunt in oppositione secundum affirmationem et negationem, scilicet quod ad rem referantur eandem affirmatio et negatio et ad eundem intellectum componentem et dividentem et quod observetur in sermone identitas significandi in affirmatione et negatione, quia res est causa, intellectus autem componens et dividens et sermo signum compositionis et divisionis.

Attendendum autem quod diffinientes affirmationem et negationem utuntur genere remoto dicentes quod affirmatio est oratio affirmativa et non dicentes quod est enuntiatio, quia volentes ostendere quod affirmatio et negatio opposita sunt, melius ostenditur ex genere, quod est oratio, quia hoc commune est utrisque, affirmationi scilicet et negationi. Enuntiatio autem species est orationis, et proprie loquendo nihil enuntiatur in negatione, sed potius negatur enuntiari aliquid de aliquo, et quod enuntiatum est in affirmatione, negatur in negatione.

Adhuc autem notandum quod cum dicitur quod affirmatio est oratio affirmativa, ponitur affirmatio pro specie enuntiationis sive propositionis, cuius genus est oratio. Cum autem subiungitur: 'affirmativa', ponitur affirmativum pro qualitate propositionis, quae ad quale informat et denominat orationem. Et si dicit aliquis quod et aliae orationes sunt affirmativae, dicendum quod non sunt, quia non affirmatur nisi verum vel falsum. Unde cum dicitur: 'utinam non moriar', non est negatum aliquid, sed optatio est de non moriendo. Similiter est cum dicitur: 'non fac hoc' vel 'non facias illud', nihil negatum est, sed imperium vel praeceptum est de non faciendo. Et idem est in affirmativis, cum dicitur: 'fac hoc' vel 'utinam facias hoc'; nihil enim est dictum de aliquo, sed praeceptum vel optatio de aliquo fiendo vel faciendo. Et ideo in talibus non proprie est affirmatio vel negatio, sicut dictum est, quia sive sint per modum affirmationis sive per modum negationis, totum substat affectui mentis, qui per modum verbi importatur, quod ponitur in oratione.

CaO1P1BrShSiV1 pap 54 *Ca* f. 58va

1 et] etiam *pap* | aliquando *om. Br* 2 dicit – Platonis] Plato dicit *Br* | quod[2]] quia *pap* 4 non] propter aliud *add. O1* | sicut] sic *BrV1* 5 eo] enim *add. Sh* 6 vel] et *Sh* | est *ante* oratio *transp. O1* dicitur *Br* | primum] primo *O1Br* | esse – re] in re esse *V1* | re] se *CaO1P1 om. pa* 6–7 oppositio] ipso *O1* opposito *pa om. p* 7 consequenter] per consequens *Br* 7–8 est concedendum] concedo *Sh* 8 dicendum] dicitur *Si* 9 secundum quod] quia *Br* | rem] esse *Br* 12 Adhuc – attendendum] attendendum autem adhuc *Si* 13 sicut *om. pap* | compositione] comparatione *V1* | enim] autem *Br* 14 est *om. O1* | sine] sive *CaP1* sicut *pap* 15 sed] secundum *O1* 16 ponit] in *add. Sh* | anima] autem *CaO1P1* intellectus *Br* 17 in[1] – philosophiae *om. p* | quinto] decimo *pa* 17–18 in[2] oppositione *om. O1* 19 eandem] eadem *CaO1P1V1* 20 et[2] *ex* vel *corr. in marg. Sh*[1] 21 identitas *ex* identitatis *corr. P1*[1] 22 est *iter. CaP1 corr. P1*[1] 23 autem *om. O1* 25 Attendendum] attendentes *Sh* | autem *om. Sh* 26 utuntur *lac. Ca corr. in marg. Ca*[1] utimur *Sh* 27 est[1]] negatio *add. et exp. P1* 29 ostenditur] ostendunt *Br* ostendetur *Sh* 30 utrisque] utrique *Si pap* 30–31 affirmationi scilicet *inv. Sh* 32 nihil *ex* non *corr. Sh*[1] | enuntiatur] enuntiatum *V1* | negatione] enuntiatione negativa *pap* 33 enuntiari] in enuntiatione *pap* 34 enuntiatum est] affirmatum est enuntiatum *V1* 35 autem *om. pap* | quod[2] *om. pap* 36 est] negatio *P1 exp. P1*[1] | affirmatio] affectio *V1* 39 affirmativum] affirmatio *O1BrV1 pap* affirmationi *P1Si* | ad] est *O1P1BrSiV1* | quale] et *add. Br* quod *add. SiV1* 40 dicit] diceret *Br* dicet *Si* dicat *pap* 41 et *om. Br p* | orationes] orationum *pap* 42 sunt – non *om. (hom.) O1* | affirmatur] affirmant *pap* | nisi *om. p* | vel] et *Si* 44 sed] si *V1* | optatio] optatum *Br pap* 45 est] etiam *O1P1BrV1 pap om. Si* | dicitur] etiam *add. Si* | non[1]] et *praem. Si corr. Si*[1] 46 illud] aliquid aliud *pap* | nihil *om. Si* | negatum est] negatur *pap* | est *ante* negatum *transp. V1 om. CaO1P1Si* | sed] vel *O1P1* | imperium] praeparatum *add. Si* 47 affirmativis *Sh pap* affirmatis *cet. codd.* 48 utinam] non *V1* | facias hoc] hoc feceris *Br* | hoc[2]] illud *Si* | nihil enim *inv. pap* | enim *om. BrSh* 49 de[1] aliquo *Ca* de aliquid *Sh om. P1O1BrSiV1 pap* 49–50 praeceptum – fiendo] optatio de aliquo vel praeceptum fiendi *Br* 49 optatio] optatum *Sh pap* 50 faciendo] faciendi *Br* | ideo *om. pap* | proprie est *inv. BrShSi* 51 vel] et *Si* | sive sint] si insit *pap* | sint] sunt *Si* 52 sive – modum] vel *pap* | totum *Sh pap* rerum *CaO1P1V1* res (*ras.*) *Br* verum *Si* 53 substat] significat *pap* | affectui] affectum *O1Sh p* effectum *pa*

2 Immo: Hil., De trin. l. 4 c. 14 (CCL 62 p. 116 v. 27–28). – 4–5 Arist., Cat. c. 5 (4 b 8–10); transl. Boethii: Arist. Lat. I, 1–5 p. 13 v. 9–10; cf. supra p. 44 v. 14–19. – 16 Immo: Arist., Metaph. l. 6 c. 4 (1027 b 29–31). Cf. Alb., Metaph. Ed. Colon. t. 16, 2 p. 315 v. 6–8; De homine. Ed. Colon. t. 27, 2 p. 451 v. 12–14 cum nota. – 25–28 Attendendum – enuntiatio: Cf. Kilw., Super Praed. (ed. Conti p. 130 v. 21–23).

Cap. 7. De differentia oppositionis secundum privationem et habitum ad oppositionem relationis et contrarietatis

Sic determinatis generibus oppositionum videndum est in quibus differant a se ipsis et inter seipsa. Quod autem *privatio et habitus non sic* vel eodem modo *opponantur ut ad aliquid*, sed haec duo genera oppositionis sint diversa, sic probatur accipiendo primo differentiam sive differentiae rationem ex ipsis quae opposita sunt. Visus *enim*, qui opponitur caecitati ut habitus privationi, non *dicitur, hoc ipsum quod est* visus, sui *oppositi*, quod est caecitas, secundum aliquem casum, sive secundum genitivum sive secundum alium casum dicitur ad ipsum; *non enim* dicitur *visus caecitatis visus* nec caecitati visus neque ad caecitatem visus neque caecitate visus; nulla enim harum habitudinum ad rem referri posset et ad id quod est visus, secundum quod est visus. Aliter autem non potest visus, hoc ipsum quod est, ad alterum esse. *Similiter autem neque caecitas dicitur*, hoc ipsum quod est *caecitas, visionis*, nec secundum alium aliquem casum dicitur ad aliud, hoc ipsum quod est. *Sed caecitas dicitur privatio visionis*, et sic secundum genus aliquo modo est alterius, sed non secundum speciem. *Caecitas* autem *visionis* caecitas *non dicitur*. Huius autem causa in ANTEHABITIS in TRACTATU DE RELATIONE dicta est, quia aliquando in

12 b 16 – 13 b 36 (Arist. Lat. 71,25–73,23): Quoniam autem privatio et habitus non sic opponuntur ut ad aliquid, manifestum est; neque enim dicitur visus hoc ipsum quod est oppositi; visus enim non est caecitatis visus, nec alio ullo modo ad ipsum dicitur; similiter autem neque caecitas dicitur caecitas visionis, sed privatio quidem visionis caecitas dicitur, caecitas vero visionis non dicitur. Amplius ad aliquid omnia reciprocativa dicuntur, quare et caecitas, si esset horum quae ad aliquid sunt, utique converteretur ad illud ad quod dicitur; sed non convertitur; neque enim dicitur visus caecitatis visus. Quoniam autem neque ut contraria opponuntur ea quae secundum privationem et habitum dicuntur, ex his manifestum est. Quorum enim contrariorum nihil est medium, necesse est, in quibus nata sunt fieri aut in quibus praedicari, alterum ipsorum inesse semper; horum enim nihil est medium, quorum alterum necessarium erat inesse susceptibili, ut in languore et sanitate et abundanti et perfecto. Quorum vero aliquid est medium numquam necessitas est omni inesse alterum; neque enim necesse est omni susceptibili candidum vel nigrum esse, neque frigidum vel calidum (horum enim medium aliquid nihil prohibet esse); horum autem est aliquid medium, quorum non est necessarium alterum inesse susceptibili, praeter quibus naturaliter unum inest, ut igni calidum esse et nivi candidum esse (in his autem determinate necessarium alterum esse, et non alterum contingit; non enim possibile est ignem frigidum esse neque nivem nigram); quare omni quidem susceptibili non est necessarium alterum eorum inesse, sed solis quibus naturaliter unum inest, et his determinate unum, non alterum contingit. In privatione vero et habitu nihil horum quae dicta sunt verum est; nec enim semper susceptibili necessarium est alterum eorum inesse; quod enim nondum naturam habet ad videndum neque caecum neque visum habens dicitur, ideoque non erunt haec talium contrariorum quorum nihil est medium; sed neque quorum est medium; necessarium enim est omni susceptibili alterum eorum inesse; quando enim iam natum fuerit ad habendum visionem aut caecum aut habens visionem dicetur; et horum non determinate alterum sed alterutrum contingit; in contrariis autem, quibus est medium, numquam necessarium fuit omni alterum inesse, sed quibusdam, et his determinate unum. Unde palam est quia secundum neutrum modum tamquam contraria opposita sunt ea quae secundum privationem et habitum opponuntur. Amplius in contrariis quidem, existente susceptibili, possibile est in alterutrum fieri mutationem, nisi alterum naturaliter insit, ut igni calidum esse; namque quod sanum est possibile est languere, et candidum nigrum fieri, et calidum frigidum, et ex studioso pravum et ex pravo studiosum possibile est fieri (pravus enim ad meliores exercitationes deductus et ad doctrinas, vel ad modicum aliquid proficiet ut melior sit; si vero semper vel modicum crementum sumpserit, palam est quia aut perfecte mutabitur, aut satis multum crementum sumet; si enim bene mobilior ad virtutem fiat, vel quodcumque crementum sumpserit a principio, et ex hoc etiam verisimile est amplius eum sumere crementum; et hoc dum semper fit, perfecte in contrarium habitum restituetur, nisi forte tempore suspensum sit). Verum in privatione et habitu impossibile est mutationem in alterutrum fieri; et ab habitu in privationem fit mutatio, a privatione vero in habitum impossibile est; neque enim caecus factus quis rursus vidit, neque cum esset calvus rursus comatus factus est, neque cum esset sine dentibus dentes ei iterum orti sunt.

CaO1P1BrShSiV1 pap

1–3 Cap. – contrarietatis *om. Br pa* 1 7] VIII *O1* 3 ad oppositionem] ab oppositione *p* | et *om. Sh* 4 Sic] sicut *V1* hic *pa* 5 a] in *add. P1* | ipsis] invicem *pap* 6 autem *sup. lin. Sh*[1] | sic – opponantur] sit oppositio *Br* | vel] et *V1* | opponantur] opponuntur *O1P1SiV1* 7 ut] sic *P1* | haec *om. Br* 7–8 duo – diversa] sint duo genera diversa oppositionis *Br* 7 sint] sunt *O1 pap* 8 sic probatur] manifestum est *p om. pa* 9 ex] de *Br* 10 privationi] privationis *Ca* | non *ex* homo *corr. P1*[1] 12 casum] modum *add. et exp. Sh* 13 casum] non *add. pap* | dicitur *ras. Br* 14 caecitatis] caecitas *Si* | caecitati] caecitate *pa* | visus[3] *editor cum pap*] visum *codd.* | neque] nec *Si pap* 15 neque] nec *pap* | neque – visus *om. (hom.) Sh corr. in marg. Sh*[1] | nulla] nullus *pap* 16 harum habitudinum] horum habituum *pap* | habitudinum] habitudinem *Ca* | posset] possit *CaP1V1* potest *O1 pap* | et] id *add. et exp. P1* | id] ad *add. Sh* 17 secundum – visus *om. (hom.) Sh* 18 quod] quidem *dub. V1* 19 neque] nec *pap* 19–20 caecitas *om. O1* 20 nec] neque *V1* | secundum *in marg. Sh*[1] | alium *om. Sh* | alium aliquem *inv. Si pap* 21 ad aliud] alterius *pap* | est] visionis *add. et exp. O1* | caecitas *in marg. P1*[1] 22 genus] secundum *add. et exp. P1* 23 sed] et *Br*

27 visus[1] *Ch om. ed.* 29 reciprocativa] conversim *a* reciproce sive ad convertentiam *Alb.* | horum] eorum *a Alb.* | ad[3] *VsCsCh* et *ed.* 33 necessarium] necesse *a Alb.* | abundanti] impari *a* abundanti sive impari *Alb.* | perfecto] pari *a* perfecto sive pari *Alb.* 34 necessitas] necesse *a Alb.* | inesse *CsCh a* esse *ed.* 35 est[1] *Cs* erat *ed.* | est[2] *CsCh* erat *ed.* | necessarium] necesse *a Alb.* | inesse *GlChVa a* esse *ed.* 36 esse[2] *CbAbGlCsCh om. ed.* 37 esse[1]] inesse *a Alb.* | alterum[2] *AbCsVa* alterutrum *ed.* 38 alterum[2] *Ab* alterutrum *ed.* 39 horum] eorum *a Alb.* 40 inesse *CsCh a* esse *ed.* 42 inesse *Ch* esse *ed.* 44 inesse *FmVa a* esse *ed.* 46 alterum *Cs* alicui *ed.* | naturaliter *Cs Va?* unum *add. ed.* | insit *CsMü a* sit *ed.* | calidum *GlCsCh* calido *ed.* 47 candidum] album *a* candidum sive album *Alb.* 53 quis *CsCh om. ed.* | sine dentibus] edentulus *a* edentulus vel sine dentibus *Alb.*

24 Vide supra p. 91 v. 56 – p. 92 v. 56.

ratione nominis speciei clauditur vel concipitur id cuius est et ad quod dicitur, et tunc incongrue extrinsecus apponeretur.

Amplius, adhuc ab ipsis oppositis rationem inducendo, sicut patet ex PRAEHABITIS, *ad aliquid omnia dicuntur* reciproce sive ad convertentiam. Propter quod *et caecitas, si esset* de numero *eorum quae sunt*, hoc ipsum quod sunt, *ad aliquid, converteretur utique ad illud ad quod dicitur*, secundum hoc ipsum quod est. *Non* autem *convertitur*; non *enim dicitur visus caecitatis visus*, sicut PAULO ANTE probatum est; ergo nec caecitas, hoc ipsum quod est, ad aliud est. Sumitur autem modus oppositionis eorum quae sunt ad aliquid ex hoc ipso quod sunt ad aliquid. Cum ergo modus oppositionis privationis et habitus ex hoc non sumatur, patet quod alia ⟨est⟩ oppositio relationis et eorum quae opponuntur ut privatio et habitus.

Quoniam autem ea quae opponuntur ut *privatio et habitus* non *opponantur ut contraria, ex his* quae dicentur *manifestum est.* Contraria enim aut sunt immediata aut mediata. *Quorum* autem *contrariorum nihil est medium*, sicut contrariorum quae sunt immediata, *necesse est semper alterum* contrariorum *inesse* | subiecto susceptibili, *in quo nata sunt fieri* illa immediata contraria *aut in quibus* sunt et de quibus *praedicari* per denominationem videntur. *Alterum* enim illorum semper de talibus praedicatur vel ambo sub disiunctione; semper enim secundum omne tempus contrariorum *nihil est medium, quorum alterum* omni tempore necesse *est inesse susceptibili* et quorum alterum semper necesse est de susceptibili praedicari, sicut patet *in languore et sanitate* circa animal et *abundanti* sive *impari et perfecto* sive *pari* circa numerum. Contrariorum *vero, quorum aliquid est medium, numquam* secundum aliquod tempus *necesse est alterum inesse*; semper enim potest inesse medium, quod neutrum est contrariorum; non *enim necesse est omni* vel alicui *susceptibili* aut *candidum* sive *album vel nigrum* inesse, quia potest inesse fuscum vel pallidum. Similiter non necesse est omni vel alicui susceptibili inesse vel *calidum vel frigidum*, quia potest inesse tepidum, quod nec calidum est nec frigidum; *horum enim* et similium contrariorum *medium nihil prohibet inesse*, quod neutrum est extremorum. Sed eorum, ut DIXIMUS, *est aliquod medium quorum non est necesse alterum* semper *inesse* suo *susceptibili* exceptis his *quibus naturaliter inest unum* contrariorum, sicut inest *igni calidum et* sicut inest per naturam *nivi candidum esse. In* talibus *autem necessarium alterum* inesse *et* illius oppositum *non contingit* inesse sive impossibile inesse sine substantiae corruptione. *Non enim possibile est ignem esse frigidum*, ita quod maneat ignis substantia, vel *nivem* esse *nigram*, ita quod maneat substantia nivis. Multa enim et alia susceptibilia sunt calidi et candoris praeter ea quibus alterum inest per naturam. Et tunc ex his quae dicta sunt patet quod *non omni susceptibili necessarium est alterum inesse* contrariorum mediatorum, *sed* his *solis* susceptibilibus *quibus* alterum eorum contrariorum *inest* per naturam, *et his determinate* inest *unum* et *non alterum contingit* inesse.

In privatione autem et habitu nihil eorum quae dicta sunt de contrariis mediatis *verum est. Susceptibili enim* privatio|nis et habitus non *semper necessarium alterum*, hoc est vel privationem vel habitum, *inesse*, eo quod haec non insunt nisi tempore determinato; *quod enim* animal natum *nondum habet* tempus *ad videndum* determinatum a *natura neque caecum neque visum habens dicitur.* Propter quod sequitur quod privatio et habitus *non sunt* de numero

CaO1P1BrShSiV1 pap 22 *Sh* f. 56va 59 *Ca* f. 58vb

1 vel] sive *Br* | id] ad *Si* 3 apponeretur] opponeretur *CaO1P1* opponentur *pap* 4 adhuc *om. Br* 5 ex] in *V1* 5–6 reciproce] recipere *SiV1 pa* 6 sive] sed *CaO1P1* se *SiV1 pa om. p* | si] sed *CaP1* 7 de *om. CaO1P1 corr. sup. lin. O1*[1] | hoc – sunt *om. (hom.) P1 corr. in marg. P1*[1] 8 ad[1] *om. pa* | ad[2]] aliud *O1* aliquid *add. pa* | quod] hoc *add. pap* 9 hoc ipsum *inv. pap* | quod *om. Sh* | est] sed *add. Br* | Non *lac. CaP1 corr. Ca*[1] *om. O1SiV1* | autem] aut *O1P1SiV1 om. Br* 10 caecitatis] caecitatem *pa* | sicut *iter. Si* | probatum] praehabitum *Sh* 11 ergo] igitur *O1BrSi* | aliud] aliquid *pap* 12 Sumitur] similiter *Br* 13 quod] quae *Si* | ad *om. V1* | aliquid[2]] sumitur *add. Br* | ergo] igitur *BrSi* 15 sumatur] sumitur *pap* | est *suppl. editor cum Br pap* 16 opponuntur] secundum *add. et exp. Sh* 17 ut *om. CaP1Sh corr. in marg. Sh*[2] 18 opponantur] opponatur *P1* opponuntur *O1Br pap* 19 est *om. pap* | Contraria *iter. Si* | enim *ex* est *corr. Sh*[1] *om. O1* | aut[1]] autem *O1 om. p* | sunt] aut *add. pap* | immediata – mediata *inv. Si pap* 20 Quorum] quod *Br* | contrariorum] immediatorum *add. Br* | sicut] patet quoniam *Br* 22 inesse] in *add. Ca* | quo] qua *Si* 23 immediata contraria] contraria mediata (*in* immediata *corr. Si*[1]) *Si* | in – sunt] sunt in quibus *pap* 24 praedicari – denominationem] per denominationem praedicari *Si* 25 illorum *sup. lin. P1*[1] 27 contrariorum] eorum *Sh praem. pap* 28 est *om. Sh* 28–29 et – praedicari] subiecto *Br* 29 necesse est *inv. pap* | in] de *pap* 30 et[1] *iter. Sh* in *add. Si* | sive *sup. lin. P1*[1] 31 perfecto] perfectio *Si* 32 medium] contrarium *add. pa* | numquam] umquam *pa* | aliquod] aliud *Si* 33 potest inesse *inv. Si* 34 quod] quid' *Si* 34–35 necesse est *inv. Si* 35–36 aut – inesse] inesse album vel nigrum *Br* 35 sive] aut *V1* 37 est *ante* necesse *transp. Br pap post* susceptibili *transp. O1 om. CaP1SiV1* 38 vel[1] *om. Sh pap* 39 est *om. Sh post* frigidum *sup. lin. Sh*[1] 41 Sed] si *V1* 41–42 est[2] – quorum] quorum est aliquod medium *Br* | aliquod] aliquid *pap* 42 alterum semper] semper alicui *Br* | suo *om. pap* 44 sicut[2]] sic *V1* 45 candidum] candidam *p* | necessarium] est *add. O1Br pap* | alterum inesse *inv. P1 corr. P1*[1] 46 contingit] convenit *pap* | impossibile] possibile *Si* est *add. O1Br pa* et *add. p* 47 sine] sive *Ca* | sine substantiae *inv. V1* | Non] est *add. Sh* 48 ignem esse] igni inesse *Br* | ignis substantia *inv. Br* 49 nivem *iter. Si* | nivem – nigram] nigram esse nivem *Sh* | nigram] nigrum *CaO1P1* 50 enim] autem *Sh* | et[1]] etiam *pap* | calidi] caloris *O1* 50–51 praeter] propter *O1Sh* possunt *Si* 51 ea *om. Sh* 52 quae *om. O1P1Br corr. sup. lin. Br*[1] | necessarium] verum *pap* 53 alterum inesse *inv. Br* | sed] in *add. V1* | solis] sol' *CaO1Si* solum *Sh pap* 54 eorum] illorum *Sh* | eorum contrariorum *om. pap* 56 contingit] convenit *Br pap* 57 autem *Sh om. cet. codd., edd.* | habitu] habitum *Si* 58 sunt *om. Si* | mediatis] immediatis *p* 58–59 enim privationis *inv. O1* 59 necessarium] est *add. Br* 60 vel[1] *om. pap* | eo quod] quia *pap* 61 insunt] sunt in eo *pap* | nisi] in *add. pap om. Sh corr. in marg. Sh*[1] | quod enim] sed *pap* | animal] nondum *add. et exp. Sh* mox *add. pap* 62 habet tempus *inv. Si* | ad videndum] videndi *Sh* | ad – determinatum] determinatum ad videndum *pap* 63 visum] visus *Sh* | dicitur] habere *add. Si* esse *add. pap*

5 Arist., Cat. c. 7 (6 b 28–7 b 14); cf. supra p. 90 v. 14 – p. 93 v. 44. – 10 Arist., Cat. c. 10 (12 b 17–19); cf. supra p. 149 v. 10–18. – 41 Arist., Cat. c. 10 (12 a 9–11); cf. supra p. 142 v. 63–64.

talium contrariorum quorum nihil est medium, quia illorum omni tempore necesse est alterum inesse suo susceptibili. *Sed neque* sunt privatio et habitus de numero talium contrariorum *quorum* aliquid *est medium; omni enim susceptibili* privationis et habitus *necessarium est* unum *inesse*, vel habitum vel privationem, postquam venerit in tempus, in quo ipsum susceptibile *natum est ad habendum* habitum. Tunc enim *aut caecum aut habens visionem dicitur, et* tunc *non contingit* necessario *determinate* inesse *alterum*, scilicet visum determinate vel caecum determinate, *sed* indeterminate *alterutrum* necessario inerit; erit enim vel videns vel caecum indeterminate. *In contrariis autem, quibus est medium, numquam* secundum aliquod tempus *est necessarium alterum inesse*, quia semper potest inesse medium, *sed quibusdam* susceptibilibus alterum contrariorum mediatorum *determinate* contingit inesse, sicut DIXIMUS, cui illud inest per naturam. Propter quod *palam est* quod *ea quae* privative *opposita sunt secundum neutrum modum contrariorum* habent oppositionem; neque enim semper alterum inest, sicut contrariorum immediatorum, neque numquam necessarium est alterum inesse, sicut in contrariis mediatis se habet oppositio.

Amplius adhuc idem et ex hoc probatur, quod *in contrariis*, sive mediatis sive immediatis, *existente* et manente secundum substantiam *susceptibili possibile est in alterutrum* ex alterutro *fieri* alterationis *mutationes, nisi alterum* contrariorum *insit naturaliter*, sicut *igni* inest *calidum* per naturam, qua ignis ignis est. Nam in contrariis immediatis *quod* animal *sanum est* modo *possibile est languere*, mutatum ex sanitate ad languorem, *et* in contrariis mediatis possibile est id quod modo *candidum* est *nigrum fieri*, mutatum ex candore in nigredinem. *Et* similiter *calidum* possibile est fieri *frigidum* et e converso, *et* id quod est *studiosum* possibile est fieri *pravum et* e converso *ex pravo possibile est fieri studiosum*, quod tamen negat PLATO in LIBRO qui dicitur MENONIS. Sed est innegabile, si ponamus virtutem ex assuetudine fieri. Secundum hoc *enim pravus ad meliores exercitationes* sive assuefactiones bonorum operum deductus et in virtutibus intellectualibus *deductus ad* meliores *doctrinas* et consilia et electiones, quamvis forte primo *modicum* quid *proficiat, ut melior sit, si vero* saltim *semper* sive continue *modicum crementum sumpserit, palam est quia aut perfecte mutabitur* et studiosus erit perfecte *aut satis multum* accipiet incrementum, ita quod operabitur ut studiosus. *Si enim* assuetudine *fiat bene mobilior ad virtutem*, ut ea quae virtutis sunt facile faciat et gaudeat vel etiam, si hoc non est, si tamen *quodcumque* incrementum sumat, palam est quod aut perfecte mutabitur aut satis multum sumet incrementum, quod sufficit ad virtutis acceptionem. Si enim *a principio sumat* aliquod incrementum, *verisimile est amplius eum* accipere incrementum. Si perseveraverit in exercitio actuum bonorum *et* cum *hoc semper* sive continue fit, *perfecte restituetur in contrarium habitum, nisi forte tempus* profectus sui *suspensum* | sive decurtatum *sit*, quia non in aequali tempore omnes aequaliter proficiunt, eo quod unus minus habilis est quam alter, propter quod naturalia moralibus multum cooperantur. Sic igitur se habet in contrariis. Sed in privatione et habitu hoc quod dictum est nullo modo convenit; *impossibile est* enim *in privatione et habitu* indifferenter *mutationem* ex

CaO1P1BrShSiV1 pap 54 *Sh* f. 56vb

1 talium *iter. Sh corr. Sh*^{1} 2 tempore] determinato *add. Br* | alterum inesse *inv. BrSi* 4 enim *om. ShSi corr. sup. lin. Sh*^{1} 5 vel *om. Br* 6 habitum – privationem *inv. Si* | in *om. p* | tempus] tempore *SiV1* 7 habendum habitum *inv. Sh* 8 Tunc] et sic *pa* sic *p* | caecum *Sh*^{1} | visionem] visum *Sh* 9 contingit] convenit *pap* necessarium sive *add. O1* | scilicet] si *CaO1P1* | visum *an* videns *scribendum?* et *add. pa* 10 sed] vel *Si* 11 alterutrum] alt^{m} *Sh* alterum *V1* | necessario *om. Sh* | necessario inerit] inhaeret necessario *Br* | erit] est *pap* 12 autem] in *add. pap* 13 aliquod tempus *inv. Si* | est necessarium *inv. O1* | necessarium *ante* secundum *transp. Br* 14 potest *Sh pap* erit *CaO1P1SiV1* contingit *Br* 16 contingit] convenit *pap* 16–17 per naturam *in marg. Br*^{1} 18 secundum] quod *CaO1P1* quod *praem. Br* | modum contrariorum *inv. Si* | contrariorum *om. pap* 19 neque] nec *pap* 20 contrariorum immediatorum] contraria immediata *Br* | numquam] umquam *p* semper *add. et exp. P1* 20–21 necessarium est *inv. O1* 21 inesse *om. O1* 23 adhuc] ad haec *V1* hoc *Si* ad *praem. in marg. Si*^{1} | et] etiam *SiV1* | et – hoc *om. pap* | quod *om. pap* 23–24 in – sive] sive in contrariis *O1* 24 et *ex* vel *corr. sup. lin. Si*^{1} 25 susceptibili *ante* secundum *transp. Sh* | possibile] passibile *P1* | est *om. CaP1V1* 25–26 in – alterutro] ex alterutro in alterutrum *pap* 26 mutationes] mutationem *pap* | nisi] tamen *add. Br* | alterum] alterutrum insit *sed* insit *del. Sh* 28 qua – est *om. pap* | ignis^{2} *in marg. Sh*^{1} 29 quod animal *inv. pap* | sanum est *inv. Br* | modo *sup. lin. O1*^{1} | mutatum] mutant *P1* 30 ad] in *pap* 31–32 mutatum] mutant *P1* et mutari *pap* | mutatum ex *iter. O1* 32 in *iter. Si* 33 est^{1} *om. V1* | et^{2} *om. Br* etiam *sup. lin. Br*^{1} | id] illud *Si* 34 est *om. CaP1V1* | converso] et *add. P1* 35 negat Plato *inv. Sh* 36 Sed] non *add. p* | innegabile] innegabiles *Ca* innegabil' *Sh* negabile *pap* 37 enim] est *O1P1SiV1* | pravus] primus *P1* 39 deductus^{1}] deductas *pa* | intellectualibus] integralibus *Si* intelligibilibus *pap* 40 consilia] consimilia *BrShSi pap* 41 quid] qui *V1* quod *pa* | proficiat] perfaciat *Si* perficiat *pa* | ut] vel *O1* | vero] non *Br pa* | saltim *om. Si* 42 continue] continuum *pap* | sumpserit] supersit *pa* | quia] quod *O1* 43 perfecte^{1}] perfecta *pa* | satis] saltem *Br* 44 operabitur] operabatur *P1* comperabitur *pa* 45 fiat] fiet *pap* 46 virtutis] virtus *Si* | facile *iter. V1* 47 hoc] homo *p* | si] sed *pap* | tamen] tantum *pa* | incrementum sumat *inv. Br* | sumat] sumatur *pa* 49 sumet *ShSi p* sumit *CaO1P1V1* sumat *ante* multum *transp. Br* sumitur *pa* 49–50 acceptionem *ex* perfectionem *corr. sup. lin. O1*^{1} 50 enim] vero *Br* | principio sumat] primo sumatur *pa* 50–51 verisimile] vere simile *CaO1P1*^{1} naturae simile *pa* | verisimile – incrementum *om. (hom.) P1 corr. in marg. P1*^{1} 51 amplius] apud *p* | eum *dub. Ca* cum *O1P1*^{1} *pa* | accipere] acciperet *O1* acciperit *pa* per *add. O1P1*^{1}*SiV1* 51–52 perseveraverit] perseveraverint *P1* perseveravit *V1* 52 exercitio] extremo *pa* | cum] tamen *O1* 53 sive] sit *pa* fit *p* | fit *editor cum V1 Arist. Lat.* sit *cet. codd.* sic *pap* | restituetur *Sh Arist. Lat.* restituitur *cet. codd., edd.* | contrarium] continuum *pa* | nisi] non *pa* 54 tempus – suspensum] tempore sive suspensus *pap* | decurtatum]decurtatus *pap* | sit *iter. V1* 55–56 proficiunt] perficiunt *pa* 56 minus *in marg. Si*^{1} | habilis] humilis *P1* | propter] hoc *add. SiV1* 56–57 propter quod] quia *pap* 57 quod *om. CaO1P1* hoc *praem. SiV1* | cooperantur] comparantur *O1Br* 57–58 igitur *om. pap* 60 est enim *inv. O1*

16 Arist., Cat. c. 10 (12 b 37–13 a 3); cf. supra p. 150 v. 43–56. – 35 Plato, Meno 99E–100B; cf. infra p. 153 v. 17–23. De ista auctoritate, quam Albertus crebro refert, cf. e. g. Alb., Ethica l. 1 tr. 1 c. 2, l. 3 tr. 1 c. 17 (Ed. Paris. t. 7 p. 3a, 3b–4a, 222a); Anal. Post. l. 1 tr. 1 c. 5 (Ed. Paris. t. 2 p. 16a). Cf. L. Gaul, Alberts des Großen Verhältnis zu Plato, 23–24, 29–30.

alterutro *in alterutrum fieri; ab habitu* enim *mutatio fit in privationem, a privatione vero in habitum* mutationem fieri *est impossibile. Caecus enim quis factus*, numquam *rursus* videbit, *neque* cum quis *calvus factus est, rursus* efficitur in sincipite *comatus*, neque *edentulus* vel *sine dentibus* quis factus, rursus *ei dentes* exorti *sunt*, ut fieret dentatus.

Cap. 8. De dubitabilibus quae sunt circa ea quae dicta sunt

Quamvis per ea quae DICTA SUNT nihil intendamus probare nisi quod privative opposita nec sunt opposita ut relativa neque ut contraria, tamen propter doctrinae facilitatem bene se habet dubia, quae sunt circa ea quae dicta sunt, determinare. Quae autem causa sit quod quaedam contrariorum sunt mediata et quaedam immediata, iam in ANTEHABITIS determinatum est.

Quod autem alterum contrariorum inest alicui per naturam, haec causa est, quia inest ut potentia naturalis. Et hoc accipitur ex probatione, quam facit ARISTOTELES in FINE TERTII METEORORUM. In substantialibus enim ignis, ex hoc quod elementum est motu distensum et usque ad ultimum rarefactum, radicatur calidum in summo nec separabile est ab ipso manente substantia, qua ignis est ignis, quia manente substantia formali manet id quod ut naturalis potentia in substantia radicatum est.

Et si quis obiciat quod si calor est accidens in uno, in nullo potest esse substantia, et sic non est substantia in igne sed accidens, et sic calor est in igne non sicut quaedam pars, et ideo videtur quod ignis possit esse ignis et non calidus, quia 'accidens est', ut dicit PORPHYRIUS, 'quod adest et abest praeter subiecti corruptionem', dicendum est quod est accidens naturale et proprietas essentiam ignis consequens et non derelinquens. Quod autem non sit in eo sicut quaedam pars, concedendum est, quia non potest esse pars id quod est totum esse perfectum consequens. Quod autem dicit Porphyrius, dicit de accidente communi, quod non est proprium nec naturale. Et ideo ut accidens non habet inseparabilitatem, sed inseparabilitatem habet ab eo quod est naturale.

Patet autem ex hoc quod HIC dictum est quod falsa est OPINIO eorum qui dicunt primas qualitates esse formas substantiales elementorum; formae enim substantiales corporum nullum habent contrarium, haec autem ad invicem sibi contraria sunt.

Sciendum etiam quod inesse per naturam est inesse per naturam non eius quod inest, sed per naturam subiecti cui inest, sicut DIXIMUS, et sic insunt in omnibus omnes potentiae naturales.

Si QUIS autem dicat quod sicut igni per naturam inest calidum, ita aquae per naturam inest frigidum, sicut ergo aqua frigida per naturam potest calefieri, ut sit actu calida sine substantiae corruptione, ita ignis deberet posse actu infrigidari per naturam, ut esset actu frigidus praeter substantiae corruptionem, ad hoc dicendum quod inter elementa, ut dicit ARISTOTELES in QUARTO METEORORUM, solus ignis formalis est et alia omnia sunt materia igni, et ideo quod radicatur in ipso profundius radicatur quam in aliis, et ideo ab aliis manentibus in

CaO1P1BrShSiV1 pap 13 *Ca* f. 59ra

1 alterutrum] alterum *pap* | fieri] ad *add. et exp. Si* 2 vero] enim *O1* | mutationem] privationem *in marg. O1*[1] | fieri] necesse *add. et exp. O1* 2–3 est impossibile *inv. Br* 3 impossibile] possibile *Si* est *add. O1* | quis] qui *Sh pap* | factus] est *add. pap* 4 neque] nec *pap* | quis calvus *inv. V1* | est] numquam *add. pa* umquam *add. p* 4–5 sincipite] capite *pap* 5 neque] nec *pap* | vel *ex* iam *corr. sup. lin. Br*[1] *om. pap* | quis factus *inv. O1* | factus] actus *p* est *add. Sh* 6 ei] eius *Si om. pa* | ei dentes *inv. p* | exorti] orti *pap* | dentatus] dentatum *CaO1P1SiV1* 7–8 Cap. – sunt *om. Br pa* 7 dubitabilibus] dubitationibus *Si* 9 nihil] vel *pa* 10 probare *in marg. P1*[1] | sunt opposita] opponuntur *Br* 11 ut[1]] nec *CaP1* | neque] nec *Sh pap* 12 facilitatem] facultatem *pa* | habet] habent *O1BrSh* | quae[1] sunt *om. Br* 13 determinare] determinate *CaO1P1* et determinata *Br* | Quae] quod *Sh* 14 contrariorum – mediata] sunt contrariorum immediata *Br* | sunt] sint *O1* 14–15 immediata] mediata *Br* 16–17 alicui – naturam] per naturam alicui *Br* 17 haec] a *add. et exp. Si* | quia] quae *CaO1P1SiV1* 18 ex] a *Sh* | facit] fecit *pap* 19 Meteororum] metha[orum] *V1* | In[2] *om. pa* 20 elementum est *inv. Br* 21 et] ut *pap* 23 qua] quae *pa* 24 id] illud *pap* | in substantia *om. O1P1BrSiV1* 26 quis obiciat] obicitur *Br* | si[2] *om. pap* | calor] quia *add. p* 27 est *sup. lin. Sh*[1] 28 sed] secundum *pa* | sed – igne *om. (hom.) V1* | est *om. Si* | est – sicut] non est in igne ut *Br* | non] nec *V1* 29 ideo *iter. Si om. O1* | possit] posset *O1* potest *Si* | ignis[2] *om. Sh* 30 ut] et *Si* 31 subiecti] subiectum *Ca* substantiae *O1* 32 est[2] *om. O1* 32–33 essentiam *Sh* essentia *Ca* essentialis *O1P1BrSiV1 pap* 33 ignis] ignem *Br om. Si* 34 sit – eo] insit *Br* | concedendum] dicendum quod verum *Br* 35 est[1] *om. pa* 37 accidente communi *inv. Si* | proprium] sed *add. Si* 38 nec] videlicet *pap* | naturale] naturali *O1* | habet *om. O1* 38–39 inseparabilitatem] separabilitatem *O1SiV1* 39 inseparabilitatem] inseparabilia tunc *pap* | habet *om. O1P1BrSiV1* | quod est *iter. P1SiV1* 40 naturale] habet *add. Br.* 41 autem *iter. Si* | hic] hoc *Br* | hic – quod *om. (hom.) pap* 42–43 esse formas *inv. Si* 44 autem *sup. lin. Sh*[1] 46 quod] ea *pap* 46–47 est – naturam *om. (hom.) pap* 48 in *om. BrSiV1 pap* 51 aquae] aeque *Si* 52 ergo] igitur *BrSi* | frigida *post* naturam *transp. Si* 53 sine] sive *CaP1* 53–54 posse – infrigidari] per se infrigidari actu *O1* 54 actu[1] *om. Br* | frigidus] frigida *Si* 55 hoc] haec *O1* autem *add. pap* 56–57 in – Meteororum *om. p* 56 in quarto] decimo *pa* 57 formalis est *inv. pap* | alia omnia *inv. O1* | omnia] contraria *pap* 57–58 sunt materia *inv. Si* 58 igni *om. pap*

9 Supra p. 149 v. 4 – p. 152 v. 6 – 15 Supra p. 141 v. 40 – p. 144 v. 3. – 17–18 potentia naturalis: Cf. e. g. Alb., Phys. Ed. Colon. t. 4, 1 p. 528 v. 29–60. – 18–19 In libro tertio Meteororum non invenitur. Fortasse: Arist., Meteora l. 4 c. 1 (378 b 10–26). – 30 Porph., Isag. (Arist. Lat. I, 6–7 p. 20 v. 7–8). – 41 Arist., Cat. c. 10 (12 b 32–13 a 3); cf. supra p. 150 v. 37–56. – 42–45 Cf. Alb., De gen. et corr. Ed. Colon. t. 5, 2 p. 190 v. 17–68. – 48 Supra p. 150 v. 45–56; v. 16–25. – 50 Cf. Kilw., Super Praed. (ed. Conti p. 132 v. 4): 'Quaeritur ergo quare ignis non potest frigefieri, sicut aqua potest calefieri'. – 56–57 Arist., Meteora l. 4 c. 1 (379 a 14–15); transl. Henr. Aristippi: Arist. Lat. X, 1 p. 8 v. 38–39. Cf. Alb., Meteora. Ed. Colon. t. 6, 1 p. 219 v. 64–80.

substantia separantur suae qualitates secundum actum et remanent secundum radices in potentia redeunte ad actum, quando alterans cessat ab alteratione. Et ideo aqua calefacta cessante calefaciente per seipsam rursus efficitur frigida. Ignis autem, quia rarissimus est et ubique alterationem infrigidantis recipiens in profundum sui, propter hoc quod formale valde est, statim instanter inspissatur et corrumpitur ab ignis substantia et forma, quod post ignem facit aer secundum modum proportionalem. Aqua autem et terra, quia spissa sunt, non ita in profundum sui suscipiunt alterationes eorum quibus mutantur, et ideo actu efficiuntur in forma alterantis et cum hoc diu tenent qualitates et potentias naturales proprias.

Quod autem DIXIMUS, ex pravo fieri studiosum, si a principio propter exercitationes in bonis actibus incrementum accipiat, propter SOCRATEM et PLATONEM dictum est, qui dixerunt virtutem, secundum quam homo studiosus est, nec discibile nec assuescibile bonum esse, sed virtutem esse donum deorum immortalium, assuetudine autem et doctrina hominem parari ad virtutem, eo quod dii non iuvant inertes et pigros sed seipsos extendentes et parantes ad virtutem.

Adhuc autem quod DICTUM EST, a privatione ad habitum regressum non fieri, intelligendum quod hoc est dictum de privatione, quae privat et habitum et subiecti ad habitum aptitudinem sive quae privat principia, per quae subiectum habilitatem habet ad habitus susceptionem, sicut caecitas ad visum se habet, et talis privatio sequitur habitum tempore et natura; haec enim privatio non relinquit nisi subiectum sine habilitate ad habitum. Est autem alia privatio, quae non privat habitum secundum essentiam, sed secundum esse actu habitum, et haec est, in qua est inchoatio habitus secundum potentiam et ex qua educitur habitus, et ab hac in omni motu et mutatione fit processus in habitum secundum actum per motum, quo movetur subiectum susceptibile actus de potentia ad actum. Et haec privatio semper praecedit habitum tempore et motu et etiam natura materiae et potentiae, et de hac privatione nos hic non loquimur, quia non in toto privat habitum. Nec est inter | talem privationem et suum habitum plena oppositio privative | oppositorum. Nos autem hic loquimur de differentia modorum oppositionis, et ideo non loquimur de privatione et habitu, nisi secundum quod plenam habent ad invicem huiusmodi oppositionem.

Alia vero quae dicta sunt, per se sunt manifesta. Quod enim de nive DICTUM EST , quod 'per naturam inest ei candidam esse', haec natura est, quia nix materialiter generatur de perspicuo indurato et contuso per minima; perspicuum autem induratum et contusum per indurationem efficitur quodam modo terminatum et per contusionem efficitur ubique in superficie clara luminis receptivum, et haec est vera et naturalis causa albedinis. Per hanc ergo naturam inest nivi candidam esse.

CaO1P1BrShSiV1 pap 41 *Sh* f. 57ra 42 *Ca* f. 59rb

1 suae] sive *pa* 1–2 secundum – et] et secundum actum *Si* 4 seipsam] seipsum *Si* 5–6 ubique] quia *pap* 6 recipiens *post* sui *transp. O1* suscipiens *Si* 7 formale valde *inv. pap* | instanter] instant' *Sh* incessanter *Br* instantur *Si* infrigidatus *p om. pa* 9 modum] sibi *add. Sh* 9–10 proportionalem] proportionale *pa* 11 sui *om. O1* | quibus *om. Si* 12 alterantis] alterante *pap* 13 cum hoc] haec *pa* | diu *Sh* actu *cet. codd.* actu *add. pap* | tenent *Sh pap lac. Ca om. O1P1BrSiV1* | et potentias] potentiasque *Si* 15 Quod *in marg. Br*^{1} | ex] a *Br* 16 exercitationes] exercitium *Br* | actibus] operibus *Si an* et doctrinis *cum Sh supplendum?* 17 accipiat] incipiat *pap* 19 est *om. Si* | discibile *editor cum Br p* disciplē *Ca* disciplinabile *O1* discipulo *P1SiV1* disciplinae *Sh pa* | assuescibile] assuefactibile *Br* 20 sed] secundum *pa* 21 doctrina] dogma *Si* | parari] parati *Ca* pari *P1* probari *pa* 23 parantes *post* virtutem *transp. Si* 24 Adhuc] adh' *Si* ad hoc *pa* | autem *om. P1* | a] de *Br* | ad] in *Br pap* 24–25 habitum regressum] habitu ingressum *pa* 25 regressum *post* fieri *transp. Br* | non] posse *add. pap* | intelligendum] est *add. O1* | quod hoc *inv. pap* | hoc *sup. lin. Sh*^{1} 25–26 est dictum *inv. Br* 27 ad habitum *iter. P1corr. P1*^{1} | habitum] habitus *Sh* | sive] sine *pa* | privat] prius *pa* 28 habilitatem *editor* aptitudinem *Br* habitudinem *cet. codd., edd.* | habet *ante* subiectum *transp. Br post* subiectum *transp. Si* 29 et *om. p* 31 relinquit] relinquitur *P1* | nisi *om. pap* 32–33 secundum – habitum *om. (hom.) P1* | secundum – sed] sed essentiam *pap* 34 haec] hoc *O1Br pa* 35 hac] hoc *pa* 35–36 motu – mutatione *inv. Si* 36 in] ad *add. et exp. Sh* | actum] habitum *O1* 37 motum] modum *p* | subiectum] secundum *add. V1* | actus] ad *add. et exp. Sh* 39 natura *editor cum BrV1 p* naturae *CaO1P1ShSi pa* | materiae] modo *Si* 40 non *sup. lin. Sh*^{1} 41 non – toto] in toto non *pap* | est] etiam *pap* 42 habitum] est *add. pap* | privative] privatione *pa* 43 hic *om. Br* 45 et *om. pa* | habitu *ex* habitum *corr. P1*^{1} | quod *sup. lin. P1*^{1} 46 huiusmodi] huius *V1 pa* 47 vero] autem *Sh* 48 enim] autem *Br pap* | de nive *om. Si* | quod^{2} *om. Si pa* 49 ei] et *add. pa* | candidam] candidum *Br* | esse] per *add. O1* | haec] hoc *Br p om. pa* | natura] verum *Br* namque *p om. pa* | est *om. O1P1SiV1 pa* 49–50 materialiter] naturaliter *P1BrShSi* 50 perspicuo indurato *inv. Br* | et *iter. Sh* | contuso] concusso *Br p* concussa *pa* et *add. O1* 50–51 per minima *om. Br* 51 induratum – contusum] concussum et induratum *pap* | et *iter. Sh* | et contusum *om. Br* | per *sup. lin. Br*^{1} 52 indurationem] induratione *CaP1* nimiam *add. Br* | quodam] quoddam *Sh* 52–53 quodam – efficitur *om. (hom.) V1 pap* 53 contusionem] concussionem *Br* | ubique *post* superficie *transp. Sh* 54 receptivum *ex* receptionum *corr. P1*^{1} | vera] vere *P1* natura *pap* | et^{2} *om. V1* 55 ergo] igitur *O1Br*

15 Arist., Cat. c. 10 (13 a 22–31); cf. supra p. 151 v. 33–58 – 17–23 Socratem – virtutem: Vide supra p. 151 v. 35 cum nota. – 24–46 Cf. Kilw., Super Praed. (ed. Conti p. 132 v. 19 sqq.). – 24 Arist., Cat. c. 10 (13 a 31–34); cf. supra p. 151 v. 58 – p. 152 v. 6. – 48 Supra p. 150 v. 44–45. – 49–55 Cf. Alb., Meteora. Ed. Colon. t. 6, 1 p. 56 v. 58–64.

Cap. 9. De differentia contradictionis ad alias oppositiones et utrum veritas sit ab aeterno

His habitis ostendenda est differentia contradictionis ad alias omnes oppositiones. Dicamus igitur quod *in affirmatione et negatione semper, sive sit* subiectum, de quo fit affirmatio et negatio, *sive non sit*, una *quidem* pars contradictionis *est vera* et altera *falsa*; de quolibet enim sive existente sive non existente est affirmatio vel negatio vera et de nullo simul ambo vera vel falsa contradictoria, ut in QUARTO PRIMAE PHILOSOPHIAE probatum est. Sive enim sit Socrates sive non sit, de Socrate unum contradictoriorum erit verum, aliud autem falsum; *palam* enim *est* quod cum dicitur *Socratem*, dum *ipse est* Socrates, *languere et Socratem non languere*, quod *alterum* istorum *falsum est* et *alterum verum*. *Similiter*, si Socrates ponitur non esse et dicatur quod Socrates languet et quod Socrates non languet, alterum erit verum et alterum falsum. *Languere enim* Socratem, quando *non est* Socrates, *falsum est* et *non languere* Socratem est *verum*. Propter quod *in his solis* quae *sunt opposita* contradictorie *proprium erit semper alterum eorum verum, alterum* autem *falsum esse* et numquam esse vel simul vera vel simul falsa.

Sunt tamen QUIDAM fortiter contra haec obicientes, et sunt non antiqui sed moderni. AUGUSTINUS enim per hoc ipsum quod HIC dicitur probat immortalem esse veritatem dicens quod aut veritas semper erat aut non semper erat. Si semper erat, habetur propositum quod veritas immortaliter fuit ab aeterno. Si autem haec est falsa, 'veritas semper erat', tunc eius contradictoria est vera, haec scilicet: 'veritas non semper erat'. Et si haec est vera, aliquid erat verum; verum autem non est nisi veritate, ergo veritas erat, quando non erat veritas, quod falsum est. Ergo inconveniens est illud ex quo sequitur illud, quod scilicet non semper erat veritas; veritas igitur semper erat. Eodem modo probatur quod veritas semper erit. Aut enim semper erit veritas aut non semper erit. Si semper erit, habetur propositum. Si autem non semper erit, tunc haec est falsa: 'veritas semper

13 a 37 – b 35 (Arist. Lat. 73,24–74,26): Quaecumque vero tamquam affirmatio et negatio opposita sunt, palam est quia nullo praedictorum modo opposita sunt; in solis enim istis necessarium est semper aliud quidem eorum verum aliud autem esse falsum. Neque enim in contrariis necessarium est semper alterum verum esse, alterum autem falsum, neque in his quae ad aliquid sunt, neque in habitu et privatione; ut sanitas et languor contraria sunt, et neutrum neque verum est neque falsum; similiter autem et duplum et dimidium tamquam relativa opposita sunt, et non est eorum neque verum neque falsum; sed neque ea quae secundum privationem et habitum sunt, sicut visio et caecitas. Omnino autem eorum quae secundum nullam complexionem dicuntur nihil neque verum neque falsum est; porro omnia quae dicta sunt sine complexione dicuntur. Sed et maxime videbitur hoc tale contingere in his quae secundum complexionem contraria dicuntur (sanum namque Socraten ac languere Socraten contrarium est), sed neque in his contrariis semper alterum verum aut falsum esse; cum enim sit Socrates, erit aliud quidem verum aliud autem falsum, cum vero non sit, ambo falsa sunt; neque enim languere neque sanum esse verum est, cum ipse Socrates omnino non sit. In privatione vero et habitu, cum non sit, neutrum verum est, cum sit, non erit alterum verum; habere namque visum Socraten ad id quod est caecum esse Socraten oppositum est sicut privatio et habitus, et cum sit, necessarium non est alterum verum vel falsum esse (cum enim nondum natus est habere, utraque falsa sunt, et visum eum habere et caecum esse). In affirmatione vero et negatione semper, sive sit sive non sit, aliud quidem erit falsum aliud autem verum;languere namque Socraten et non languere Socraten, cum ipse sit, palam est quia alterum eorum verum alterum autem falsum est, et cum non sit, similiter (languere enim, cum non sit, falsum est, non languere autem verum). Quare in his solis proprium erit semper alterum eorum verum alterum falsum esse, quaecumque tamquam affirmatio et negatio opposita sunt.

CaO1P1BrShSiV1 pap

1–3 Cap. – aeterno *om. Br pa* 4 ostendenda] ostensa *Sh* 5 alias] alia *Sh* | alias omnes *inv. O1 pap* | omnes *om. P1* | igitur] ergo *pap* 6 affirmatione – negatione *inv. Sh* | semper *om. O1Br* | sive *om. CaP1ShSi pa corr. sup. lin. Ca*[1] *in marg. Sh*[2] | fit] sit *O1P1Sh pap* 7 una] pars *add. Sh* | una quidem] semper una *Br* | quidem] quidam *P1* quaedam *SiV1 pa* 8 est *om. Sh* | et *om. Br* | altera] est *add. Si* 8–9 de – est *om. Br* 8 enim *om. Sh* 9 est] dicitur *pap* 10 falsa] sunt *add. pap* 11 quarto] decimo *pa* | philosophiae *iter. P1* | probatum est *ante* in *transp. Br inv. Si* 12 enim] etiam *Br* | sit[1] Socrates *inv. O1Si* | sit[2] *om. Br* | unum] unam *pa* 13 erit] enim *V1* est *pap* | autem] erit *add. Si* 14 quod *om. pap* | cum *sup. lin. P1*[1] | dicitur] arguitur *Br* 14–15 Socrates languere] languere Socratem *Si* 15 et] non *add. CaP1Sh* | Socratem *om. pa* | Socratem non *inv. O1Si* 15–16 falsum – verum *inv. Si* 16 Socrates ponitur] ponam Socratem *Sh* | ponitur] ponatur *O1* 17 languet – Socrates *om. pa* | et[2] – Socrates] vel *p* 18 erit] est *pap* | alterum[2]] aliter *pa* erit *add. Si* est *add. pap* 20 languere Socratem *inv. Si* | est[2] *om. P1* | est[2] verum *inv. Si pap* | quod] hoc *pap* 21 solis] solum *Sh pap* | quae] vere *add. Si* | sunt opposita *inv. Br* | contradictorie] contradictione *V1* | erit] est *pap* 21–22 semper – eorum] eorum alterum semper *O1* 22 verum] et *add. Sh pap* | autem *om. pap* 23 vel[1] *om. pap* | falsa *in marg. Sh*[1] 24 fortiter – haec] contra hoc (haec *Si*) fortiter *O1ShSi pap* | haec] hoc *Br* 26 hic] hoc *pa* | probat *in marg. Sh*[1] | immortalem] mortalem *pa* 28 semper[1] *om. Sh* 29 immortaliter] immortalis *pap* | fuit – aeterno] ab aeterno fuit *O1* | est] fuit *Br* 30 erat] et si haec est vera *add. et exp. P1* | tunc *Sh* esse *CaO1P1* ergo *SiV1 om. Br pap* | est] erit *BrSh* 32 erat] erit *Sh* | nisi] in *add. Sh pap* 33 ergo] igitur *O1BrSi* 34 Ergo *Sh* et igitur *Br om. CaO1P1SiV1 pap* | est[2]] etiam *add. O1Br praem. P1SiV1 pap* | illud] istud *O1* idem *p om. pa* 35 illud] id *pap* | non semper *inv. Si* 35–36 veritas – erat *om. ShV1* 36 modo *om. Si* 37 erit[1] *ex* erat *corr. Ca*[1] | enim] non *pa* | veritas *om. P1* | aut[2]] autem *O1* 38 semper[1] erit *inv. Sh*

48 contrariis *CsCh* contrarium est *ed.* 54 enim *ChVaEb a* etenim *ed.*

11 Arist., Metaph. l. 4 c. 4 (1006 a 21–1009 a 5). Cf. Alb., Metaph. Ed. Colon. t. 16,1 p. 176 v. 46 – p. 185 v. 60. – 24 Non invenitur. Sed cf. Alb., Metaph. Ed. Colon. t. 16,1 p. 204 v. 65–73. – 25 Aug., Solil. l. 2 c. 2 (PL 32,885–886). Cf. Ans., Monol. c. 18 (PL 158,168A–B; ed. Schmitt I p. 33 v. 10–21); De verit. c. 1(PL 158, 468C–469A; ed. Schmitt I p. 176 v. 6–19) Cf. Alb., De bono. Ed. Colon. t. 28 p. 18 v. 51–60; Alb., Summa I. Ed. Colon. t. 34,1 p. 160 v. 81 – p. 161 v. 10. – 26 Arist., Cat. c. 10 (13 b 27–35); cf. supra v. 5–23.

erit'; ergo eius contradictoria est vera, haec scilicet: 'veritas non semper erit'. Et si haec est vera, aliquid est verum. Non autem verum nisi veritate; ergo veritas erit, quando non erit veritas, quod est impossibile. Falsum ergo fuit quod primo datum est, hoc scilicet, quod non semper erit veritas; veritas igitur et aeterna et immortalis est. Et hoc sequitur de veritate propositionis et de veritate enuntiabilis, quae veritates non sunt veritas increata.

Si autem hoc concedatur, tunc obiciunt MODERNI probantes quod plura quam unum erunt ab aeterno sic. Simus enim ante mundum; tunc quaero si haec est vera, mundum futurum esse, vel haec propositio: 'mundus erit'. Et si est vera, sequitur quod ante mundum fuit aliquid verum. Si autem non est vera, tunc sequitur quod eius contradictoria est vera, et sic iterum sequitur quod aliquid est verum, et quod veritas illius fuit ante mundum. Ante mundum autem non fuit nisi aeternum et aeternitas; ab aeterno ergo aliquid fuit verum, cuius veritas fuit. Sed tam enuntiabile quam propositio sunt creata et creatae veritatis; ergo aliquid creatum fuit ab aeterno.

Si autem hoc concedatur, statim sequitur inconveniens quod dicit PLATO: Quod creatum est, est factum; omne autem factum coepit; ergo creatum coepit; quod autem coepit non est aeternum; ergo creatum non est aeternum; enuntiabile sive propositio creatum est; ergo non est aeternum. Et si propositio et enuntiabile non est aeternum, tunc veritas sua non fuit ab aeterno. Et sic videtur sequi quod veritas propositionis sit ab aeterno et non sit ab aeterno.

Ad haec autem QUIDAM aliquando dixerunt quod veritas enuntiabilis et propositionis non erat ab aeterno. Et causam assignant dicentes quod veritas enuntiabilis et propositionis esse non potest nisi existente enuntiabili et propositione. Ante mundum aut ab aeterno | non fuit enuntiabile nec propositio, et ideo quando dicit: Si haec non erat vera, 'veritas erat', contradictoria erat vera, dicunt quod hoc non sequitur, quia contradictoria est propositio vel enuntiabile; ante mundum autem nec fuit una nec alia, quia propositio nulla fuit. Similiter dicunt de futuro quod veritas non erit, quando non erit mundus, si ponatur totus mundus ad nihilum redigi.

Et si verum est quod dicunt isti, tunc ista doctrina de contradictoriis non erit generaliter vera et sequitur quod oppositionis contradictionis est medium, in quo nec unum nec alterum contradictoriorum erit verum vel falsum, et multa sequuntur inconvenientia contra hoc principium quod de quolibet affirmatio vel negatio vera et de nullo simul. Et si hoc principium non est firmae veritatis, nihil erit certae veritatis in demonstrationibus, quia ut dicit ARISTOTELES, huic principio sicut primo innititur omnis demonstratio.

Ideo nos dicimus quod doctrina, quae HIC traditur, certissimae est veritatis et quod argumentationes AUGUSTINI procedunt et sunt necessariae. Sed dicendum quod res, de quibus est affirmatio et negatio, dupliciter sunt, scilicet in esse et in ipsa rerum ordinabilitate. Et hoc

CaO1P1BrShSiV1 pap 36 *Ca* f. 59va

1 ergo] igitur *O1BrSi* | est] erit *BrV1 om. O1* | scilicet] sed *pa* 2 est[2]] erit *Si* 3 Non] est *add. Sh* | nisi] in *add. Sh* | veritate] verum *add. Br* | ergo] igitur *O1BrSi* 3–4 erit, quando] est quae *pap* 4 quando] quae *Si* 4–6 quod – igitur *om. Sh* 5 ergo] igitur *BrSi* | fuit] fit *Si* | primo datum] prius dictum *pap* | datum] fuit *add. et exp. P1* | hoc] haec *O1* 6 igitur *sup. lin. Sh[1]* | igitur et] ergo est *pap* 8 enuntiabilis] enuntiationis *Sh* | sunt *om. Si* 8–9 increata] incausata *Si* 10 hoc *om. Si* 11 quam] quod *P1* 12 Simus] fuit *O1* scimus *BrSi* sumus *pa* | quaero] quaestio *O1P1BrSiV1* est *add. Br om. pap* 13 futurum esse *inv. Br* 14 Et] sed *Br* 14–15 fuit – verum] aliquid verum fuit *O1* | fuit aliquid *inv. Sh* 16 est] erit *Br* 18 Ante mundum *om. (hom.) pap* | autem] aut *pap* | fuit] fit *Si* 19 aeternitas] non differt *add. Br* | ergo] igitur *O1Br* | fuit] fuerit *Sh* 20 tam] tamen *P1* 21 ergo] igitur *O1BrSi* 23 hoc] haec quidem *pap* 24 quod] quia *Br* | creatum est *inv. pap* | est[2] *post* factum *transp. SiV1 om. CaBrSh* | factum]*om. CaO1P1Br* 25 omne *Sh pap* nunc *CaO1P1Br* quod *SiV1* | autem] aut *Br* | autem – coepit] factum coepit autem *P1* | factum] est *add. SiV1* | coepit[1]] incepit *pap* | ergo] igitur *O1Si* | coepit[2]] incepit *pap* | quod] ab *add. et exp. Si* 26 coepit] incepit *pap* | est[1] *sup. lin. Sh[1]* | aeternum] ab aeterno *Si* | ergo] igitur *O1BrSi* 26–27 ergo – aeternum *om. (hom.) V1* 26 non[2] *sup. lin. O1[1]* | est[2] *sup. lin. Sh[1]* 27 est *om. pap* | ergo] igitur *O1BrSi* 28–29 Et – aeternum *om. (hom.) Br* et *sup. lin. Br[1]* 30 veritas] sit *add. et exp. Si* 30–31 et – aeterno *om. (hom.) Br pa* 32 Ad haec] adhuc *ShSiV1 pa* ad hoc *p* | aliquando *ras. Br* alii *pap* 32–33 veritas *Sh[2]* 33 erat] erant *Br* 35 et] vel *Sh* | non] erat ab aeterno et causam assignant dicentes quod veritas *add. et exp. O1* 36 aut] autem *Br pap om. Sh corr. Sh[1]* | non] nec *Sh* 37 nec] neque *Si* fuit *add. Sh* | dicit] dicitur *Br* 38 erat] est *O1P1BrSiV1 pap* | erat[2]] erit *pap* | contradictoria] eius *praem. Br add. O1* | erat[3]] erit *pap* 39 contradictoria] contraria *P1* 40 ante *om. Si* 41 una nec] vera neque *pa* vera haec neque *p* | fuit] fit *Si* 42 quando – erit *om. (hom.) P1 corr. in marg. P1[1]* 42–43 non[2] – mundus] mundus non erit *Si* 43 ad nihilum *om. Si* 45 erit] est *pap* | vera *in marg. Sh[1]* 47 contradictoriorum *om. V1* | erit] est *pap* | vel *iter. P1* 49 quod *om. BrSi* | vel] et *P1* | vera] est *add. O1Sh* 51 erit] est *pap* 52 ut] non *V1* 54 nos] non *p* | hic traditur *inv. Sh* 56 procedunt] procedant *pa* 57 est *om. p* | et] vel *O1Br* | dupliciter] dicuntur *pap* 58 scilicet] si *pa om. p*

10 Non invenitur. Sed cf. Phil. Canc., Summa de bono (ed. Wicki p. 15 v. 186–188). Cf. Alb., Summa I. Ed. Colon. t. 34, 1 p. 161 v. 11–16. – 24 Fortasse hic Albertus doctrinam Platonis de origine mundi interpretatur; cf. Plato, Tim. 28A–B; transl. Chalc. (ed. Waszink p. 20 v. 20 – p. 21 v. 7). – 32 Huic doctrinae Albertus ipse in compluribus locis suis consentire videtur; cf. Alb., De IV coaeq. tr. 1 q. 1 a. 3 (Ed. Paris. t. 34 p. 326–327); Phys. Ed. Colon. t. 4, 1 p. 285 v. 42–50; Metaph. Ed. Colon. t. 16, 1 p. 205 v. 50–92; Summa I. Ed. Colon. t. 34, 1 p. 161 v. 86 – p. 162 v. 10. – 52 Arist., Metaph. l. 4 c. 3 (1005 b 32–34). Cf. Alb., Metaph. Ed. Colon. t. 16, 1 p. 175 v. 54–60. – 54 Cf. supra notam ad p. 154 v. 26. – 55–56 Cf. supra p. 154 v. 25 – p. 155 v. 9. – 56 – p. 156 v. 20 Cf. Alb., De intell. et int. l. 1 tr. 2 c. 3 (Ed. Paris. t. 9 p. 494b–495a).

manifestum est per AVICENNAM et ALGAZELEM et ALFARABIUM dicentes, sicut et verum est, quod quando praedicatum concipitur in ratione subiecti, talis propositio vera est sive re existente sive non existente; sive enim homo sit et animal sive | non sint homo et animal, haec semper vera est: 'homo est animal' et 'animal est animatum sensibile ⟨sive vivum⟩' et 'vivum est substantia'; et ideo sequitur: 'homo est animal, et animal vivum, et vivum substantia; ergo homo est substantia'. Sed si ulterius inferatur: 'et substantia est ens; ergo homo est ens', dicunt quod non sequitur, quia ens vel entia esse accidit homini et animali et non per se clauditur in intellectu eorum. Cum enim dicitur: 'homo est animal', sufficit ad veritatem propositionis substantialis ordinatio praedicati ad subiectum. Cum autem additur: 'animal est ens', et ens non est de ratione animalis vel hominis, non erit ibi ordo substantialis unius ad alterum. Et ideo si animal est ens vel homo ens, oportet quod sit ens actu, et hoc est contra hypothesim; posuimus enim quod non sit homo vel animal.

Hanc igitur doctrinam sequentes dicimus quod ordinabilitas rerum in praedicatum et subiectum aequaliter est rebus existentibus et rebus non existentibus, dum non sint impossibiles ad existendum. Et ideo ante mundum haec propositio: 'mundus erit', fuit in ipsa rerum ordinabilitate. Et si quaeritur, in quo fuit illa rerum ordinabilitas, quando non erant res, dicendum quod fuit in ipsis rerum rationibus. Si autem de illis rationibus ulterius quaeritur, dicendum quod fuerunt in sapientia creantis et ordinantis. Si autem ulterius infertur quod in sapientia primi intellectus fuerunt ut unum et non ut ordinatum unum ad alterum, dicendum quod res in sapientia intellectus primae causae dupliciter considerantur, scilicet ut res consideratae et producendae vel ut intellectus, quo intelliguntur. Et primo quidem modo possibiles ad pluralitatem et ordinem, non qui est in actu ordinatis, sed qui est in ordinabilibus. Et hoc modo possibile est veritatem esse de ipsis et enuntiabiles sunt ad veritatem, quamvis numquam fiat enuntiatio. Et sic enuntiabile ad rem reductum et similiter propositio possunt esse ab aeterno, et tamen unum solum est actu ab aeterno. Et quod quaeritur, utrum tale sit creatum vel non, dicendum quod creabile et non creatum secundum rerum ordinem. Et hoc quamvis sit in creatore, tamen ratione differt a creatore, quia creator non creabilis est nec creatus. Si autem haec quae sunt in intellectu creantis accipiantur ut intellectus, cum creator non intelligat nisi seipso, tunc verum est quod res in creatore sunt per modum creatoris et nec sunt unum nec multa nec ordinata neque inordinata, sed sunt idem quod ipse.

Et haec est AVICENNAE doctrina, quae concordat cum PORPHYRIO, qui dicit quod nulla specie animalis existente potest intelligi substantia animata sensibilis. Et constat quod non loquitur de intellectu intelligentis, quia sic nihil diceret, quia si nulla est species animalis, nihil erit intelligens. Sed loquitur de intellectu intelligibilis, quia secundum naturae ordinem nulla specie animalis existente adhuc, quantum est in se, intellectualiter manet substantia animata sensibilis.

CaO1P1BrShSiV1 pap 5 *Sh* f. 57rb

1 per] secundum *V1* | et[1] *om. O1* | Algazelem] Algazel *Si* 2 et – est] est verum *pap* 5 sint] sicut *CaP1* sit *SiV1 pap* 6 animal[2]] homo *O1* 7 sensibile] sive animal *add. O1* | sive vivum *suppl. editor; cf. app. font.* | est] et *Sh pap* 8 animal[2]] est *add. Si* 9 ergo] igitur *O1BrSi* | ergo – substantia *om. (hom.) pap* | est *om. CaP1Si* 10 Sed] et *Br* | et *ex* in *sup. lin. P1[1]* | ergo] igitur *O1BrSi* 11 est *iter. P1 corr. P1[1]* 12 et[1]] vel *Br* non *add. et exp. O1* 13 eorum] ipsorum *Sh* | enim] vero *pap* 16 ens[1]] est *add. et exp. Si* 17 erit] est enim *Sh p om. pa* | ibi *in marg. Sh[1]* 18 est *om. O1* | homo] est *add. BrSi pap* 19 sit *ex* sint *corr. Sh[1]* 19–20 posuimus] possumus *CaO1 corr. in marg. O1[1]* 20 quod *om. Si* 21 quod] quia *Br* 22 in] inter *SiV1* 23 est *Sh* cum *CaO1P1V1* convenit *Br* cum *add. BrSi pap* | et] cum *add. BrSi* | rebus[2] – existentibus] non existentibus rebus *Si* | dum] dummodo *Br* 24 non] modo *V1* | impossibiles *ex* possibiles *corr. sup. lin. Si[1]* | existendum] essendum *pap* | ante] ad *Si* 25 erit] fuit *O1 om. P1* 26 ordinabilitate] coordinabilitate *O1* | quaeritur] quaeratur *pap* | fuit] erat *pap* 26–27 rerum ordinabilitas] coordinabilitas rerum *O1* 28 rationibus[1]] et *add. Si* 29 fuerunt] fuerint *Ca* 30 ulterius infertur] quaeritur ulterius et inferatur *Si* | in *om. Sh* 31 primi] principium *Si* 34 consideratae] considerandae *Br* | et] ut *V1* | et producendae] in producendo *pap* 35 quidem modo] quaedam (*lac.*) *Si* 36 possibiles] passibiles *pap* sunt *add. O1V1* | qui est *ShBr[1]* quidem *CaO1P1BrV1 pap* quidam quae sit *Si* 37 ordinatis] ordinantis *Br pap* 38 est *iter. V1* | veritatem *editor cum Br* veritatis *CaO1P1[1]ShSiV1 pap* veritas *P1* | esse – ipsis] de ipsis esse *Sh* | et] in *V1* 39 fiat] fuit *pap om. V1* 40–41 possunt] potest *Br* 41 ab[2]] est *add. et exp. O1* 42 Et *om. Sh* | vel] aut *Br* an *Sh* 43 quod] est *add. Br* 44 ordinem] ordines *pap* | Et] in *add. CaO1P1BrSh et exp. Br* | sit *sup. lin. P1[1]* 45 non] nec *CaO1* 46 creabilis] creabile *V1* | creabilis est *inv. Br* | est] et *add. et exp. Sh* | in *om. P1* 48 seipso] seipsum *pap* | tunc] tantum *O1* 49 modum *post corr. Sh* | creatoris] creatorum *Si* | nec] non *Sh pap* 50 neque] nec *O1P1BrSiV1 pap* 51 quod] ut *Si* 52 Avicennae doctrina *inv. Si* 53 qui] quae *P1* | animalis *om. pap* 53–54 existente] animal *add. pap* 54 intelligi] subintelligi *O1* 56 quia] quod *O1P1SiV1 pa* | est] esset *O1* erit *Br* | est species *inv. pap* | animalis *om. O1* | erit] est *pap* 58 animalis *om. pap* 59 intellectualiter] integraliter *Si*

1–20 Cf. Alb., De V univ. Ed. Colon. t. 1, 1a p. 38 v. 5–18, p. 64 v. 44–60, p. 133 v. 36 – p. 134 v. 8; supra notam ad p. 35 v. 44. – 1 Fortasse hic Albertus Avicennae doctrinam de distinctione inter essentiam et existentiam interpretatur; cf. Avic., Philos. prima (ed. Van Riet p. 34 v. 45 – p. 36 v. 83, p. 227–238). | Cf. Algazel, Logica (ed. Lohr p. 247 v. 15–33); cf. supra notam ad v. 1. – 2 Non invenitur. De translationibus latinis operum logicorum Alpharabii cf. D. Salman, The Mediaeval Latin Translations; id., Fragments inédits; A. Cortabarria, De Alpharabii et Alkindi operibus; M. Grignaschi, Les traductions latines. – 6–8 homo – substantia: Cf. Alb., De V univ. Ed. Colon. t. 1, 1a p. 64 v. 45–49: 'Sequitur enim: si homo est, animal est; et si animal est, corpus animatum est sive vivum est; et si vivum est, corpus est; et si corpus est, substantia est – propter intellectum generis in specie'. – 52 Cf. supra notam ad v. 1. – 53 Porph., Isag. (Arist. Lat. I, 6–7 p. 23 v. 3–9). Cf. Alb., De V univ. Ed. Colon. t. 1, 1a p. 124 v. 41–60.

Cap. 10. De contrariis propter bonum et malum, quae specialem modum habent contrarietatis

In moribus autem *contrarium est quidem bono malum*, ut accipiatur bonum in habitu virtutis et actu et malum in habitu et actu vi|tii oppositi ad virtutem. *Hoc autem palam est*, quod scilicet bono malum contrarium est, *per inductionem singulorum*. In corpore enim quamvis non sint virtutes et vitia, tamen sunt ea quae virtutibus et vitiis proportionantur, ut sobrietati sensuum prudentia, robori corporis fortitudo, rectitudini corporis et membrorum ordinationi iustitia et sanitati temperantia, eo quod sanitas consistit in temperamento complexionis. Et sic *sanitati* ut bono opponitur *languor* ut malum *et* in anima *iustitiae* ut bono opponitur *iniustitia* ut malum et *fortitudini* in utroque, corpore scilicet et anima, ut bono opponitur *debilitas* ut malum; debilitas enim cordis timor est vel timiditas. *Similiter autem* invenitur *in* omnibus *aliis* si inducantur; semper igitur opponitur bono malum.

Numquam autem bono opponitur bonum. Cuius causa est quod 'bonum est', ut dicit ARISTOTELES in SECUNDO ETHICORUM, 'ex una' sola 'et tota causa' ex causa actus et actu et circumstantiis agentis et actus in fine congregata, et hoc est in omnibus, quorum est aliqua virtus ad actum, sive sint corporalia sive animalia, hoc est ad animam pertinentia, sive etiam sint intellectualia sive divina, ut dicit DIONYSIUS. Et ideo bonum est uniforme. Uniforme autem uniformi non opponitur neque opponi potest, quia uniforme cum uniformi convenit et non potest ei opponi.

Et ideo dicit ARISTOTELES quod 'omnia consona sunt vero' et omnia consona bono quae vera et bona sunt. 'Falsum autem' statim 'dissonat vero' et malum statim dissonat bono. Intelliguntur autem omnia haec de bono et malo simpliciter dictis et non de bono et malo dictis per accidens, ut hic et nunc, quia sic nihil prohibet idem esse malum et bonum, sicut secari et uri, quae mala sunt, sunt tamen bona huic et nunc et hic. De talibus autem disputari habet in ETHICIS, sed hic sufficit scire

13 b 36 – 14 a 25 (Arist. Lat. 74, 27–75, 19): Contrarium autem est bono quidem ex necessitate malum (hoc autem palam est per singulorum inductionem, ut sanitati languor et iustitiae iniustitia et fortitudini debilitas, similiter autem et in aliis), malo autem aliquando quidem bonum est contrarium, aliquando malum (egestati enim cum sit malum, superabundantia contraria est, cum sit etiam ipsa malum). Sed in paucis hoc tale quilibet inspiciet, in pluribus vero semper malo bonum contrarium est. Amplius contrariorum non necessarium est, si alterum sit, et reliquum esse; sanis namque omnibus, sanitas quidem erit, languor vero non erit; similiter autem et cum omnes sint albi, albedo quidem erit, nigredo vero non erit. Amplius, si Socraten sanum esse ad id quod est Socraten languere contrarium est, cum non sit possibile utraque eidem inesse simul, non erit possibile, cum alterum contrariorum sit, et reliquum esse; cum enim sit Socraten sanum esse, non erit languere Socraten. Palam vero est quia et circa idem aut specie aut genere naturam habent fieri contrarietates; languor namque et sanitas in corpore animalis natura habent fieri, albedo autem et nigredo simpliciter in corpore, iustitia vero et iniustitia in anima. Necessarium est autem omnia contraria vel in eodem genere esse vel in contrariis generibus, vel ipsa genera esse; album enim vel nigrum in eodem est genere (color enim genus eorum est), iustitia vero et iniustitia in contrariis generibus (huius enim virtus, huius autem nequitia genus est); bonum vero et malum non sunt in genere, sed ipsa sunt genera aliquorum existentia.

CaO1P1BrShSiV1 pap 6 *Ca* f. 59vb

1–3 Cap. – contrarietatis *om. Br pa* 3 habent contrarietatis *inv. O1* 4 quidem] quidam *Si* 5 in[2]] et *V1* 6 habitu *ex* habitum *corr. Si*[1] 7 bono malum] bonum malo *O1* | contrarium est *inv. Br* 8 sint] sunt *P1Br pap corr. P1*[1] 9 sunt] sint *O1* | quae] qui *CaP1 om. Sh corr. sup. lin. Sh*[1] | virtutibus – vitiis *inv. Si* 10 sobrietati] sensibilitati *pap* | sensuum] et *add. Si* 11–12 membrorum] et *add. CaO1P1Sh* 12 ordinationi] et *add. Si om. V1* | et *om. pap* 13 temperamento] temperantia *pap* 14 opponitur] ut *add. V1* | et *om. Br* 16 corpore scilicet *inv. Sh* 17 est *om. O1* 18 timiditas] animae *add. O1* | invenitur] est *Sh* 18–19 si inducantur *om. pap* 19 igitur] enim *pap* 20 Numquam] antequam *pa* nequaquam *p* | autem] opponitur *add. et exp. Sh* | bono – bonum]*inv. O1* 21 quod] quia *O1Br pap* | in *om. p* 22 ex[2]] et *O1* | causa[2]] scilicet *add. Br* 23 et[2] *om. O1* | et[3] *sup. lin. Br*[1] | in] et *Sh* 24 congregata] aggregata *Si* | in *ex* autem *corr. sup. lin. P1*[1] | est[2] *sup. lin. Sh*[1] 25 ad] in *pap* | actum] actu *p* | sive[2]] sint *add. Sh* | animalia] animantia *pap* 26 animam] animatum *Br* | sive] si non *Sh* | sint] sunt *pa* | intellectualia] integralia *Si* 28 non] tunc *CaO1P1* | neque] nec *BrSi pap* 29 cum] est *CaP1Si* est quod *Br om. O1 pap* | et] ei *add. O1* 30 ei] esse *CaP1SiV1 pap om. O1* | opponi] oppositum *SiV1 pap* 31–32 consona – vero] vero consona sunt vera *Br* consona vero sunt vera *SiV1* consonantia vera *pap* 32 vero] vera *CaO1P1* | et[1] *om. Si* | omnia – et *om. (hom.) pap* | consona] sunt *add. Sh* | quae – et *om. V1* | quae vera *om. Si* 33 dissonat] a *add. Br* bono *add. et exp. Si* | malum] falsum *Br* 34 dissonat] vero *add. et exp. P1* falso *add. et exp. O1* | autem *om. Si* | omnia haec *inv. Br pap* | haec *om. O1* 35 simpliciter dictis *inv. pap* | non] omnino *pa* 36 ut] et *BrSi* | sic *ex* sicut *corr. O1*[1] 36–37 idem esse *inv. pap* 37 malum – bonum *inv. Si* | et[1]] esse *add. Br* | quae *om. O1* 38 sunt[2]] qui *add. Br* | sunt[2] tamen *inv. Br* | huic] hic *Br om. pap* | hic] huic *Br* 39 autem *om. Br* | disputari habet *inv. Sh* | Ethicis] elenchis *Br* | hic] hoc *Br pap*

48 natura *Mü* naturam *ed.* | habent[2] *Lm* habet *ed.* 51 nequitia] vitium *a* nequitia sive vitium *Alb.* | in[2]] in aliquo *a* in aliquo sicut in *Alb.*

21–22 Cf. Arist., Eth. Nic. l. 2 c. 5 (1106 b 34–35); rectius: Ps.-Dion. De div. nom. c. 4 § 30 (ed. Suchla p. 175 v. 10–11; Dionysiaca I, 298). Cf. Alb., De bono. Ed. Colon. t. 28 p. 38 v. 68 sqq. cum nota; Metaph. Ed. Colon. t. 16, 2 p. 593 v. 59–60; De V univ. Ed. Colon. t. 1, 1a p. 12 v. 33–34 cum nota. – 27 Ps.-Dion., De div. nom. c. 4 § 2 (ed. Suchla p. 144 v. 18 – p. 146 v. 5; Dionysiaca I, 150–157). – 31 Arist., Eth. Nic. l. 1 c. 8 (1098 b 11–12); Ethica Nova, transl. Grosseteste (textus rec.): Arist. Lat. XXVI, 1–3. 2 p. 80 v. 3–4, XXVI, 1–3. 4 p. 385 v. 13–14. – 34–38 Intelliguntur – hic: Cf. Arist., Eth. Nic. l. 7 c. 13 (1152 b 26–1153 a 7). Cf. Alb., Super Ethica. Ed. Colon. t. 14, 2 p. 576 v. 8–37; Ethica l. 7 tr. 2 c. 3 (Ed. Paris. t. 7 p. 503a–505a). – 39 Cf. Alb., Super Ethica. Ed. Colon. t. 14, 2 p. 576 v. 8–37; Alb., Ethica l. 7 tr. 2 c. 3 (Ed. Paris. t. 7 p. 503a–505a).

causam, quare malum bono opponitur, bonum autem bono numquam opponitur.

Malo autem aliquando opponitur *bonum et aliquando malum est* contrarie oppositum; *egestati enim, cum sit malum* in civilibus, quia impedit civiles actus, *superabundantia*, quae impedit actus felicitatis contemplativae, et ideo etiam est malum, *est* contrarie opposita. | *Sed in paucis hoc tale* esse *quilibet* advertens de facili *inspicere* potest. *In pluribus vero semper bonum malo contrarium est.* Non enim invenitur nisi in ethicis et civilibus et oeconomicis malum malo contrarium et in illis quae ad civilia vel ethica habent analogiam sive proportionem, in aliis autem omnibus malum bono est contrarium. Numquam autem invenitur bonum bono contrarium sed concors. In eo enim quod bonum est uno modo et ex tota et sola causa, bonum est indivisibile et aequalitati proportionale; aequali autem non opponitur aequale sed inaequale. Propter quod in 'systicia bonorum' Pythagoras posuit aequale, inaequale autem posuit in systicia malorum.

Amplius autem in contrariis considerando *non est necessarium* quod *si alterum contrariorum sit*, quod *reliquum sit* ex necessitate. Si enim ponamus *omnia* animalia esse *sana*, tunc per talem hypothesim *sanitas erit*, sed *languor non erit. Similiter* si ponamus *omne* corpus terminatum *esse album*, tunc *albedo quidem erit, nigredo* autem *non erit*, quia si esset, oporteret quod esset in aliquo corpore terminato, sed talia posuimus omnia esse alba. Haec autem etiam complexionis modo videre possumus. *Si* enim *Socratem sanum esse contrarium est ad id quod est Socratem languere*, eo quod idem modus oppositionis in contrariis incomplexis et in contrariis complexis, quando praedicantur de eodem, cum sic per complexionem dicimus Socratem sanum esse et Socratem languere, *cum non sit possibile* quod haec *simul insint eidem* in eodem tempore, *non erit possibile* quod *cum alterum sit*, quod simul cum hoc *sit et reliquum. Cum enim sit* et verum sit *sanum esse Socratem*, tunc pro eodem tempore *non erit* possibile *languere Socratem*; aliter enim simul secundum actum inessent contraria.

Quamvis autem non simul insint secundum actum, tamen *palam est* quod omnia contraria *habent fieri circa idem aut specie aut genere.* Circa idem enim numero sunt nata fieri contraria ut circa subiectum. Sed circa idem specie habent fieri quaedam contraria sicut circa id quod est essentialiter constituens formas contrarias, sicut albedo et nigredo circa lucem | et sicut acutum et grave in sonis circa absonum, quod est in utrisque, et sicut amarum et dulce circa humidum digestum, quod est in saporibus, et sic est in multis aliis. Habent etiam fieri circa idem genere, quia contraria sunt in eodem genere proximo vel remoto. *Languor namque et sanitas* circa *corpus animalis natura habent fieri*, et sic fiunt circa idem genere et [animalis] specie. *Albedo autem et nigredo* habent fieri *in corpore* terminato, quod non idem specie sed remoto genere; non enim omnia terminata corpora sunt eadem specie vel propinquo genere. *Iustitia vero et iniustitia* habent fieri *in anima*, quae est eadem specie specialissima, quia non fiunt nisi circa hominis animam, quae eadem est specie specialissima. Et sic contraria fiunt circa idem numero et circa idem specie et circa idem genere.

Adhuc autem considerando in his quae propria sunt contrariis, *necessarium est omnia contraria vel in eodem genere* proximo *esse vel in contrariis* proximis *generibus vel* oportet quod *ipsa* contraria secundum se *sint* contraria *genera.*

CaO1P1BrShSiV1 pap 7 *Sh* f. 57va 45 *Ca* f. 60ra

1 causam *Sh* tamen *CaP1* tantum *BrSiV1 pap om. O1* | tantum] tamen *P1 om. O1* | quare] quia *pap* 1–2 bonum – bono *inv. pap* 2 opponitur *in marg. Sh*[1] 3 Malo] mala *Ca* | bonum] malum *Si* 4 est *sup. lin. Ca*[1] | contrarie] contrario *pap* | egestati] malo egestas *pap* | enim] est *add. P1* 5 civilibus] civibus *Si pap* | civiles] civil' *CaSi* 5–6 civiles – impedit *om. (hom.) P1 corr. in marg. P1*[1] 5 actus] opponitur *add. Br* | superabundantia] superabundantiae *p* 6 actus felicitatis *inv. Sh* | contemplativae] opponitur *add. O1* 7 malum] malo malum *SiV1* malum malo *Br* | opposita] oppositum *BrSiV1* | Sed] si *V1* 8 esse quilibet] est quibus *pap* | inspicere potest *inv. Si* 9 vero] non *pa* | bonum malo] bono malum *Sh* | malo] malum *Si* 11 illis] his *Sh* | vel] ad *add. Si* 12 sive] vel *Br* 13 malum – contrarium] bono malum contrarium est *Br* 13–14 Numquam – contrarium *om. (hom.) P1* 14 bonum bono *inv. pap* | concors] est *add. pap* 15 bonum] bono *CaSh* | est – modo] uno modo est *O1* | tota] toto *Si* 16–17 aequali – inaequale] aequale … inaequali *Br* 17 inaequale] inaequali *Br* 18–19 Propter – aequale *in marg. Sh*[1] 18 quod] oportet *add. et exp. O1* | systicia] systica *P1V1 pa* stichia *p* 19 systicia] systica *P1V1 pa* systia *Si* stichia *p* 20–21 necessarium] necesse *Si* 21 reliquum] alterum *Si* 23 hypothesim] hypothesis *Ca* | erit[1]] est *pap* | sed *editor cum Br pap* si *cet. codd.* | erit[2]] est *pap* 24 ponamus] ponatur *Br* 25 quidem *om. Si* | erit[1]] est *pap* | erit[2]] est *pap* 26 terminato] est causato *add. et exp. Si* | sed] et *O1P1BrSiV1 pap* 27 posuimus] possumus *pa* | Haec] hoc *BrSiV1* 27–28 etiam – modo] in complexis *pap* | complexionis modo *inv. Br* 28–29 sanum esse *inv. Br pap* 30 in[1] *om. Si* 30–31 et – complexis *in marg. P1*[1] 31 complexis] est *add. BrSh* 32 cum sic *inv. Br* tunc sicut *pap* | sic] sit *O1* 32–33 sanum esse *inv. Br pa* 33 haec] hoc *pa* 34 insint] insunt *O1P1Br* insit *Si* | erit] est *pap* | quod] quia *P1* 35 et *om. Sh* 36 sit[1] et *om. Br* | sit[2] *om. O1* 37 non – possibile] est impossibile *pap* 38 simul *om. O1* | inessent] non essent *P1* 39 non – insint] simul non insunt *pap* 40 tamen *om. pap* | est] autem *add. pap* 41 idem[2] enim *inv. pap* | enim *om. Si* 41–42 sunt nata *inv. pap* 42 nata *in marg. Sh*[1] 43 quaedam contraria *inv. pap* | circa] subiectum *add. V1* | id *ex* idem *corr. Sh*[1] 44 essentialiter] esse naturaliter *Sh* | contrarias] contraria *P1* 45 et[1] nigredo *om. O1* | sicut] circa *Si* 46 in[1] sonis] insanus *CaP1* | sonis] sanis *Si* | absonum] absanum *CaP1* 48 est[2] *om. pap* 49 quia *sup. lin. Si*[1] | contraria] quia *add. et exp. O1* 50 namque] enim *O1* 51 fiunt *Sh* sunt *cet. codd., edd.* 52 genere] proximo *add. et exp. P1* | et[1]] scilicet *pap* | animalis *del. editor* | specie *om. pap* | autem] enim *Si* 53 terminato] determinato *BrSh* | quod] quia *Sh* | non] est *add. pap* | specie] est *add. Br* 54 corpora] corpore *Si* 55 vel *om. pap* | propinquo] propinqua *Si pap* | genere *Sh ante* propinquo *transp. Br om. CaO1P1SiV1 pap* | vero] enim *O1* 56 in] circa *O1* | eadem specie *in marg. P1*[1] 57–58 quia – specialissima *om. (hom.) V1* 57 quae] quia *Si* 59 et[1] *om. V1* | idem[2] *sup. lin. Sh*[1] 61 considerando] consideratio *pap* 62 vel *om. pap* | eodem genere *om. pap* 62–63 genere proximo *inv. V1* 63 proximis generibus *inv. pap* 64 ipsa *om. Br* | sint] sive *CaO1P1*

18 De 'systoichiais' Pythagorae cf. Arist., Metaph. l. 1 c. 5 (986 a 22–26); Eth. Nic. l. 1 c. 4 (1096 b 5–6); Alb., Metaph. Ed. Colon. t. 16, 1 p. 51 v. 54 – p. 52 v. 92; Super Ethica. Ed. Colon. t. 14, 1 p. 28 v. 44–50.

Album enim et *nigrum in eodem genere sunt* proximo; *color enim genus est* horum contrariorum. *Iustitia* autem *et iniustitia*, quae sunt contraria, sunt *in contrariis generibus* proximis, quia iustitia est in genere virtutis, iniustitia autem in genere vitii; virtus autem et vitium sunt contraria genera; iustitiae *enim* genus est *virtus*, iniustitiae *autem genus est nequitia* sive *vitium*. *Bonum vero et malum* simpliciter et secundum se accepta sive universaliter *non sunt in aliquo* sicut in genere, *sed* ipsa secundum seipsa *sunt* contraria *genera*, et sic sunt genera aliorum *existentia*, ad quae alia multa vel omnia sicut ad genera reducuntur.

Cap. 11. De dubitabilibus quae sunt circa ea quae dicta sunt de bono et malo

Est autem apud multos et antiquissima quaestio, quo genere oppositionis opponantur bonum et malum. Et si considerentur verba ARISTOTELIS in TERTIO DECIMO PRIMAE PHILOSOPHIAE et verba DIONYSII AREOPAGITAE in LIBRO DE DIVINIS NOMINIBUS CAP. IV et verba AUGUSTINI in SECUNDO LIBRO DE LIBERO ARBITRIO et verba PETRI APOSTOLI in ITINERARIO CLEMENTIS CONTRA SIMONEM MAGUM, similiter autem et verba PYTHAGORAE in systicia bonorum et malorum, planum est quod omnes isti concorditer dicunt. Ad quod etiam ARISTOTELES Platonem et Socratem inducit quod malum privative et non contrarie opponitur bono et quod malum nihil est secundum se, nec accidens nec substantia, sed privatio. Privatio autem secundum se nihil est penitus. Cum enim sit in aliquo, non est in eo sicut ens accidens vel ens substantia, sed est in eo sicut habitus privatio. Et hoc est inesse sicut informitas vel deformitas inesse dicitur in eo qui mutilatus sive denasatus est, quia Graece 'muty' Latine sonat 'nasus'; constat autem quod denasatio nec dicit inesse ens ut accidens nec ens ut substantia, quae est forma vel materia vel compositum, sed solam ex defectu habitus debiti relinquit deformitatem et turpitudinem.

Omnes autem supra memorati auctores deducunt hanc quaestionem ad hoc quod in nullo nihil est malum et non est magis aliquid ens in eo cuius est privatio quam in eo cuius non est privatio, sicut caecitas non est magis aliquid ens in oculo quam in lapide, quamvis in oculo relinquat turpitudinem sive deformitatem, in lapide autem non relinquit turpitudinem aliquam.

DIONYSIUS igitur prae caeteris subtilius de malo agens ostendit hoc in natura corporis et in natura | animae et in natura angeli, quem QUIDAM vocant intelligentiam, quamvis angeli, secundum quod LEX MOYSI et CHRISTI de angelis loquitur, non sint intelligentiae secundum quod PHILOSOPHI locuti sunt de intelligentiis. Haec autem in LIBRO CAUSARUM habent determinari. Est autem vis disputationis DIONYSII in hoc quod sumamus bonum naturae in corpore et bonum naturae animae et bonum naturae angeli et videbimus quod malum non dicit vel ponit aliquam formam vel aliquod ens, quod sit substantia vel accidens contrarium bono sive illi formae, quam dicit bonum, sed in omnibus malum nihil ponit penitus nisi boni ademptionem sive corruptionem et decurtationem sive diminutionem sive aliquo quocumque modo privatio potest nominari.

CaO1P1BrShSiV1 pap 45 *Sh* f. 57vb

1 genere sunt *inv. BrSh pap* 2 genus est *inv. pap* | est] omnium *add. O1* 3 contrariis generibus *inv. BrSi* 4 autem *om. O1* 5–6 virtus – genera *in marg. Sh*^{1} 6 iniustitiae] iniustitia *P1* | autem] vero *Br* 7 nequitia] nequitiae *Si* | vero] enim *Br om. ShSi corr. sup. lin. Sh*^{1} *in marg. Si*^{1} 9 sicut *om. Br* 11 vel omnia *om. Br* | ad] omnia *add. et exp. P1* 12–14 Cap. – malo *om. Br pa* 14 malo] etc. *add. Si* 15 et *om. O1 pap* 16 opponantur] opponuntur *O1P1BrSiV1 pap* 17 considerentur] secundum *add. Sh* | tertio decimo *inv. p* IX *Br* 19 De *iter. P1* | divinis] dicentis *P1 lac. Si* | 4] decimo *pa* 20 De libero *om. P1* | Petri] et *add. et exp. P1* 21 Itinerario Clementis] capitulo de elementis *pap* 22 autem *om. Br* | et *om. pap* | systicia] sistica *pa* stichia *p* 23 et *sup. lin. Sh*^{1} 23–24 planum – dicunt *om. P1* 23 isti] hi *pap* 24–25 Platonem – Socratem *inv. pap* 26 nihil est *inv. pap* 27 accidens – substantia *inv. Br* 31 inesse^{1}] idem *pap* | informitas] formitas *pap* | vel] et *O1P1SiV1 pap* | inesse^{2}] esse *O1* in eo *V1* 31–33 dicitur – nasus *om. Sh* 32 mutilatus] mutilocus *CaV1* multylatus *P1* mutylatus *Si* | denasatus] de nasus *P1* | est *om. Si* | Graece] Graeci *Si* | muty] muti *BrSi pap* 33 autem] aut *P1* | denasatio] denasatus *Br* denasatum *Sh* | nec] non *pap* 34 nec] est *add. pap* 35 solam] solum *pap* 37 supra memorati] super enumerati *Br* 38 hanc quaestionem *inv. Si* | nihil *an* aliquid *cum Br scribendum?* 39 magis *editor cum Br post* ens *transp. O1 pap post* privatio *transp. SiV1om. CaP1Sh* | aliquid] aliquod *BrShSi* 39–41 in – ens *iter. V1* 39 cuius] quod *P1* 40–41 est^{2} magis *inv. SiV1* 41 magis aliquid *inv. BrSh* | aliquid *om. Si* 42 sive] for$^{\text{tem}}$ *add. Sh* 44 subtilius – agens] de malo agens subtilius *O1* 45 et^{1} *om. SiV1* 45–46 animae – natura *om. (hom.) pap* 46 quem] quam *pap* | quidam] quidem *BrV1* quid' *Si* 47 angeli *editor cum O1* angelus *cet. codd., edd.* | et] lex *add. Br* 48 loquitur] loquuntur *Sh* | sint] sunt *Br pap om. Si* | intelligentiae] tamen *add. O1* 50 habent *ante* autem *transp. O1* | habent determinari *inv. Br* 51 vis] via *pap* 52 in corpore] corporis *O1* | naturae^{2} *om. pap* | animae] in anima *Br* 53 naturae *om. pap* | videbimus] videmus *P1* 56 sed] licet *Sh* | nihil] dicit *add. et exp. P1* | ponit] ponitur *pa* 57 ademptionem] adeptionem *V1* | ademptionem sive *om. Br* 57–58 et decurtationem *om. P1* 58 decurtationem] destructionem *O1* detractionem *pap* | diminutionem] diminutationem *Sh* 58–59 aliquo quocumque] aliquocumque *O1P1SiV1* 59 privatio – nominari] potest nominari privatio *pap* | nominari] denominari *Si*

17–18 Fortasse: Arist., Metaph. l. 14 c. 4–5 (1091 a 29–1092 a 17). Cf. Alb., Metaph. Ed. Colon. t. 16, 2 p. 591 v. 44 – p. 594 v. 56. – 18–19 Vide infra v. 44–59. – 19–20 Aug., De lib. arb. l. 2 c. 20 (PL 32, 1270; CSEL 74 p. 88 v. 7–15). – 20–22 Ps.-Clemens, Recogn. l. 3 §§ 15–17, l. 4 §§ 23–25 (PG 1 1289D–1291A, 1324A–1325A). – 22 Vide supra p. 158 v. 18–19 cum nota. – 24 Fortasse: Arist., Metaph. l. 14 c. 4 (1091 b 35–1092 a 3). Cf. Alb., Metaph. Ed. Colon. t. 16, 2 p. 593 v. 61 – p. 594 v. 8. – 31–32 in – est: Cf. Alb., Metaph. Ed. Colon. t. 16, 1 p. 288 v. 52–54: 'Et hoc est quod nos consuevimus vulgariter vocare mutilatum, licet non proprie, quia mutilatum est amputatum naso'. – 37 Supra v. 16–24. – 44–59 Dionysius – nominari: Ps.-Dion., De div. nom. c. 4 § 22–32 (ed. Suchla p. 169 v. 20 – p. 178 v. 2; Dionysiaca I, 308–309). – 46–49 quidam – intelligentiis: Cf. Alb., De XV probl. Ed. Colon. t. 17, 1 p. 48 v. 29–54 cum notis; De causis et proc. univ. Ed. Colon. t. 17, 2 p. 58 v. 19–29 cum notis, p. 191 v. 30 – p. 192 v. 6. – 50 Cf. supra notam ad v. 46–49.

Ut autem hoc perfectius intelligatur, dicamus quod entium quaedam sunt essentiae sive existentiae et quaedam sunt entia, quae illis essentiis existunt. Essentiae quidem sunt formae simplices, ut genera et species et differentiae et intelligentia et anima et huiusmodi, quibus secundum se non accidit corruptio, sed si corrumpuntur, tunc corrumpuntur per accidens, secundum quod sunt in esse eorum quae sunt per harmoniam et compositionem cum | his in quibus sunt, quibus dant esse secundum hoc quod sunt. His autem quae sunt composita, in quibus existentiae sunt, accidit corruptio per dissolutionem harmoniae et compositionis, quae sunt in his quae sunt. Et ideo dicit Dionysius, ubi de malo loquitur, quod non 'corrumpitur quid existentium', sed corruptio est ablatio vel dissolutio modi et 'harmoniae', quae sunt circa ea quae ab essentiis esse habent.

Est igitur bonum formale corporis, quo corpus dicitur bonum, habitudo perfecta ad esse et opus corporis in modis et harmoniis, quae sunt ad hoc quod corpus perfectum sit in esse et ad opus. Corruptio autem istius non est nisi harmoniae talis et commensurationis disiunctio vel corruptio, et hoc non dicit nisi privationem et corruptionem puram et non essentiam aliquam, ad quam fiat harmonia alicuius sicut ad essentiam dantem esse alicui. Malum igitur corporis non est essentia aliqua sed corruptio modi et commensurationis et harmoniae.

Similiter est in anima. Bonum et perfectum animae est per essentiam, quae est ratio vel rationabilitas et competentius dicitur ratio. Bonum igitur animae est animam in omnibus viribus suis secundum esse et agere commensuratam esse rationi ut ordinanti omnia recte. Malum igitur animae non est nisi istius modi et commensurationis et harmoniae ademptio sive corruptio et non contraria aliqua forma, ad quam anima commensurata et proportionata mala sit et faciat malum. Malum igitur animae sicut corporis non est nisi privatio et non ens aliquod, quod sit substantia vel accidens.

Eodem modo accipiatur bonum angeli. Bonum angeli est commensuratum esse sub essentia, quae est intellectus agens purus et mundus, et bonum angeli est quod sit in esse et viribus et actu et opere commensurationem habens ad talem intelligentiam vel intellectum. Malum autem angeli non erit aliqua forma illi commensurationi contraria, ad quam et sub qua constituatur angelus malus, ut malus sit in esse et opere, sed malum angeli violatio huiusmodi commensurationis et harmoniae est, quod non est nisi corruptio et privatio.

Malum igitur in omnibus opponitur bono sicut privatio et non sicut contrarium. Et in hoc omnes auctores condemnant Manichaeum, qui dixit essentiam esse mali sicut essentia est boni et dixit mala per naturam quandam essentialem esse mala, ad quam naturam ut formam harmoniantur et constituuntur, ut non possint esse non mala. Hic igitur est error. Et veritas est quod malum in omnibus non est nisi ademptio et privatio modi et commensurationis ad bonum. Idcirco autem, quia corruptis modis et harmoniis et commensurationibus in his quae sunt ad aliquid commensurata et harmoniata adhuc remanent ipsa quae commensurata erant possibilia ad commensurationem, et hoc est quoddam ad bonum ordinatum, ad bonum autem esse ordinabile secundum naturam est quoddam bonum, sicut Aristoteles dicit quod bonum est quod est ad bonum, ideo dicit Dionysius quod 'malum est bonum' diminutum et decurtatum et particulatum et 'imperfectum'. Et Aristoteles

CaO1P1BrShSiV1 pap 9 *Ca* f. 60rb

1 autem hoc *inv. V1* hoc autem hoc *P1* haec *pap* | hoc] haec *Br* | intelligatur] intelligantur *Br pap* 2 quaedam] quidam *pa* 3 quae] in *add. Sh pap* 4 quidem *om. Br* | et[1] *om. BrSiV1* 5 et[1] intelligentia] intelligentiae *pap* | huiusmodi] habitus *O1* 5–6 quibus *om. Si* 6 se] h[c] *Si* 7 tunc corrumpuntur *om. (hom.) P1* 9 cum] in *O1* | sunt] et *add. Br* | dant] datum *pa* datur *p* 10 sunt[1] *om. Si* | sunt[2]] enim *add. et exp. Sh* 11 existentiae] essentiae *Br p* 13 ubi] nisi *V1* 14 malo] habetur sive *add. pa* | quod *ex* quem *corr. V1[1]* | quid] quod *P1* 15 est] et *V1* | vel] et *Br* 16 esse] non *add. pap* 18 igitur] ergo *pap* 19 et] ad *add. Sh pap* | in *om. pap* 20–21 perfectum sit *inv. SiV1* 21 sit] fit *CaP1* | opus] corpus *pap* 22 nisi *om. Sh* | talis *om. pap* 23 non *sup. lin. P1[1]* 25 sicut] si *O1* | dantem] datam *pa* 29 vel] sive *Si* 30 est] in *pap* 32 ordinanti] ordinantis *pap* | omnia] esse *add. et exp. P1* | recte] ratione *pap* 33 istius modi] huiusmodi *Si* 34 ademptio] adeptio *Sh* | ademptio – corruptio *inv. Br* | ademptio sive *om. pap* 35–36 commensurata] commensuratam *Sh* 36 faciat] facit *Br* | faciat malum] mala fiat *Si* 37 animae – corporis *inv. Br* 38 ens aliquod] est aliquid *pap* 39 accipiatur] accipitur *pap* 39–40 Bonum[2] – est *om. Br* 42–43 commensurationem] commensurationes *pap* 43 vel] et *P1* 44 erit] est *pap* 45 constituatur] construatur *Sh* 46 malum] mali *pa* 47 huiusmodi] huius *Si* 48 est[1] *Sh ante* violatio *transp. Br p post* violatio *transp. Si om. CaO1P1V1 pa* 49 bono] bonis *Sh (corr. ex* bono*?)* 50 hoc *iter. O1* 51 condemnant] condemnat *pa* | essentiam esse *inv. Si* 52–53 sicut – mala *om. V1* 52 mala *editor cum pap* malam *CaSh* malum *O1P1BrSi* 52–53 naturam quandam *inv. Br* 53 essentialem] essentiam *Si* | mala] mali *O1P1BrSi* | ut] et *pap* 54 harmoniantur] armonizantur *Br* | constituuntur] constituantur *O1* et *add. Sh* | possint] possunt *P1Br* 55 igitur est *inv. Si* 56 non *om. pa* | ademptio] adeptio *ShSiV1* | ademptio et *om. pap* 57 commensurationis] mensurationis *V1* | quia] quod *Si* 58 et[2] *om. CaO1P1SiV1* 59 harmoniata] armonizata *Br* 60 adhuc] ad hoc *pa* | remanent] remanet *O1* | ipsa] ea *Sh* | commensurata] mensurata *O1 pap* 61 quoddam] quodam *pa* | ad[2]] aliud *Si* 63 est quoddam *inv. O1* | quoddam] quod *CaP1Sh pap* idem quod *Br* 63–64 Aristoteles dicit *inv. BrSi* 64 dicit[1]] dicat *P1* | quod[1] bonum *om. Sh p* | dicit[2]] dixit *pap* 65–66 diminutum – decurtatum *inv. Br* | decurtatum] declinatum *pap* 66 particulatum et *om. Sh* | imperfectum] perfectum *Sh pa* | Et[3] *om. pap*

13 Ps.-Dion., De div. nom. c. 4 §23 (ed. Suchla p. 170 v. 19–21; Dionysiaca I, 274). Cf. Alb., Super Dion. De div. nom. Ed. Colon. t. 37, 1 p. 270 v. 14–23. – 51 Cf. Alb., Summa I. Ed. Colon. t. 34, 1 p. 221 v. 79–84 cum nota, p. 223 v. 42–59. – 63–64 Arist., Eth. Nic. l. 1 c. 4 (1096 b 13–14, 26–28). Cf. Alb., Super Ethica. Ed. Colon. t. 14, 1 p. 29 v. 22–36, p. 30 v. 2–23. – 65 Ps.-Dion., De div. nom. c. 4 §20 (ed. Suchla p. 168 v. 7; Dionysiaca I, 259). – 66 Arist., Metaph. l. 14 c. 4 (1092 a 1). Cf. Alb., Summa I. Ed. Colon. t. 34, 1 p. 204 v. 42–45, 84 – p. 205 v. 3.

dicit Pythagoram inducens quod bonum est locus mali et malum locus boni, sicut oculus est locus caecitatis et visus. Et sicut dicit Dionysius, hoc modo 'malum corporis est contra naturam esse, malum autem animae est contra rationem esse', et malum angeli est contra intellectum esse, sicut malum claudae tibiae contra gressum rectae tibiae esse. Similiter autem est in febribus et aliis malis corporis, quae secundum quod mala sunt, nihil sunt nisi corruptio commensurationis complexionis in humoribus vel compositionis in partibus et membris. Febris enim, ex hoc quod est secundum materiam putridus humor vaporans per corpus, non est malum corporis, quiahoc etiam bono et sano accidit humori, quod vaporabiliter per corpus diffundatur, sed ex hoc quod vaporando corrumpit et impedit modos et harmoniam et commensurationem verae secundum naturam sanitatis corporis, ex hoc habet mali rationem. Patet igitur quod verum est quod dicit Dionysius, quod malum numquam et nusquam est et quod non habet causam formalem vel efficientem sed incausale et praeter intentionem et praeter voluntatem et infecundum et pigrum, quia non est nisi privatio incidens ex defectu boni.

Haec igitur dicta de malo breviter extracta sunt a verbis auctorum. Et patet quod innegabiliter verum est quod dicunt. Qualiter autem bonum convertitur cum ente, hic non potest determinari secundum huius scientiae principia. Nec nos hic loquimur de tali | bono sed potius de bono quod est uniuscuiusque rei bonum secundum modos | et harmoniam commensurationis, quod habet secundum propriam essentiam perficientem ipsum in esse, et actum, qui est secundum essentiae suae rationem.

Quod etiam quidam dicunt, quod bonitas dicat formam additam super id quod est, et ideo ista sit vera praedicatio: 'bonitas est bona', falsum est, et non intelligunt quod dicunt. Bonum enim super ens sive id quod est non addit nisi relationem ad finem et perfectum et actum, sicut dictum est. Sed hoc in libro de causis habet determinari.

Qualiter vero in hac doctrina praedicamentorum bonum et malum dicantur esse contraria, non autem opposita secundum privationem et habitum, nunc dicendum est. Praeintelligendum est autem quod aliud est malum unde malum et aliud est id quod est malum. Malum enim unde malum, sicutdictum est, non est nisi privatio, sicut probatum est per auctores. Id autem quod est malum est actus corruptus circa modos et harmonias et commensurationes ad formam boni et ille, in quantum est actus, relinquit similes habitus, et illi sunt mali habitus. Et hoc modo est contrarietas inter bonum et malum sicut inter contraria, non quod contrarius actus et habitus habeant aliquam formam, ex qua mali sunt, sed quia in quantum actus vel habitus sint, relinquunt aliquid ens in corpore vel in anima, hoc est qualitatem aliquam, quae, quia boni forma privata est et est qualitas, dicitur esse contraria, sicut claudicatio gressus est contrarius incessui recto, quia et gressus est, quod est ens actu, et caret perfectione rectitudinis, quod est privatio. Sic autem omnia contraria reduci habent ad privationem et habitum, ut docet Aristoteles in decimo

CaO1P1BrShSiV1 pap 27 *Sh* f. 58ra 29 *Ca* f. 60va

1 Pythagoram] Pythagorae *pa* | locus mali *inv. Br* 1–2 mali – locus[1] *om. (hom.) P1* 2 malum] est *add. O1* non *add. Br* 2–3 caecitatis – visus *inv. Sh* 3 sicut] sic *Si* | modo] modus *Si* 4–5 esse – rationem *om. (hom.) Br* esse et malum … rationem *in marg. Br[1]* 5 contra[1]] naturam *add. et exp. Sh* 6 claudae *Sh pap om. cet. codd.* | tibiae] est *add. SiV1* 7 rectae] et esse *pap* | et] in *add. pa* 8 secundum] sunt *V1* 11 ex hoc] secundum *O1* | materiam] naturam *pap* 13 hoc etiam] in *pap* | accidit humori *inv. Si* | quod] quia *V1* 14 vaporabiliter] vaporaliter *Si p* | per] pure *V1* | diffundatur] diffunditur *Br* | sed] si *pa* 15 vaporando] vaporatio *pap* | modos] modo *V1* 17 corporis] et *add. SiV1* | habet mali *inv. Br* 19 et[1]] vel *Br* | et[1] nusquam *om. p* | nusquam] numquam *Sh* | est *om. pa* | non *om. Sh pa* 20 formalem] informalem *P1* | vel] sive *Si* | incausale] incausabile *Br* 21 infecundum] insecandum *O1* 22 quia] quod *O1P1BrSiV1 pa* et quod *p* 23 de] bono et *add. Si* | breviter] habet *pa om. p* | a] ex *Sh* nobis ex *add. p* 24 verbis] nobis *pa* | auctorum] antiquorum *p* | quod] quid *O1* | verum] unum *Si* 25 convertitur] convertetur *O1P1* convertatur *Si pap* convertantur *V1* 26 hic] hoc *O1* h[c] *SiV1* 26–27 hic – principia] secundum huiusmodi scientiae principia non potest determinari *Br* 26 determinari] determinare *pa* | huius] huiusmodi *O1* 27 hic loquimur *inv. O1* 27–28 sed – bono *om. (hom.) O1* 28–29 secundum – et] serviens ad *pap* 30 quod] quam *pap* 31 actum] actu *pap* | essentiae suae *inv. Br* 33 dicat] dicit *Br* 34 super id] supra illud *Br* | sit] est *Br* 34–35 vera praedicatio *inv. Si* 35 falsum] falsa *pa* 35–36 intelligunt] intelligitur *pap* 36 quod[1]] quid *Br* qui *Sh* | enim *om. Sh* | sive] super *add. Br* 37 perfectum] profectum *CaO1P1* perfectionem *Br* | et[2]] ad *Br pap* 38 hoc *om. Sh* 42 et habitum *om. Br* 43 Praeintelligendum] praemittendum *pap* | est[2] autem *inv. O1Si* | autem] igitur *post corr. Br* | aliud est *om. pap* 44 unde] ut *pap* | et aliud] ad aliquid *pap* | id – malum *om. pap* 45 unde] ut *pap* 46 probatum] dictum *Si* | Id] ad *Ca* aliud *O1P1Br* illud *V1* 48 ille] in illo *pap* 49 quantum *Sh* quo *cet. codd., edd.* | similes] consimilies *pap* 52 habeant]habeat *CaP1ShSiV1 pa* 53 sint] sunt *Br p* sicut *pa* 54 aliquid] aliquod *BrShSi* | ens] eius *pap* | in[2] *om. Sh* 55 quia *om. SiV1* | boni – est] privata est boni forma *Br* | est[2] *editor* cum *CaO1P1BrSh pap* tunc *SiV1* 56 qualitas] sit *add. pap* 57 est[1] contrarius *inv. Si* | contrarius] contraria *BrSh* | contrarius – est *om. (hom.) V1* | incessui] incessu *Ca* | et] etiam *O1Br om. Sh pap* | est[3] *om. O1* 59 autem] enim *O1* 60 docet] dicit *pap* 60 – p. 162 v. 1 in – Metaphysicorum *om. p* 60 decimo] secundo *pa*

3 Ps.-Dion., De div. nom. c. 4 § 32 (ed. Suchla p. 178 v. 1–2; Dionysiaca I, 309). Cf. Alb., Super Dion. De div. nom. Ed. Colon. t. 37, 1 p. 296 v. 63 – p. 297 v. 7. – 18 Ps.-Dion., De div. nom. c. 4 § 32 (ed. Suchla p. 177 v. 7–15; Dionysiaca I, 306–307). Cf. Alb. Super Dion, De div. nom. Ed. Colon. t. 37, 1 p. 294 v. 51 – p. 295 v. 52. – 33 Non invenitur. – 35 bonitas – bona: De illa propositione cf. Alb., Super Dion. De div. nom. Ed. Colon. t. 37, 1 p. 47 v. 31–32 cum nota, p. 47 v. 68 – p. 48 v. 19; De bono. Ed. Colon. t. 28 p. 10 v. 37–74; Super Ethica. Ed. Colon. t. 14, 2 p. 717 v. 69–76. – 38 Non invenitur in Alb., De praedicamentis; sed cf. Alb., Super Dion. De div. nom. Ed. Colon. t. 37, 1 p. 116 v. 7–64. | Non invenitur in Alb., De causis et proc. univ. – 45 Supra p. 160 v. 49 – p. 161 v. 22. – 46 Supra p. 159 v. 16 – p. 161 v. 22. – 60 – p. 162 v. 1 Arist., Metaph. l. 10 c. 4 (1055 a 33–38).

METAPHYSICORUM, quia albedo secundum causam habitus est et forma – est enim diffusio lucis in superficie ⟨clara⟩ –, nigredo autem privatio est, quia est privatio diffusionis lucis in superficie umbrosa. Hoc igitur modo DICTUM EST quod album et nigrum sunt contraria et similiter bonum et malum in actibus et habitibus. Et hoc modo doctrina de malo HIC POSITA intelligitur.

Quod autem DICTUM EST, quod bonum et malum sunt genera contraria, constat quod non intelligitur de generalissimis, quia sic essent plura genera quam decem, sed intelligitur quod sunt genera aliorum, quae sunt bona et mala in moribus, eo quod omnia, quae sunt in moribus, ad haec tamquam ad genera reducuntur.

Et quod bonum in moribus contrarium est duobus malis, non est ex hoc quod medium est, sed est ex hoc quod extremum est in ratione perfecti et boni, ut dicit ARISTOTELES, sic utrique opponitur extremitati ut extremum et maxime distans ab utraque. Hoc est quod, quantum ad istam spectat intentionem, interponendum erat de bono et malo; reliqua enim in PRIMA PHILOSOPHIA sunt determinanda.

Cap. 12. De multiplicitate eius quod est prius

Postquam determinatum est de oppositis, quae sunt diversorum generum, dicendum de multiplicitate eius quod est prius, penes cuius rationem fit ordo eorum quae sunt in uno genere secundum coordinationem praedicabilium, secundum quod species est sub genere et individuum sub specie. Ex hoc enim priori et posteriori proprium accipiunt modum praedicandi, qui maxime in hoc libro est attendendus. Determinatis modis prioris sunt per oppositum etiam modi posterioris determinati, quia non dicitur prius nisi respectu sui posterioris. Dicemus igitur quod *prius dicitur alterum altero quadrupliciter*. Et in hoc quod dicitur 'quadrupliciter' intelligimus quod divisio prioris in quattuor modos non est divisio generis in species, sed est divisio multipliciter dicti. Et prius tempore magis habet de ratione prioris, et secundo et tertio et quarto habent plus secundum ordinem, quo enumerabuntur a nobis. Prius enim de modis prioris non dicitur aequaliter secundum unam rationem, sicut

14 a 26 – b 23 (Arist. Lat. 75,20–76,21): Prius autem alterum altero dicitur quadrupliciter. Primo quidem et proprie secundum tempus, secundum quod scilicet antiquius alterum altero et senius dicitur (in eo enim quod tempus amplius est, et antiquius et senius dicitur). Secundo autem quod non convertitur secundum subsistendi consequentiam, ut unus duobus prior est (duobus enim existentibus, mox consequens est unum esse, uno autem existente, non necessarium est duo esse; idcirco non convertitur ab uno consequentia ut sit reliquum); prius autem videtur illud esse a quo non convertitur in eo quod est esse consequentia. Tertio vero secundum quendam ordinem prius dicitur, quemadmodum et in disciplinis est et in orationibus; nam et in demonstrativis disciplinis est prius et posterius per ordinem (in geometria enim elementa priora sunt his quae describuntur per ordinem, sed et in grammatica elementa priora sunt syllabis), et in oratione similiter (prooemium enim prius est narratione per ordinem). Amplius supra ea quae dicta sunt, quod melius est et honorabilius, prius naturaliteresse videtur; consueverunt autem et plurimi honorabiliores et magis dilectos a se priores dicere apud se; est quidem et paene alienissimus priorum hic modus. Modi itaque qui dicti sunt de priore isti sunt. Videtur autem praeter eos qui dicti sunt alter esse prioris modus; eorum enim quae convertuntur secundum essentiae consequentiam, quod alteri quomodolibet causa est digne prius natura dicitur. Quia vero sunt quaedam huiusmodi, palam est; esse namque hominem convertitur secundum essentiae consequentiam ad veram de se orationem; nam, si est homo, vera oratio est qua dicitur quia est homo, et homo convertitur quia est (nam, si vera oratio est qua dicimus quia est homo, homo est); est autem vera quidem oratio nequaquam causa quod sit res, verumtamen videtur res quodammodo causa ut sit oratio vera; dum enim res est aut non est, vera oratio aut falsa dicatur necesse est. Ideoque secundum quinque modos prius alterum altero dicitur.

CaO1P1BrShSiV1 pap

1 Metaphysicorum] metaphysice *O1P1BrV1 pa* | quia] quod *Si* | secundum causam *editor; cf. app. font.* in causa *codd. om. pap* 2 est[2] *iter. Br* cum *Ca* | enim] ei *Sh* cum *pap* | diffusio] diffusione *pap* 3 clara *suppl. editor; cf. app. font.* | est[1] *iter. Si* 4 lucis *lac. CaP1 om. O1* | umbrosa] umbroso *Si* | igitur] ergo *O1 pap* 5 nigrum] dictum est *add. Si* 6 similiter *om. Br* 9 genera] genere *O1* 11 sunt[1]] sint *Sh* 12 mala *om. pap* | eo quod] quia *O1* 14 bonum] est *add. et exp. Si* 15 malis] et *add. CaO1P1* | non – quod *ras. Sh* | est[1] *om. pa* | medium est *inv. Br* | est[3] *om. Sh* 16 extremum] non *add. Sh* | est *om. P1* | perfecti *iter. Sh* | perfecti – boni] boni perfecti *pap* | et *Sh om. cet. codd.* | boni] et *praem. Sh* 17 sic] sicut *P1* 18 utraque] utroque *Br* | est] autem *p* | quod *om. Br pap corr. sup. lin. Br[1]* 19 ad – spectat] spectat ad istam *pap* | istam] i[am] *O1* illam *SiV1* 22–23 Cap. – prius *om. Br pa* 24–25 quae – diversorum *om. P1* 25 diversorum *editor cum Br pap* diversitatis *CaO1ShSiV1* 26 penes cuius] quia penes eius *pap* 28 est sub *om. O1* 29 sub specie *om. O1* | priori] prioris *Br* 29–30 posteriori] posterioris *Br* 32 sunt *post* posterioris *transp. O1* | etiam] et *Sh* 32–33 etiam – determinati] modum determinandi posterioris *Br* 34 Dicemus] dicamus *Br* dicimus *Sh pap* | quod *om. Sh* | dicitur] dicetur *V1* | alterum] unum *pap* 35 dicitur] dicimus *BrSi* 35–36 intelligimus – modos *om. pap* 36 divisio[1]] generis *add. V1* | modos] modis *Sh* | est *om. pap* | divisio[2] *editor cum BrSi* omnino *CaP1V1Sh* omni *O1* divisionem *pap* omnino *praem. Br* 37 generis] intelligimus *pap* | dicti] dicta *pap* 38 prius] in *add. Sh* | prioris] priores *Ca om. Si* 40 enumerabuntur] enumerabitur *pap* 41 sicut] ut *O1*

47 est *CsCh om. ed.* | nam] enim *post* demonstrativis *transp. a Alb.* 48 per[1]] secundum *a Alb.* | in[1] – elementa *Ch* elementa enim *ed.* 49 oratione *GlCsVa* orationibus *ed.* 53 alteri *Cs* alterius *ed.* 54 essentiae *GlCsCh* esse *ed.* 55 dicitur *CbCs* dicimus *ed.* 56 res[2] *CsVa om. ed.* 57 aut] vel *a Alb.*

1–3 Cf. supra p. 26 v. 34–36, p. 153 v. 51–55; Alb., Lib. div. Ed. Colon. t. 1,2 p. 104 v. 29–35: 'Quamquam autem contraria sint formae actuales, tamen alterum privatio potest esse secundum causam, sicut nigrum, cuius causa est privatio penetrantis lucis in superficiem corporis terminati terrestris; causa autem albi actus et habitus lucis clarae penetrantis in superficiem terminati corporis claram et undique intra se lucem suscipientem'; Top. l. 6 tr. 6 c. 2 (Ed. Paris. t. 2 p. 470b); Ethica l. 5 tr. 1 c. 1 (Ed. Paris. t. 7 p. 331b). – 5 Arist., Cat. c. 11 (23 b 36–14 a 25); cf. supra p. 157 v. 4 – p. 159 v. 11. – 7 Cf. supra notam ad v. 5. – 8 Arist., Cat. c. 11 (14 a 23–25); cf. supra p. 159 v. 7–11. – 17 Cf. supra notam ad p. 144 v. 10. – 20–21 Cf. supra notam ad p. 159 v. 17–18. Cf. Alb., Metaph. Ed. Colon. t. 16,2 p. 593 v. 29 – p. 594 v. 56.

innuit ARISTOTELES in QUINTO PRIMAE PHILOSOPHIAE, ubi distinguit prius inter multipliciter dicta. *Primus* autem modus, qui et principalis est *et* proprius, est qui dicitur *secundum tempus, secundum quem prius alterum altero dicitur* quod est *antiquius et senius* eo secundum tempus. In ordine enim partium temporis prius est praeteritum, quod ad praesens continuatur, futuro, quod adhuc expectatur ut fiat. Et ideo secundum ordinem temporis prius est quod in praeterito longius distat a praesenti nunc, sicut dicit ARISTOTELES quod bella Mediae fuerunt ante bella Troiae et bella Troiae fuerunt ante bella romana et priora eis. Et quia hic prius est sumptum secundum rationem numerantis, quod extrinsecus adiacet ut mensurans, et quod prius est secundum numerum mensurantis est simpliciter prius, ideo iste modus est principalis, ad cuius comparationem et proportionem sive analogiam omnes alii modi prioris dicuntur. Hoc igitur modo prius *dicitur cuius tempus* in praeterito *amplius est* et quod est *senius*, et hoc modo aeternitas est ante tempus duratione et ea quae sunt aeterna sunt ante temporalia. Sunt autem secundum sui naturam aeternae | rerum essentiae, ut genera, quae simpliciter prima rerum principia sunt. Istis enim non potest assignari tempus ut numerus mensurans, quia in tempore esse, ut dicit PHILOSOPHUS in QUARTO PHYSICORUM, est quadam parte temporis mensurari. Sic igitur antiquiora sunt genera omnibus aliis.

Secundo autem dicitur prius *quod non convertitur secundum subsistendi consequentiam.* Subsistendi autem consequentiam dico, ut si unum ponatur actu subsistere secundum esse, quod alterum propter hoc necesse sit ponere subsistere secundum esse, sicut dicimus quod *unum prius est duobus; duobus enim existentibus mox consequens est unum esse* et subsistere, *uno* vero *existente non est necessarium duo esse* vel subsistere. Et hic modus est inter inferius et superius in co|ordinatione praedicabilium, quia inferius est sicut duo, quorum alterum est id quod directe est super ipsum et alterum differentia constitutiva. Unde posito inferiori in esse ponitur suum superius, sed non convertitur quod posito superiori in esse ponatur inferius in esse necessario, quia superius concipitur in inferiori sicut unum in duobus, sed inferius non concipitur in superiori nisi potentia, sicut duo in uno sunt potentia, et ideo *non convertitur consequentia ab uno* existente, *ut* necessario propter hoc *sit reliquum.* Et inter illa *prius esse videtur* id *a quo non convertitur consequentia*, et hoc est unum; ab illo enim ad duo consequentia non convertitur.

Tertio autem modo *dicitur prius secundum quendam ordinem.* Dico autem quendam ordinem, quia in omni priori est ordo, et ideo ordo simpliciter non facit specialem modum prioris, sed ordo quidam, non in quantum est ordo, sed in quantum est quidam ordo. Sic ergo tertio modo dicitur prius quod est quoad nos prius, ut *in disciplinis* sive demonstrativis *et orationibus* rhetoricis; *in demonstrativis enim disciplinis est prius et posterius secundum* quendam doctrinae *ordinem; elementa enim in geometria priora sunt his quae per ordinem describuntur*; elementa enim sunt ut punctum, linea, circulus, angulus et huiusmodi, quae praecedunt ordine elementali descriptiones et compositiones figurarum angularium; figurae enim per ordinem describuntur secundum quod ex una probatur altera, sicut triangulus ante quadratum vel quadrangulum et quadratum ante circulum, quia centrum dati circuli per triangulum invenitur. Sic *in grammatica elementa* litterarum *priora sunt syllabis* et syllabae dictionibus et dictiones orationibus. *Et in oratione* rhetorica hoc modo *prooemium*

CaO1P1BrShSiV1 pap 22 *Ca* f. 60vb 36 *Sh* f. 58ra

2 autem] etiam *O1* 3 est[1] *om. Si pap* | proprius] primus *pap* | est[2] *om. Sh* | dicitur *om. p* 4 quem] quod *O1* | dicitur] id *add. Br om. P1* 5 senius *Sh p Arist. Lat.* citius *cet. codd. pa* 6 partium] pertinet *V1* quidem *add. O1* 8 temporis *sup. lin. P1*[1] | prius] praesens *pa* | est *sup. lin. Sh*[1] 9 distat] distet *Si* | praesenti] pre(*lac.*) *Ca* p(*lac.*) *P1 om. pap* | nunc] quod *add. Si* 10 Mediae *ex* media *corr. Ca*[1] | fuerunt] fuerint *CaSh* 11 fuerunt] fuerint *Sh* 12 hic *dub. CaP1Si* hoc *BrO1V1* 13 rationem *iter. Sh corr. Sh*[1] 14 quod] quid *CaO1P1* quicquid *pa* quidquid *p* 16 comparationem] comparatione *Ca* | et proportionem *om. SiV1* 17 prioris] priores *V1 p corr. V1*[1] 18 igitur] ergo *pap* | tempus] est *add. pap* | praeterito] praeteritum *pap* 19 est[1] *om. pap* | et[1]] prius *add. pap* | senius *Sh p Arist. Lat.* citius *cet. codd. pa* 20 duratione] donatione *Ca* divinatione *Sh* 21 temporalia] tempora *CaO1P1Br pa* | Sunt] si *Si* | autem] enim *Sh* 22 genera] quidem *O1* | simpliciter] sunt *pap* | simpliciter prima *inv. Br* 23 sunt *Sh* dicuntur *Br om. CaO1P1SiV1 pap* | Istis] illis *Sh* | potest] posset *Si* 25 dicit Philosophus *inv. Sh* | Philosophus] Aristoteles *O1* | est] esse in *add. pap* 26 mensurari] mensurati *CaP1* mensurandi *pap* 27 aliis *om. pap* 28 autem] modo *Br* 30 ponatur] opponatur *Si* 32 prius est *inv. O1P1BrSiV1 pap* 33 enim] prius *add. O1* | est *lac. Ca om. O1P1* | unum *ante* consequens *transp. pap post* subsistere *transp. O1 lac. Ca om. P1* 33–34 esse – subsistere *inv. Br* 34 existente] existentem *V1* | est necessarium *inv. SiV1* | duo] propter hoc *praem. SiV1* 35 est *editor cum BrSiV1 pap om. CaO1P1Sh* 36 coordinatione] coordinatio *Ca* | quia] sicut *Sh* 37 est[1] *editor cum BrSiV1 pap om. CaO1P1Sh* | quod] est *add. et exp. Sh* | est[2] *om. CaO1P1Br* 37–38 ipsum] positum est *add. Br* 38 differentia constitutiva *inv. O1* 38–40 inferiori – posito *om. (hom.) Si* 39 in] secundum *Sh* 40 quod] quia *Br* | ponatur] non ponitur *Br* | in[2] *om. CaO1P1SiV1 pap* 40–41 in[2] – necessario] necessario in esse *Br* 41 superius concipitur *inv. Br* 42 in[1] *om. O1* | inferius] inf'i *Ca* | concipitur] continetur *O1* 42–43 superiori] inferiori *Sh* 43 nisi] ut *add. pap* | potentia[1]] potentialiter *O1* | in – sunt] sunt in uno *Sh* | ideo *sup. lin. O1*[1] 44 necessario *om. Si* 45 hoc] necessarium *add. Si* | inter] intelligitur *V1* | videtur] videntur *CaO1P1Br corr. Br*[1] | id *Sh pap om. cet. codd.* 46 non *post* videtur (videntur) *transp. CaO1P1 pap* 48 autem *om. Br* 48–53 secundum – prius *om. (hom.) O1* 49 quendam ordinem *inv. Sh* 50 est *iter. Sh* 51 non *sup. lin. Sh*[1] 52 ergo] igitur *BrSi* 54 sive demonstrativis] demonstrantibus *pap* 54–55 demonstrativis] demonstrantibus *pap* 55 secundum *Sh* quod *Ca* per *O1P1BrSiV1 pap* 56 in] et *V1* 58 punctum, linea] linea punctus *Br* | et huiusmodi *om. V1* 59 ordine *ex* ordinem *corr. Sh*[1] | elementali] elementari *O1* elementi *Br* 61 una *om. Si* | probatur] producitur *Br* 62 ante] aut *pap* | vel] et *P1* 62–63 quadrangulum – quadratum *inv. O1* 63 et] vel *pap om. SiV1* | ante] aut *pap* | circulum] circulus *p* | dati] dicti *pap* 64 Sic] igitur *add. P1BrSiV1 pap* similiter *add. O1* 66 orationibus] operationibus *V1*

1–2 Arist., Metaph. l. 5 c. 11 (1018 b 9–1019 a 14). – 10 Arist., Metaph. l. 5 c. 11 (1018 b 16). – 25 Arist., Phys. l. 4 c. 12 (220 b 32–221 a 9). Cf. Alb., Phys. Ed. Colon. t. 4, 1 p. 277 v. 76 – p. 278 v. 30.

prius est narratione et facti narratio prior est petitione vel accusatione. Hic autem modus prioritatis est inter principia generum et ipsas res generum, quae ex illis principiis constituuntur. Principia autem sunt potentia et actus; ens enim est quodlibet genus potentia, et efficitur actu illud per actum rem generis illius complentem et constituentem.

